


This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/


UC-NRLF

B 3 919 712

Anc. Philos.

REESE LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF CALIFORNIA.

Received Oct., 1891


Accessions No. 44990 Shelf No.

ARISTOTELIS
DE ANIMA LIBRI TRES.

AD
INTERPRETUM GRAECORUM AUCTORITATEM ET CODICUM FIDEM RECOGNOVIT COMMENTARIIS ILLUSTRAVIT

FRIDER. ADOLPH. TRENDELENBURG.

EDITIO ALTERA EMENDATA ET AUCTA.



BEROLINI
SUMPTIBUS W. WEBERI.
1877.

B415
A2T7

Ψυχῆς πειρατα οὐκ ἂν ἐξεύροι ὁ πᾶσαν ἐπιπορευόμενος ὁδόν· οὕτω βαθὺν λόγον ἔχει.

HERACLITUS.

44990

MM



TRENDELENBURGII PRAEFATIO.

Duplex est praefandi genus, alterum excusandi, alterum commendandi. Felix illud humanum opus, quod neutro indigeat; adeo enim suos in se perfectionis numeros habebit, ut tanquam statua exposita ipsam artem causam dicere iubeat. Sed sors tam laeta neque in nos cadet; obstat enim virium imbecillitas, cui sequi summa quidem, sed non consequi fas est: neque omnino philologico scripturae generi facile obtinget. Ita enim eiusmodi commentandi ratio comparata est, ut non in semet ipsa perficiendi modum et causas positas habeat, sed aliunde ex universo scriptore, quin ex universa antiquitate suspensas gerat. Tanto ex finium ambitu materia undique congerenda est; partes partibus ita minutatim addendae sunt, ut singula quaeque, tanquam lapilli in opere musivo, artificio quodam componantur, nec vero, ut lineae in pictura, uno eoque certo manus ductu gignantur. Quare si, quid consilii propositum, quid materiae et opum paratum fuerit, significaverimus, speramus, fore, ut, quam in Aristotelem operam contulimus, aequi harum rerum existimatores non ex perfecta aliqua, quae fingatur, specie, sed ex consilii finibus et rei ipsius difficultatibus iudicent atque ut non tam, quid esse debeat, quam quid esse possit, quaerant et perpendant.

Itaque primum quid in librorum de anima textu constituendo et notis criticis adiciendis, deinde quid in commentariis conscribendis secuti simus, paucis exponemus.

Cum novae nobis, dum hos de anima libros recognoscebamus, codicum opes non paterent: multum nobis in aliorum et Bekkerianae imprimis editionis auctoritate positum erat. Quae librorum manuscriptorum copia vel ab

ipso Immanuele Bekkero vel ab operis socio Christiano Augusto Brandis collata est (quem operosum conferendi laborem, quotquot sunt, ad quos haec litterarum studia pertinent, grato pioque animo agnoscent, dummodo habeant, quae tanquam explorata et comperta sequantur): ea copia ille editor, summus in Graecis libris restituendis artifex, ita usus est, ut, spretis prioribus, suum Aristotelem exhiberet. Quantum hoc sit, nemo, qui editionem pervolverit, ignorabit. Illa enim Bekkeri praeclara laus est, quod post tot primus saecula, codicum scriptura in medio proposita, plane novam et propriam universi Aristotelis recensionem absolvit. Ita contigit, ut, quas bibliothecarum copias acuta oculorum acies perlustraverat, manus artis perita ad Aristotelis formam sive poliendam sive emendandam converteret. Nec tamen tantum et laboris et ingenii monumentum, etiamsi grata in auctorem fiducia admiramur, communem in litteris legem ita subterfugiet, ut ad facti rationes reddendas vocari non debeat.

Sunt autem duo, quae nobis nostro iure desiderare videamur. Bekkerus in libris manuscriptis detentus his solis operam impendit, quasi aliunde nullum scripturae momentum accedere posset. Ita factum est, ut neque editorum librorum scripturam curaret, neque eam, quam veteres commentatores tradunt, lectionum diversitatem consuleret. Utrumque minus recte admissum esse censemus.

Etenim unde editi libri orti sunt, nisi ex manuscriptis, ut eorum aliquam certe auctoritatem agnoscere debeas? Bekkerus prioris scripturae ne mentionem quidem fecit; idque lectori eo incommodius accidit, quod, quoniam non semper [1]) Bekkeri editio citatur, quid priores habeant, scire interest.

Alterum gravius est. Nam si lectionem quaeras antiquitate commendatam, ut ad scriptoris manum quam proxime accedas: commentatoribus, ubi lectionum diversitatem ex ipsorum tempore commemorant, plus tribuendum est, quam libris, qui aliquot demum saeculis post exarati sunt. Simplicius vel Philoponus, ubi duplicem loci alicuius scripturam

1) [Nostro tempore (1877) fere omnes, qui studiis Aristotelicis operam dant, Bekkeri citant editionem, cum magno illorum studiorum emolumento. Quod si Teichmuellerus paragraphos et paginas citat editionis Didotianae, ipse prohibet quominus commode quis libris Teichmuellerianis utatur.]

ferri memoriae produnt, maiorem, puto, fidem habent, quam vetusti litterarum ductus, qui nec tantum aetatis ferunt neque omnem calami errorem excludunt. Quare si id recte agas, ut in locorum difficultatibus expediendis soli iudicii acumini diffidens, quippe cui amplus coniecturarum campus pateat, ad externa scripturae momenta perpendenda accedas: primum certe locum veterum commentatorum lectiones tenent, quarum eo certior fides est, quo facilius, si qua lectio traditur, ne in litterarum ductu agnoscendo erremus, adiecta explicatione cavetur.

Horum igitur neutrum nec priores editiones nec veteres commentatores editor curavit, ut locum relinqueret, ad quem utilem operam conferremus. Sed missis his, quae a consilii ratione removit, in iis eum ipsis, quae dedit, parciore manu dedisse queraris; neque enim, quae meliora essent, confidenti lectori offerenda vel invito obtrudenda erant, sed iudicanti probanda. Adeo autem recti conscientia editor elatus esse videtur, ut merum codicum indicem, in quo nihil nisi numeros et nomina neque ipsam quidem aetatis notitiam invenias, praeposuisse satis haberet. Quem codicem tanquam meliorem praetulerit, quas rationes in lectionibus diiudicandis secutus sit, id lectoris vel diligenti observationi vel felici divinationi permittitur. Quae si viri est taciturnitas, in libris, quos nobis et edendos et illustrandos sumpseramus, nostrum esse putavimus, quae ipse declarare neglexisset, quantum quidem in nobis esset, et explorare et exponere.

Itaque Bekkerus in libris de anima eos codices manuscriptos consuluit, quibus haec nomina imposuit E S T U V W X et libro tertio L. Est autem, ut index docet,

codex	E	Parisiensis regius	1853.
	S	Laurentianus	81. 1.
	T	Vaticanus	256.
	U	Vaticanus	260.
	V	Vaticanus	266.
	W	Vaticanus	1026.
	X	Ambrosianus H.	50.
	L	Vaticanus	253.

Quod novissimae editionis praefatio spem movet, fore, ut de universis Aristotelis codicibus, qui textui conformando inservierint, commodiore loco pluribus verbis disputetur: nos certe, num commodior locus, quam ipsum fuisset editionis quasi limen, inveniatur, dubitamus. Utinam promissa

illa solvantur et codicum ratio ab iisdem, qui eos perscrutati sunt, viris tanquam solis rei arbitris patefiat! Eiusmodi enim critica ars, quae, etsi omnino codicibus nititur, codicum conditionem silentio premit, mathematicae propositionis similis est demonstratione carentis. Quantae quidem molis sit, omnes Aristotelis libros manuscriptos complecti, ex praeclaro specimine intellegimus. Nam Vaticanos accurate enumeravit Christianus Augustus Brandis in actis academiae regiae Berolinensis anni 1831.[1]) Quidquid vel ex docta hac commentatione vel aliunde de codicibus ad hos de anima libros instaurandos adhibitis accepimus, in vacuum codicum notitiae locum substituere nobis liceat. In qua re Ferdinandi Hauthalii, viri in re bibliographica imprimis periti, cui Musae Venusinae[2]) mirum quantum debebunt, benevolam operam grato animo agnoscimus.

Codicum ordinem ducit Parisiensis regius 1853, cui Bekkerus tantum tribuit, ut saepius, reliquis sepositis, huic uni fideret. De quo catalogus codicum manuscriptorum bibliothecae regiae Par. 1739. vol. II. inter alia haec habet: „Codex membranaceus, olim Medicaeus, quo continentur:

1°. Aristotelis libri secundi de anima initium, foliis duobus.

b°. Eiusdem de anima libri tres. Tertii folium unum sub finem desideratur.

Is[3]) codex saeculo decimo ineunte maximam partem exaratus videtur. Ad illam vero, quae manum antiquam prae se fert, accessere scholia antiqua et ipsa, sed non aeque omnia, ad quosdam libros perpetua, ad alios rariora."

De Laurentiano (S) (plutei LXXXI. cod. I.), quem in Aug. Mar. Bandinii catalogo codicum manuscriptorum Mediceae Laurentianae enumeratum invenias Tom. III. p. 219, hoc accepimus. Constat e 213 foliis papyri partim linei partim erioxylini, ac seculi XIV. esse videtur. Folia 76 priora et posteriora a folio inde 169. ab una eademque manu scripta sunt; quae interiacent (fol. 77—168), nitidius

1) Die Aristotelischen Handschriften der Vaticanischen Bibliothek, verzeichnet von Hrn. Brandis. Historisch philologische Abhandlungen der Königlichen Akademie der Wissenschaften zu Berlin. Aus dem Jahre 1831, p. 47 sqq.

2) [Edidit Acronis et Porphyrionis commentarios in Q. Horatium Flaccum tom. I. Lips. 1859; tom. II, III. Berol. 1864, 1866.]

3) De hoc codice videantur quae infra p. XVI sqq. attulimus.

et expressius ab alia manu. Haec pars a libro περὶ τῶν μορίων incipit et a folio 105 a — 117 b libros de anima complectitur, rubra inscriptione: Ἀριστοτέλους περὶ ψυχῆς λόγος πρῶτος. Huic scripto nihil deest.

Codex Vaticanus 256 (T.). De quo Chr. Aug. Brandis haec scribit (l. l. p. 63. no. 80) Cod. bombyc., foliorum 474, non una manu. Continentur haec: Ἀριστοτέλους τὰ μετὰ τὰ φυσικά, perbene scripta. In codicis calce: τετέλεσται ἡ παροῦσα βίβλος ἐν ἔτει στώ εἰκοστῷ ἐνάτῳ (1321). [1] Codex multa omittit eaque non levioris momenti, partim quidem librarii, ut videtur, neglegentia. Ἀριστ. φυσικὴ ἀκρόασις f. 218. Haec, quemadmodum quae sequuntur omnia, deterius scripta, litteris minoribus, a seriori fortasse manu, sed charta erioxylina aeque eleganti. Primum f. 218 προλεγόμενα Σιμπλικίου εἰς τὸν πρῶτον λόγον τῆς φ. ἀκρ. f. 221 Aristotelis physica, scholiis ex Simplicio, ut videtur, excerptis instructa, sed sensim sensimque rarioribus. Sub exitum f. 295 b, dimidia de planetis pagina. f. 298 Nicomachus Gerasenus f. 337 Ἀριστ. περὶ ζῴων μορίων, scholiis satis copiosis. f. 398. Λιβανίου ἔκφρασις καλανδῶν. f. 390. Ἀριστ. περὶ ψυχῆς, cum scholiis aliquot non ita magni momenti. f. 422 ex Nicephori Blemmydis quaestionibus physicis. f. 431 Astronomica. f. 443 περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς et alia physici generis ex Nicephoro Blemmyde, ut videtur, ducta. Haec quidem illi commentationi debentur. Praeterea codicem foliis tenui fibra erioxylinis perpolitis eleganter et perspicue exaratum et rubris inscriptionibus instructum esse accepimus, ita ut externa forma admodum commendetur. Perpetua sunt scholia cum ad libros περὶ ζῴων μορίων tum ad Νικομάχου ἀριθμητικῆς εἰςαγωγήν. A seriore manu πίναξ adiectus est singula huius codicis scripta diligenter enumerans.

U. Vaticanus 260. De quo apud Brandisium haec leguntur (l. l. p. 66. no. 91): cod. membr. foliis quaternis minus latis, quae tricenos ternos versus litteris vicenis quinis vel tricenis continent; manus minor et elegans; fol. 193,

---

1) Ita quidem anni numerus ad Byzantiam temporis computandi rationem redactus. Hac autem librarios Byzantios ad tempus, quo libri manuscripti absoluti sint, significandum usos esse Montfaucon de palaeographia Graeca l. I. c. 6 et 7 auctor est. Quem si numerandi morem sequaris, sunt anni 5508 ante Christum natum, ut annus ille 6829 anno nostro respondeat 1321. cf. Ideleri chronolog. II. p. 459 sqq.

quorum priora septem et tria externa recentiora. Codex omnino non antiquus. Haec vero comprehendit: F. 1 περὶ ζῴων μορίων. f. 88 περὶ ζῴων πορείας. f. 103 περὶ ψυχῆς cum scholiis perpaucis in margine adiectis. f. 152 περὶ αἰσθήσεως καὶ αἰσθητῶν. f. 171 περὶ μνήμης καὶ τοῦ μνημονεύειν. f. 171 (lege 177) περὶ ὕπνου καὶ ἐγρηγόρσεως καὶ τῆς καθ' ὕπνον μαντικῆς. Haec quidem ex illa de Aristotelis codicibus Vaticanis commentatione. Hauthalius hunc codicem a manu certa et exercitata scriptum saeculi XIII. ineuntis esse existimavit. Secundae manus in textu vestigium nullum; sed priora septem folia et tria extrema a manu saeculi XV addita esse videntur, ut codex his partibus mutilus resarciretur. Sed quod damnum codex fecerat, ad libros de anima nihil pertinet.

V. Vaticanus 266. De quo apud Brandisium haec traduntur (p. 65. no. 85): codex chartaceus. Ἀριστ. περὶ χρωμάτων. f. 8 b περὶ ἀτόμων γραμμῶν. f. 13 περὶ μακροβιότητος καὶ βραχυβιότητος· f. 15 b περὶ νεότητος καὶ γήρως, περὶ ζωῆς καὶ θανάτου καὶ περὶ ἀναπνοῆς. f. 27 περὶ ζῴων πορείας. f. 36 περὶ αἰσθήσεων καὶ αἰσθητῶν. f. 47 περὶ μνήμης καὶ ἀναμνήσεως. f. 50 b περὶ ὕπνου καὶ ἐγρηγόρσεως καὶ τῆς καθ' ὕπνον μαντικῆς. f. 60 b περὶ ζῴων κινήσεως. f. 68 περὶ ζῴων μορίων· usque ad librum tertium scholiis Michaelis Ephesii in margine adiectis. f. 118 περὶ ζῴων γενέσεως. f. 203 περὶ ψυχῆς cum paucis notis in margine additis. Haec quidem ille. Codex saeculi, ut videtur, XIV. foliis oblongis erioxylinis 240 scriptus et glossis a prima manu instructus est. Πίνακες, unus vetustior, alter recentior, quid codex contineat, indicant.

W. Vaticanus 1026: De quo l. l. p. 64. no. 81 haec traduntur: Cod. bombycinus non admodum recens, a variis manibus maximam partem male scriptus haec complectitur: Ἀριστ. φυσικὴ ἀκρόασις, a septimo inde libro, sine initio, cum paucis glossis in margine adiectis. f. 41 Nicomachus Gerasenus. f. 161 ἠθικῶν Νικομαχείων β' cum nonnullis in margine notis. Haec magnam partem satis bene scripta, sed multa folia deterioris et recentioris scripturae inserta. f. 165 περὶ αἰθήσεως καὶ αἰσθητῶν. f. 175 περὶ ψυχῆς cum multis scholiis lectu horrendis. f. 213 philosophiae summa: ὥσπερ οἱ ἀναγινώσκοντες πρῶτον μὲν τὰ στοιχεῖα μανθάνουσιν, ἀπὸ δὲ τῶν στοιχείων ἐπὶ τὰς συλλαβὰς μεταβαίνουσιν. Haec quidem ex illa commentatione. Codex foliis 234 quaternis saeculo fortasse XIV scriptus, etsi initio

et exitu mutilus, libros de anima integros continet. Glossae inter lineas a prima manu interiectae rariores.

De codice X (H. 50) Ambrosiano nihil comperimus.

L. Vaticanus 253. De quo l. l. p. 66. no. 92 haec referuntur. Codex chartaceus, foliis quaternis minoribus, satis recens, cuius librarius interdum srripturae compendia male intellexit. Hauthalius codicem bombycinum perspicue et diligenter scriptum saeculi XIV esse litteris nobis significavit. A lectionum praestantia (saepius enim cum vetustissimo codice (E) consentit) antiquior quam recentior esse videatur. Haec autem complectitur: 1. περὶ οὐρανοῦ βιβλία τέσσαρα f. 1—48. 2. περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς βιβλία δύο — f. 71. 3. περὶ μετεώρων βιβλία τέσσαρα — f. 137. 4. περὶ ψυχῆς τὸ τρίτον — f. 158. 5. περὶ αἰσθήσεως καὶ αἰσθητῶν — f. 171. 6. περὶ μνήμης καὶ ὕπνου καὶ τῆς καθ' ὕπνον μαντείας — f. 183. 7. περὶ ἐνυπνίων — f. 199. 8. περὶ γήρως καὶ νεότητος, περὶ ζωῆς θανάτου καὶ ἀναπνοῆς καὶ ζῴων κινήσεως — f. 206. 9. περὶ μακροβιότητος — f. 218. 10. περὶ χρωμάτων — f. 239. 11. περὶ ἀτόμων γραμμῶν — f. 244. 12. μηχανικὰ — f. 265. 13. περὶ πνεύματος — f. 272.

Hi quidem codices a Bekkero adhibiti, qui ne soli Aristotelis de anima libri manuscripti exstare putentur, cavendum est. Plures enim Parisiis asservantur in bibliotheca regia his numeris notati: 1851. 1852. 1860. 1861. 1921. 2027. 2028. 2029. 2030. 2031. 2032. 2033. 2034, sed magnam partem recentiores, vulgari charta scripti. [1]) Alios Aristotelis de anima codices Vaticanos Christianus Augustus Brandis memoriae prodidit no. 49 (l. l.) codicem Vatic. 1144 chartaceum, recentiorem, no. 72 codicem Palatinum 235. chartaceum admodum recentem, no. 82 codicem Vatic. 1339 membranaceum, no. 94 codicem Vatic. 249 membranaceum recentiorem, no. 95 codicem Urbin. 38 chartaceum Michaelis Apostolii manu scriptum, no. 96 codicem Palatinum 161 recentem, no. 252 codicem Vatic. 115 chartaceum recentem, no. 253 codicem Ottobonianum 147 chartaceum admodum recentem. Alium etiam codicem Romae delitescere Hauthalius auctor est. In bibliotheca Vallicellana i. e. in monasterio Stae Mariae in Vallicella a Philippo Neri condito, cuius ecclesia plerumque Chiesa Nuova vocatur, codex reconditus est. B. 93 foliis 34 erioxylinis, quaternis minoribus,

1) De quibus codicibus catalogus librorum manuscriptorum bibliothecae regiae Parisiensis consulatur.

quorum paginae non amplius quindenos versus habent. Primum volumen inscribitur Ἀριστοτέλους περὶ ψυχῆς. Sub exitum deficiunt nonnulla. Saeculo XIV. calamo scriptus est. Post folium octavum duo folia inserta sunt, quae secundae alicuius manus scholia continere videntur. Eodem volumine Aristoteles περὶ ζῴων comprehenditur. Codex extremis foliis humore corruptus, nec tamen ita ut legi non possit. Ex aliis bibliothecis nec Romanis nec Neapolitanis quicquam nobis innotuit, quod ad libros de anima pertineret. Florentiae bibliotheca Riccardiana Aristotelis libris de anima caret. Bandinius hos praeterea ex Laurentiana codices enumerat tom. I, 489, XXI. tom. III, 394, XIII. 219, VI. 363, X. 392, VI. 403, VI. 404, I. 408, XXII, XXIII. § 1. 409, I. In catalogis librorum manuscriptorum, qui in bibliothecis Galliae, Helvetiae, Belgii, Britanniae, Hispaniae, Lusitaniae asservantur, editis a D. Gustavo Haenel (Lps. 1830) Aristotelis de anima codices commemorati inveniuntur. p. 39. Arebati (Arras) cod. saec. XIV. membr. 4. — p. 57. Avenione (Avignon) membr. fol. — p. 158. Duaci (Douay) chartac. 8. duo exempla. — p. 252. in fano Audomari (St. Omer) membr. saec. XII. 4. — p. 314. Parisiis in bibliotheca armamentarii (bibliothèque à l'arsenal) no. 53. fol. — p. 427. Rhotomagi (Rouen). — p. 483. Turonibus (Tours) saec. XV. membr. 4. — p. 525. Basileae. Ar. libr. III. de anima per M. Io. Heynlin de lapide partim membrana partim charta scripti cum scholiis 1459 fol. — p. 753. Brugis (Bruges) cod. 4. — p. 927. Scoriali (Escorial). — p. 979. Hispali (Sevilla) saec. XIV. membr. 4. — p. 993. Toleti membr. saec. XIV. fol.

Tanta igitur codicum copia relinquitur perscrutanda. Confusi iacebunt, dum in familias redigantur; quod quam arduum sit, nemo non intellegit. Codicum index facile etiam augebitur. Sed quales eorum fructus exspectandi sunt? Fieri poterit, ut eorum auctoritate leviora multa mutentur, gravius vix quicquam. Etenim quibus locis iam antiqui illi interpretes aliquot saeculis maiores haerent vel laborant, iis a codicibus salus non repetetur.

Scripturae diversitati, quae e vetustis commentariis eruitur, plus tribuendum esse, quam illi, quae e codicum dissensu oritur, supra demonstravimus. Sunt hi in libros de anima commentarii Themistii paraphrasis, Simplicii et Ioannis Philoponi commentarii, Sophoniae paraphrasis. Illi noti et in lucem editi, hic obscurior et in bibliothecis abditus. Sophonias editorem non diu exspectabit; nam Christianus

Augustus Brandis, vir in hoc litterarum genere princeps, commentariis, qui Aristotelis editionem Berolinensem sequentur, Sophoniam comprehendet. Cuius viri singulari humanitati ea debemus, quae de lectionum varietate e Sophonia attulimus.[1]) Hausta sunt e Codice Parisiensi regio 1921. In lectionum diversitate e veteribus commentariis depromenda adiuti sumus ab eiusdem viri liberalitate, quae nobis commentariorum exempla concessit notis diligenter distincta. E Simplicio et Philopono duplex interdum lectionis diversitas exsistere potest, tum ea, quam Aristotelis ῥητὰ praebent commentariis praeposita, tum ea, quae ex ipsa commentariorum contexta oratione colligitur. Illa minoris momenti, quippe quae ab ipsis commentatoribus profecta esse nemo praestet; haec summa antiquitate commendata. Illa facile ipsis commentatoribus recentiora sunt. Quod enim hi solis fortasse primis vocibus significaverant, id seriores ex Aristotelis exemplis suppleverunt, ut ῥητὰ non maiorem quam codices recentiores fidem habere possint. Quod luculento

---

1) Quoniam Sophonias non aeque notus est ac reliqui Aristotelis commentatores, quae apud Fabricium de eo inveniuntur, apponere iuvat. Bibliotheca Graeca tom. III. p. 236. ed. Harles. „In cod. LIII. Vindob. est Sophoniae paraphrasis, nondum edita, in Aristotelis libros tres de anima, in totidem libros divisa. Idem Sophoniae opus exstat in cod. XXXII. bibl. Mediceae, plutei 71. (Bandinii catalogus tom. II. p. 21) et in cod. Bavar. CXIX, ubi Sophonius, vitiose forsan, dicitur. Quis ille Sophonias fuerit et quando vixerit, non liquet. Lambecius tamen VII. p. 209 sq. suspicatur, hunc esse eundem monachum, cuius commentarium graecum mstum in Aristotelis categorias Philippus Labbeus in nova bibliotheca msctorum p. 115 commemorat, addc Buhle I. opp. Arist. p. 187 sq. Fabricius in vol. X. lib. V. cap. 45. p. 545. conicit, eundem esse Sophoniam, ad quem Simon Constantinopolitanus saeculo XIV. scripsit." Fabric. ed. Harles. XI. p. 714. „Sophoniae paraphrasis graeca in libros Aristotelis de anima MS. in bibl. Caesarea." Ad quae verba haec nota adiecta est: „conf. supra ad vol. III. p. 236, ubi addendum, Florent. in cod. bibl. Laurent. VII. nr. 19. plut. 7. Sophoniae paraphrasin perperam tribui Simplicio v. Bandini cat. codd. gr. Laur. I. p. 267. De cod. Bavar. v. Hardt. in Aretini Beiträge etc. a. 1804. part. 4. p. 19. Aristotelis praedicamentorum paraphrasis sine nomine auctoris; Venetiis in bibl. Marc. Mst. graeca et latina tom. I. p. 128. Sophoniae monacho tribui solet, prouti etiam erat in codd. LXXVIII. et CCLI. collegii Claramontani societ. Iesu, relatis in catalogo a. 1764. Parisiis impresso. — Sophoniae monachi declamatio: Paulus Athenis contionem habens ad populum: inc. οὐ νῦν ἐγὼ πρῶτος ἐπὶ δικαστήριον ἀναβέβηκα. Venet. in bibl. Marc. cod. CCLXVI. v. cat. codd. gr. Marc. p. 131. Harles." [Torstrikius in ed. librorum, qui sunt de anima. praef. p. XXXX -- XXXXIII. ex Sophoniae paraphrasi nonnulla publici iuris fecit.]

exemplo comprobari potest. Philoponi in libros de anima commentariorum codex Parisiensis regius (1914), omnium fortasse gravissimus, dictorum Aristotelis, quae explicanda proponuntur, sola initia continet. Dubia igitur, quae praeter locorum initia in commentariorum libris vel manuscriptis vel editis adiciuntur. Ita facile fit, ut Aristotelis ῥήματα praeposita ab iis lectionibus, quas ipsum scriptorem secutum esse e commentariis apparet, manifeste discrepent v. c. III, 3 427^b 17, ubi in Aristotelis dictis φαντασία, νόησις autem in ipsis commentariis, qui dissensus haud levis et neque ex solo librariorum errore natus. Eodem capite alia discrepantia. Quare minus ad ea attendendum esse censuimus, quae in dictis leguntur, quam quae in ipsis commentariis.

Codicis loco Aldinam habemus (an. 1495 sqq.), utpote editionem principem. Quidquid diversi invenimus, nisi apertum typothetae mendum, diligenter adnotavimus. Ubi nihil adiectum est, nobiscum Aldina consentit. Exstitit a. 1831 vir doctus,[1]) qui esse aliquam exemplorum Aldinorum discrepantiam docens duplicem impressionem statueret. Quodsi, quae signa indicavit, vera sunt, id exemplum, quod nos contulimus, secundi est preli. Aldinam hanc editionem benigne nobiscum communicavit Georgius Kloss, med. Dr. Francofurtensis, rara antiquorum exemplorum copia instructus.

Sylburgianae editioni, qua est auctoritate, hoc tribuendum esse putavimus, ut diligenter conferremus et collatam, ubi discederet, commemoraremus. Contulimus priorem, quae vocatur, Sylburgianam, a. 1579 apud Andr. Wechelum editam, a qua notae editioni a. 1584 a Sylburgio adiectae absunt, et posteriorem anni 1584. An prior illa recte Sylburgiana vocetur, non satis nobis constat. Si posterioris praefationem legeris, huic tantum Sylburgium operam impendisse suspiceris. Utraque utrique editio in ceteris consentire videtur. Sylburgiana, nitide sane et emendate expressa, in libris certe de anima nihil nisi Morelliana esse videtur; huius enim vestigiis adhaeret. Contulimus editionem Parisiis apud Guilelmum Morelium a. 1556 in lucem emissam, a qua Sylburgiana ita fere nihil differt, ut ipsa litterarum forma simillima sit.[2]) In notis Sylburgianae

1) Dr. Postolaka in libello: Wiener Jahrbücher 1831. fascic. 2.

2) Liber inscribitur: Aristotelis commentationum de natura libri VIII. Parisiis 1556. apud Guilelmum Morelium, in Graecis typogra-

alteri adiectis ipse Sylburgius Morellianam ducem esse profitetur, et tanta in his viri est religio, ut, si quam lectionem in notis tanquam Morelliana meliorem amplectitur, in textum recipere vereatur. In sola voce γιγγλισμός (p. 66, 1 Sylb.), pro qua Morelliana γιγγλυσμός habet, se auctorem deserere scribit. In notis contra ad p. 7, 9. Sylburgius probat τοῖς ἀσωμάτους, ad p. 14, 24. καὶ διανοεῖσθαι, ad p. 34, 3 δ' omitti, ad p. 51, 27 ἄγεται, ad p. 69, 14 αἰσθητοῦ, sed adeo sibi temperat, ut meliora probet, deteriora sequatur; nihil enim horum in textum admisit.

Nec Basileensem, quae anno 1550 ad Erasmi editionis exemplar apud Isingrinium prodiit, nec Camotianam (anno 1551—1553 apud Aldi filios), quae et Aldina minor vocatur, nobis ipsis conferre licuit. Quod ex his in Sylburgii notis accepimus, in usum nostrum convertimus. Camotiana, nisi differentia notata est, cum Sylburgiana consentire videtur. Sed quoniam Basileensem et Camotianam nec ipsi contulimus nec ubique collatam contendere possumus: vel in iis locis, ubi a recepta nostra lectione non discedunt, si quid a Sylburgio acceperamus, in notas criticas conicere non dubitavimus.

Bekkerus in codicibus commemorandis hanc sibi legem posuisse videtur, ut codices, qui cum eius scriptura consentiunt, silentio praetermittat, dissentientes significet. Quare, si codicum auctoritatem perpendere volueris, a numero codicum, qui adhibiti sunt, eos detrahas, quorum lectiones adnotatae sunt. In hac ratione cum egregia insit brevitas, nobis pergendum esse duximus. Codicum signa ab auctore posita, ne cui confusioni locus daretur, diligenter servavimus.

Quoniam, quantum quidem nobis vel per sententiae rationem vel per commentatorum auctoritatem licebat, Bekkerianam quam maxime editionem tanquam ducem sequendam existimavimus: ab huius loci consilio, quid Bekkerianae

---

phum Regium. Insunt praeter physica libri de coelo, de generatione et corruptione, de meteoris, de anima. In libris de anima conferendis inter hanc Morelianam et Sylburgianum priorem haec tantum differre vidimus. Sylburgiana p. 7, 5. εἴδει, quod codices non tuentur, pro quo Moreliana p. 6, 26. εἴδη; Sylburgiana p. 11, 5. ποιεῖν, Moreliana p. 10, 26. ποιεῖ; Sylburgiana p. 13, 25. αὐτῶν post σύνθεσιν, Moreliana p. 13, 20. αὐτῶν post συναρμόσωσιν; Sylburgiana p. 15, 9. ἀπὸ μὲν τῶνδε, Moreliana p. 15, 5. om. μὲν; Sylburgiana p. 27, 1. om. μὲν, Moreliana p. 27, 3. ὄρεξις μὲν; Sylburgiana p. 34, 1. om. ἡ, Moreliana p. 34, 7. αὐτῶν ἡ. Haec igitur illa Morelliana esse videtur, qua duce Sylburgius se usum esse refert.

editioni proprium sit, investigare alienum non erit. Primum Bekkerus curavit, ut oratio magis nitida et tersa evaderet. In prioribus editionibus hiatus dominatur, ut vel in usitatissimis parcus sit elidendi usus. Bekkerus apostrophum introduxit, idque tam communi lege, ut in hac re ne codicum quidem auctoritatem indicaret. Ita prima statim pagina vulgata κατὰ ἀκρίβειαν, Bekkerus κατ' ἀκρίβειαν, pag. secunda vulgata ἔτι δὲ εἰ, Bekkèrus ἔτι δ' εἰ et innumera eiusmodi. Hae Bekkeri emendationes, siquidem librorum manuscriptorum [1]) fide nituntur, adeo auri Graecis scriptoribus adsuetae satisfaciunt, ut nusquam eas non acceperimus; tamque leves videntur, ut in his vulgatam discedere singulis locis indicare operosius quam utilius iudicaverimus. Deinde Bekkerus in his de anima libris plurimum tribuit codici E (i. e. Parisiensi regio 1853), cui libro tertio saepius accedit codex L (i. e. Vaticanus 253). Codicem E hac fide non indignum esse, egregiae demonstrant, quas solus praebet, lectiones eaeque, ut videtur, unice verae. In quarum numerum referatur I, 5. 411ª 28 βούλεσθαι (E. S.), in qua voce, quam sententiae ratio postulat, contra vulgatam βουλεύεσθαι etiam veteres commentatores consentiunt; II, 4. 415ᵇ 29 συρριζουμένοις (E) pro vulgata συρριζουμένων, quod anacoluthia quadam excusandum erat; III, 10. 433ª 18 τὸ ὀρεκτὸν γὰρ κινεῖ, ceteri ὀρεκτικὸν, quo iterum loco in vera lectione ὀρεκτὸν Themistius et Philoponus cum codice E congruunt. Haec si graviora sunt, Bekkerus etiam in levioribus, invita omnium reliquorum codicum auctoritate, hunc unum codicem quasi Aristotelis salutem tenuit. Sic I, 2. 405ª 32 πάντα (EW) pro vulgata ἅπαντα, I, 3. 406ᵇ 12 αὐτὴν (EX) pro vulgata ἑαυτήν, I, 5. 410ᵇ 18 πάσης (E), in quo commentatores consentiunt, pro vulgata ἁπάσης, I, 5. 411ª 30. αὔξη (E), accedente Sophonia, pro vulgata αὔξησις, II, 1. 412ª 28 τοιοῦτο (EU), quod saepius e codice E pro τοιοῦτον scripsit, II, 4. 416ª 12 αὐξόμενον (ET), confirmante commentatorum auctoritate, pro vulgata αὐξανόμενον, II, 8. 419ᵇ 30 οὐδὲ (EW) pro vulgata οὐ, II, 8. 420ª 25 ἀθροῦν (E) pro vulgata ἀθρόον, II, 11. 423ᵇ 8 εἴπαμεν (E) pro vulgata εἴπομεν, II, 11. 423ᵇ 24 καὶ additum ex uno cod. E, III, 1. 425ª 23 καὶ additum ex uno cod. E, III, 3. 427ª 25

1) [Cf. tamen notas ad p. XVI, XVII.]

βούλεται τούτοις (EL) pro vulgata *τούτοις βούλεται*, III, 3. 427^b 20 *ἢ* (EL) pro vulgata *καὶ*, III, 3. 428^b 6 *ἐπιλαθόμενον* (E) pro vulgata *ἐπιλανθανόμενον*, III, 4. 429^a 25 *ποιός τις γὰρ ἂν* (E) pro vulgata *ποιὸς γὰρ ἄν τις*, *ψυχρὸς ἢ θερμός* (EL), nulla ratione necessaria, pro vulgata *θερμὸς ἢ ψυχρός*, III, 5. 430^a 18 *ἀμιγὴς καὶ ἀπαθής* (EL) pro vulgata *ἀπαθὴς καὶ ἀμιγής*, *τὸ δ' αὐτὸ* (EL) pro vulgata *τὸ αὐτὸ δὲ*, III, 9. 432^b 24 *σημεῖον δὲ οὔτι ἐστι* (E), ubi *ἐστι* vulgata cum reliquis codicibus omittit, III, 10. 433^b 4 *πλέον* (E) pro vulgata *πλείω*. Haec quidem leviora, ut in maiori parte sententiae ratio nec faveat nec adversetur; sed ita comparata, ut si unius codicis auctoritas tantum valet, admitti possint. Sunt tamen loci, quibus huius libri manuscripti, quem amplexus erat, ratio editorem in fraudem induxisse videatur. Sic minus recte scriptum est I, 1. 403^b 1 *καὶ θερμοῦ* (E) pro vulgata *ἢ θερμοῦ*, I, 2. 404^b 24 *αἱ ἀρχαὶ* pro vulgata *ἀρχαί*, I, 5. 409^b 11 *ταύτας* (E) pro vulgata *αὐτὰς*, I, 5. 410^a 1 *ἄλλο ὁτιοῦν* (E) pro vulgata *ὁτιοῦν ἄλλο*, II, 10. 422^a 12 *εἶμεν*, *αἰσθανοίμεθ'* (E) pro vulgata *ἦμεν ᾐσθανόμεθ'*, III, 1. 425^a 11 *σπάλαξ* pro vulgata *ἀσπάλαξ*. De quibus locis in commentariis dictum est. Atque haec ea sunt, quae e codice Parisino regio (1853) fluxerint. Fit etiam, ut alius codex, si sententia flagitet, etiamsi ceteris refragantibus, anteponatur. Sic III, 12. 434^a 23 *ἔχῃ* (X) pro vulgata *ἔχει*. Sed est locus II, 9. 421^a 21, ubi vir, qui omnes consilii rationes a libris manuscriptis suspensas tenet, sine ulla codicum auctoritate, ipsa sententia invita, suo, ut videtur, arbitrio, *πολλῶν* pro vulgata *πολλῷ* scripsit. Alius locus II, 11. 422^b 20 vulgatam, etsi in notis a Bekkero omissam, non adeo esse contemptam documento est. Lectionem enim *τὸ τοῦ ἁπτοῦ ἁπτικὸν* nullus eorum, qui afferuntur, codex praebere videtur, ut eam editor ex Aldina et vulgata, quas silet, repetivisse videatur. Loco II, 9. 421^b 2 lectio *ἀπὸ τοῦ* alioqui e solo codice E a vulgata, quae alicuius certe codicis locum tenet, confirmatur.

Haec cum iamiam scripta essent, cum ad ipsam nostram editionem operae manus admovissent: contigit nobis, ut Parisiis codicem (E. 1853), penes quem Bekkerus summam esse auctoritatem voluit, adire liceret. Cuius quoniam ea est ratio, ut fundamentum sit, quo recensio nitatur universa: ad fundamentum reverti operae pretium esse duximus, ut accuratiori, quam Bekkerus concessisset, cognitione comprehenderetur.

Codex (E. 1853) saeculi decimi, membranaceus, eleganter et perspicue scriptus, vocibus non seiunctis sed inter se ligatis, in libris de anima a duplici, 1) ut videtur, manu compositus est. Repetitur enim fol. 196 libri de anima secundi exitus a loco inde II, 11. 423ᵇ 28. Hoc folium ab alia manu, antiqua vero et ceteris aetate non dissimili, minoribus fere litteris exaratum, scriptura accentibus prope destituta. Eodem tenore, eadem, qua hoc folium, manu liber tertius, in quo scriptura accentibus quidem instructa, sed accentus, ut in reliquis, si quid ex pallidiore atramento conicias, a posteriore manu appicti, nec tamen ubique. Altera igitur manus in prioribus duobus libris, altera in tertio, quamquam iam in libro primo et secundo aliquam manus differentiam observaveris, id quod Bekkerus in notis ad secundi libri initium commemoravit. [Cf. mant. crit. A.]

De scribendi ratione, quae in hoc codice obtinet, haec in universum adnotamus, quae singulis locis repetere longum est. Singularis est litterae usus, quae *ν ἐφελκυστικὸν* vocatur; neque enim in iis continetur, quae vel vocalis sequitur vel enunciationis exitus. Sed ubique, ipsa consonante subsequente, dativis pluralis tertiae declinationis, tertiae personae pluralis et reliquis, ubi alioqui locum habere solet, adicitur. Exempla ubivis obvia v. c. I, 1. § 1. 402ᵃ 8 *συμβέβηκεν περὶ*. § 2. 402ᵃ 13. *δόξειεν μία*. 16. *ἔστιν μία*. § 5. 402ᵇ 6. *ἔστιν καθάπερ*. § 8. 16. *ἔοικεν δ'*. 19. *μαθήμασιν τι* et innumeris per universos libros locis, ut, si quo

---

1) [Torstrikius, qui codicem E post Trendelenburgium contulit, iis quae Trdlbg. viderat, nonnulla in praefatione editionis suae (p. VIII sqq.) adiecit. Ea, cum res maximi sit momenti, hic ipsius verbis repetere liceat: „In codice E qui sunt de Anima libri duabus manibus scripti sunt, antiquissimis, elegantissimis, simillimis, sed duabus. Prior manus, quae eadem scripsit Naturalem Auscultationem, exaravit primum et tertium librum et quae e secundo libro reliqua sunt: altera manus exaravit alterum quendam librum secundum, ab illis reliquiis [cf. mant. crit.] diversum: hic, non ille qui principio infuit quique nunc mutilus est, posteriore tempore vulgatus est et in fratris minus fortunati locum successit.

De duabus manibus certa res est, nec mihi soli sed amicis quoque nonnullis eruditis, quibus utor Parisiis. Si quis dubitat, conferat quaeso quarundam litterarum formam, praecipue *τοῦ ψῖ* et *τοῦ ὖ*, qualem uterque scriba fingit: conferet quoque versuum numerum qui insunt singulis paginis: reperiet librum primum et tertium et secundi fragmenta tricenis octonis versibus esse scripta, librum secundum illum alterum, qui postmodo ei codici illatus est, quadragenis octonis.]

loco ν ἐφελκυστικὸν omissum sit, exceptio esse appareat, non regula; neque hanc quidem exceptionem observasse nobis videmur, nisi raro exemplo III, 9. § 8. 433ᵃ 8. ἀκολουθουσι et 10. § 5. 433ᵇ 1. διαιροῦσι. Apostropho codicem non tam frequenter [1]) uti intelleximus, quam Bekkerus introduxit. Variat porro apud Bekkerum γίνεσθαι et γίγνεσθαι, γινώσκειν et γιγνώσκειν [2]) ἀεὶ et αἰεὶ, ita tamen ut

1) [Ut hoc ostenderet, Trendelenburgius hic magnam molem (p. XXV—XXIX) locorum congesserat, quibus elisio, quamquam in codice non admittitur, introducitur a Bekkero. Eos repetere ex re esse non existimavi, ipsius Bekkeri verbis motus, quibus exponit, quomodo res orthographicas in scriptoribus a se editis tractet: Cf. Comment. crit. ad Platonem I, p. X: „libellum (Gaisfordi) in mea commentaria ita recepi (ait Bekkerus), ut, quae ad sententiam, ad syntaxin, ad flexionem quoquo modo pertinerent, transscriberem omnia, quae orthographica essent, ea fere speciminis loco semel atque iterum posita deinde omitterem. Quam in ceteris quoque rationem secutus sum."]

2) [Berolini in bibliotheca regia asservatur ea editio Aristotelis (Basiliensis tertia, per Jo. Beb(elium) et Mich. Ising(rinium), in qua Imm. Bekkerus varietatem lectionis notavit ex iis codicibus Graecis quos contulit. Ex eius libri apparatu deinde editionem academicam instituit. Hunc librum Torstrikius perlustravit et dissertatione cui inscripsit: „Die authentica der Berliner Ausgabe des Aristoteles" (philolog. XII, 1857 p. 494—530) accuratissime exposuit, qua ratione Bekkerus in Aristotele edendo usus sit. Ex hac dissertatione ea depromo, quae ad libros de anima pertinent. Adscripta est in eo libro varietas lectionis tantum codicum E et S. (l. l. p. 496). De rebus orthographicis Torstrikius haec dicit p. 508 sq.: „Apostrophirung, Krasis, οὐδείς und οὐθείς, μηδείς und μηθείς. Unser Buch gibt darüber jede wünschenswerthe Auskunft. Bekker legt seinem Text die Basileensis tertia zu Grunde. Bietet nun irgend ein codex den Apostroph oder die Krasis oder in den gedachten Wörtern das θῆτα, wo die vulgata das Entgegengesetzte hat, so notirt er dies in folgender Weise: $\overset{\text{᾽A}}{\text{δὲ ἦν}}$: und dann wird man auch jedesmal im Druck diese Formen finden: bei diesen Dingen darf man also aus Bekkers Schweigen nicht auf den consensus librorum schliessen. Dass für eine Apostrophirung und dergl. mehr als zwei codices genannt würden, kommt nirgends vor; dass zwei, findet sich mit Ausnahme der Bücher von der Seele, wo es öfter geschieht, entweder höchst selten, oder, wie in der Physik, gar nicht. Doch verfährt Bekker in den Büchern von der Seele darum nicht anders als in den übrigen: hat auch nur einer der beiden codices, auch nur der weniger gute, jene Veränderung so hat er sie gleichwohl in seinen Text aufgenommen.

Accente; Spiritus. — Hierin wird im Allgemeinen auf die Handschriften keine Rücksicht genommen. Die Bücher von der Seele sind jedoch auch hierin vor allen oder den meisten andern begünstigt, indem die Fälle, wo S von der Vulgata abweicht, angemerkt werden. — — Natürlich hält Bekker die Accente und Spiritus der Hand-

prius praevaleat. In codice γίγνεσθαι, γιγνώσκειν, αἰεὶ scribi solet. Inter ὀσμὴν et ὀδμὴν codicis quoque fluctuat scriptura nec tamen iisdem, atque apud Bekkerum, locis. In vocibus οὐδὲν et οὐθὲν, de quarum confusione ad libr. I, 1. 402^b 7 egimus, Bekkerus codicem accurate secutus esse videtur. ζῶον in prima manuscripti parte sine iota neque adscripto neque subscripto legi solet. Sed haec leviora fuere, quam quae a Bekkero litteris mandarentur, modo, quid in his secutus esset, paucis attigisset, ut codicum auctoritas a grammatica norma discerni posset. [Deinde Trendelenburgius hoc loco enumeraverat p. XXX—XLIII, ea quae ipse in codice E aliter legerat, atque Bekkerus,[1]) et quae ille omnino non viderat. Ea notis criticis inserui.]

---

schriften, die noch dazu zum Theil von späterer Hand herrühren, nicht für obligatorisch, und handelt ihnen entgegen, wo es ihm nothwendig scheint; z. B. 409^a 19 hat die Vulgata δέ πως: Bekker bemerkt ausdrücklich dass E S perispomeniren (πῶς A B): nichts destoweniger druckt er δέ πως, — in diesem Falle freilich mit Unrecht.

Ἕνεκα und *ἕνεκεν*. — Für die Bücher von der Seele gilt folgende Regel: ἕνεκεν wird vorgezogen, wenn E es hat, auch gegen alle übrigen; ebenso ist es mit ἕνεκα. cf. 415^b 15. 20, 420^b 20. 23 u. s. w. — Für diese Wortformen ist die varietas codicum im gedruckten Apparat sorgfältig angemerkt.

Γίγνεσθαι und *γίνεσθαι*, *γιγνώσκειν* und *γινώσκειν*. — Mit Ausnahme verschwindend weniger Fälle ist hierüber nichts bemerkt. Der Druck folgt der Vulgata; wodurch denn für die einzelnen Werke des Aristoteles gewisse Ungleichheiten entstanden sind, da die Vulgata aus verschiedenen Handschriften hervorgegangen, von denen die einen mehr als die anderen die volle oder die abgeschliffene Form begünstigten.

Οὕτως und *νῦ ἐφελκυστικόν* vor consonanten. — Dies scheint Bekker bei der Vergleichung der Handschriften mit Fleiss unberücksichtigt zu lassen, und sich bei der Redaction seines Textes hierin von der Vulgata freier gestellt zu haben als in den eben erwähnten Dingen. — — Da es nun doch unmöglich ist durch Vergleichung der Handschriften herauszubringen ob Ar. δὲ ἦν δ' ἦν, τὰ ἐναντία oder τἀναντία geschrieben, so hat Bekker eher zu viel als zu wenig gethan, indem er mit unglaublicher Gewissenhaftigkeit durch den ganzen Aristoteles hindurch Apostrophirungen und Krasen anmerkte."]

1) [Post Trendelenburgium tertia vice codicem E contulit Bussemaker et quae memoratu digna invenit, in praefatione (p. VIII—X) editionis Didotianae (tom. III. Paris. 1854), enumeravit. Nonnulla vidit „quae utriusque, et Bekkeri, et Trendelenburgii aciem fugerunt"; ea in apparatu critico nota: (Buss.) adiecta significavimus, fere omnia autem quae Trendelenburgius post Bekkerum legit, a Bussemakero confirmantur.

Denique in scidis Trendelenburgii folium inveni, quo nova codicis E collatio continetur a Carolo Panschio ad Torstrikii editionem

Inter reliquos codices Parisienses, quorum maior pars chartacea recentioris saeculi notam prae se fert, unum (2034) nobis conferendum esse sumpsimus.[1]) Hic bombycinus saeculi fortasse dĕcimi tertii, multis scripturae compendiis vel ornamentis impeditius quam elegantius scriptus, scholiis hic illic oblitus, etsi a Bekkero praetermissus, propter aetatis rationem non indignus videbatur, qui diligentius examinaretur. In quo quae vel leviora sunt, ut apostrophi usus, vel cum editione nostra, quibus quidem locis Bekkerianam sequitur, consentiunt, silentio transimus. Quae autem propria habet, commemoranda sunt. Libri de anima a duplici in hoc codice manu compositi sunt; prior manus ab initio fol. 111 usque ad fol. 146 (I, c. 1. — II, 2. § 11 *αἰσθήσεις*); a quo inde loco alia manus eaque erectior et clarior nec tot, quot antea, scripturae compendiis.[2])

---

mense Octobri anni 1863 confecta. Perpauca tamen digna sunt, quae enumerentur. Ne vero quid tacuisse videar, rationem reddam.

a. Nova sunt: 406ᵇ 15. *οὐσίας αὐτῆς καθ' αὐτὴν*] ultimum verbum ab altera manu expunctum. ‖ 407ᵃ 11. *πότερον* (erasum) *ὁτῳοῦν τῶν αὐτοῦ μορίων δ' ἤτοι* pr. E. ‖ 416ᵃ 8. *τὸ* om. E. ‖ 421ᵃ 30. *ἔστιν ὀδμὴ* E [*ἔστιν ἡ ὀδμὴ* E Bekk. et Trdlbg.] ‖ 427ᵇ 20. *ἢ* in rasura. ‖ 427ᵇ 27 *τοῦ* [E Bekk. et Trdlbg. *τὸ*] ante *αἰσθάνεσθαι* E in rasura. ‖ 434ᵃ 14. *γένηται* E sec. man., *ἐνῇ* pr. man. ‖ 434ᵃ 18. *τὸ τοιόνδε*] *τὸ* erasum in cod. E.

b. Multa deinde notavit, quae errori aperto librarii debentur, ut exemplo utar 428ᵃ 5 in verbis, quae sunt *τοιαῦται δ' εἰσὶν αἴσθησις, δόξα, ἐπιστήμη, νοῦς* codice E lectio praebetur *ἐπιστήμην*, eaque in rasura; vel 422ᵇ 6 *ἡ ἀυφὴ* legitur pro *ἡ ἀφή*.

c. Tum nonnulla solam librarii orthographiam nobis ostendunt, ut 404ᵇ 14 *αἰθέρει* pro *αἰθέρι*.

d. Denique maiore totius collationis parte ea continentur, quae utrum prioris an alterius manus essent, Panschio dubia videbantur. Ea ut incerta non enumero.

Trendelenburgii et Bussemakeri lectiones Panschius quoque in codice invenit. Id unum igitur apparet, nova codicis E collatione novi quicquam evasurum non esse, quod quidem ad textum rectius constituendum utile sit.]

1) De hoc codice in catalogo codicum manuscriptorum bibliothecae regiae Par. 1739 haec leguntur: 2034. „Codex bombycinus, quo continentur.

1. Aristotelis de meteoris libri quatuor. Nonnunquam inter lineas glossae; coniecta vero ad marginem scholia.

2. Eiusdem de anima libri tres cum similibus glossis et scholiis.

3. Eiusdem de sensu et sensibili libri duo cum quibusdam scholiis. Is codex saeculo decimo tertio exaratus videtur."

2) [p. XLIV—LXV. Trendelenburgius lectiones huius codicis Parisiensis enumeraverat, nos notis criticis recepimus; signaverat eum

Haec quidem ea, quae criticam spectant. In commentariis id unum omnium maxime spectavimus, ut Aristoteles ex Aristotele, hi de anima libri e reliquis Aristotelis libris illustrarentur. Quidquid eo pertinebat, ut animus in abditas Aristotelis sententias sese quasi insinuaret, et cupide arripuimus et religiose servavimus.

Sed in tam amplis Aristotelici ingenii monumentis nullum locum adeo vacuum relictum putavimus, ut felici quadam ex hodierna philosophia divinatione supplendus esset. Ita enim si antiquis, ut fit, recentia, propriis aliena miscentur, periculum est, ne sincera inficiantur et obscura non sua, sed ambigua luce collustrentur. Quare a lubrica hac ratione, quae neglectum historici studii laborem facili philosophandi nisu compensare vult, manus abstinuimus. Nec tamen Graecos interpretes, qui ab antiquitate proximi sunt, neglegendos putavimus. Themistii paraphrasin, Simplicii et Ioannis Philoponi commentarios diligenter consuluimus. Ex quibus qui Plutarchus laudatur, Nestorii est filius, Atheniensis (cf. Simpl. ad l. d. or. p. 72 b), philosophus, quem cum Iamblicho iungit et praeclarum Aristotelis interpretem celebrat Priscianus Lydus in Theophrastum p. 289. 291. De eo plura Suidas et Marinus in vita Procli c. 12, ut auctor est Fabricius in bibl. Gr. lib. IV. c. XIII. tom. V. p. 197 ed. Harl. Qui Alexander affertur, ille est, quem prae ceteris *τὸν ἐξηγητὴν* appellarunt, Alexander Aphrodisiensis, qui praeter duos de anima libros, quos superstites habemus, singulares in Aristotelis de anima libros, commentarios conscripsisse videtur; id quod cum ex aliis, quae a commentatoribus commemorata in Alexandri Aphrodisiensis de anima libris non invenimus, tum e Philopono A. fol. 5 b ad init., et e duplici Alexandri explicatione apud Philoponum E. fol. 3. ad I. 4 § 9 facile apparet. Sed Alexandri de anima libros, etsi percurrimus, non ita excussimus, ut haec pro certis et exploratis proponere vellemus. Alexander Aphrodisiensis in libris, quos relictos habemus, de anima, etsi in plerisque Aristotelem sequens, in rerum tamen ordine aliquantum discedit, ut in eo, quod impulsoriam vim inter imaginationem et intellectum interponit.

---

littera P; ne vero codicis P Bekkeri, qui est Vaticanus, speciem prae se ferat, littera y, quae sola in Bekkeri serie vacat distinximus. Torstrikius huius codicis lectiones in tertio tantum libro admisit.]

Addit etiam nonnulla, ut illam φαντασίας καταλήπτης et ἀκαταλήπτου differentiam.

Praeter veteres interpretes hos nominamus commentarios: Hieronym. Dandinus (e societate Iesu) de corpore animato, Paris. 1611 fol. In quo libro multa ex antiquis et recentioribus cumulata invenias, ut liber non solum Aristotelis interpretem, sed etiam doctrinae de anima auctorem agere velit. Adeo omnia undique congesta sunt, ut ea digerere difficile sit. Aristotelem intellegere non satis habetur; doctrinae copia et ingenii acumine modo impugnatur modo defenditur. In minore tantum operis parte Dandinum nobis consulere licuit.

Contulimus etiam Gesneri adnotationes, quae inscriptae sunt: „Conradi Gesneri Tigurini medici clarissimi physicarum meditationum liber V, qui continet scholia et annotationes tum proprias tum ex Graecorum commentariis breviter et ingeniose collectas in Aristotelis libros 1. de meteoris 4. de anima D. etc. (p. 55 — 131 libri de anima), Tiguri 1586." Haec maximam partem e Graecis excerpta sunt; ab initio ad III, 3 fusius; ab hoc inde capite in omnium difficillimis locis parce nec ultra paucas Themistii sententias.[1]

Duae exstant Germanicae versiones[2] notis instructae, altera Michaelis Wenzeslai Voigt (Lips. 1803), altera Weissii (Lips. 1829). Quarum quantum haec illi praestet, dici non potest. Quae ad Aristotelem illustrandum adiciuntur, iis in illa Kantianae, in hac novissimae philosophiae vestigia impressa sunt, ut multa non ex Aristotele deprompta, sed in Aristotelem illata esse videantur.

Hi quidem sunt ii libri, quos in commentariis scribendis tanquam comites respeximus. Omnia, quae medio praesertim aevo ad hoc Aristotelis de anima scriptum allata sunt, conquirere nec potuimus, vix enim tanto labori vita

Restant duo testimonia e libellis de incessu animalium et de communi motu. In illo libri de anima tanquam secuturi promittuntur, in hoc tanquam superiores laudantur. De incessu animalium c. 18, 714^b 20. τὰ μὲν οὖν περὶ τῶν μορίων τῶν τ' ἄλλων αὐτῶν καὶ τῶν περὶ τὴν πορείαν τῶν ζῴων καὶ περὶ πᾶσαν τὴν κατὰ τόπον μεταβολὴν τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. τούτων δὲ διωρισμένων ἐχόμενόν ἐστι θεωρῆσαι περὶ ψυχῆς. Potest vero esse dubium, num haec verba ad subsecuturam universam de anima quaestionem pertineant.*) Ita fortasse capienda sunt, ut, expositis corporis movendi conditionibus et instrumentis, ultima motus causa ab anima repetenda esse significetur. Quod si est, nihil de libris, quo se ordine excipiant, ex hoc loco liquet. Respondet vero locus de anima III, 9. 10. — — De communi animalium motu c. 6, 700^b 4. περὶ μὲν οὖν ψυχῆς εἴτε κινεῖται ἢ μή, καὶ εἰ κινεῖται, πῶς κινεῖται, πρότερον εἴρηται ἐν τοῖς διωρισμένοις περὶ αὐτῆς (cf. de anima I, 3). et postea 19: καὶ γὰρ ἡ φαντασία καὶ ἡ αἴσθησις τὴν αὐτὴν τῷ νῷ χώραν ἔχουσι. κριτικὰ γὰρ πάντα. διαφέρουσι δὲ κατὰ τὰς εἰρημένας ἐν ἄλλοις διαφοράς (cf. de anim. III, 3 sq.). Libellus vero his verbis exit c. 11. 704^a 3. περὶ μὲν οὖν τῶν μορίων ἑκάστου τῶν ζῴων καὶ περὶ ψυχῆς, ἔτι δὲ καὶ περὶ αἰσθήσεως καὶ μνήμης καὶ ὕπνου καὶ τῆς κοινῆς κινήσεως εἰρήκαμεν τὰς αἰτίας· λοιπὸν δὲ περὶ γενέσεως εἰπεῖν. Quid huic librorum seriei dandum sit, non definiverim; id tamen observandum est, cum hac testimonia, quae ex his libris attulimus, in concentum posse redigi.

Locos Aristotelis invenire, quibus tacita quaedam horum de anima librorum vestigia impressa sint, multo difficilius est. Iam reliqua non repugnare magnum erit; nam etiamsi quae consentiant invenias, an ad hos ipsos libros pertineant ambiguum est. Cuius exemplum laudamus ethica Nicom. VI, 13. 1144^a 9. τοῦ δὲ τετάρτου μορίου τῆς ψυχῆς οὐκ ἔστιν ἀρετὴ τοιαύτη τοῦ θρεπτικοῦ· οὐθὲν γὰρ ἐπ' αὐτῷ πράττειν ἢ μὴ πράττειν. Haec quarta animae pars quorsum pertineat, ex ipsis ethicis elicies nusquam. Facile autem librum de anima II, 2. 413^b 12 contuleris, ubi θρεπτικόν, αἰσθητικόν, διανοητικόν,

---

*) [Cf. Bz. ind. Ar. 100^a 58: „extrema libri verba 714^b 20—23 non videntur ab Aristotele scripta esse."]

κίνησις quatuor, quae inter se coniunctae sunt, partes significantur. Haec igitur divisio tanquam nota poni videtur. In reliquis enim, quae sunt *αἰσθητικὸν διανοητικὸν κίνησις*, ab homine agitur, ut in iis virtus cerni possit, in quarta parte *θρεπτικῷ* nec voluntati nec virtuti locus relinquitur ullus. Sed esto; respiciatur haec divisio. Num ideo sequitur, ad hunc ipsum hoc ipso ex libro locum rem redire? Quod affirmare lubricum est, idque eo magis, quod in ipsis ethicis exotericam de anima quaestionem laudatam esse vidimus.

Ita si alii Aristotelis libri libros de anima commemorant, hos priores esse, illos posteriores facile colligitur. Contra vero si qua in libris de anima aliorum vestigia deprehenderis, hos superiores iudicaveris. Sunt autem parca, quae huc pertinent, indicia. Quae nominatim laudantur, ita sunt comparata, ut, ad quosnam nostrorum Aristotelis libros pertineant, incertum sit. Quae tacita aliorum librorum signa intellegi videntur, ea, haud minori iure e praecepta quadam auctoris notione, quam ex ipsis libris prius conscriptis duci possunt. (Cf. Bz. ind. Ar. 98b 58—99a 20).

Duorum quidem in libris de anima inscriptio affertur, a nostrorum librorum titulis aliena, altera II, 5. 417a 1. *εἰρήκαμεν ἐν τοῖς καθόλου λόγοις περὶ τοῦ ποιεῖν καὶ πάσχειν*, altera II, 11. 423b 28. *θερμὸν ψυχρόν, ξηρὸν ὑγρόν, περὶ ὧν εἰρήκαμεν πρότερον ἐν τοῖς περὶ στοιχείων.* Utraque, si quidem his locis antiquissimos interpretes audias, in illo Philoponum, in hoc Alexandrum Aphrodisiensem, unum nostrum *περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς* scriptum significat*). Est autem, cur, quae ibi leguntur, artiora esse iudices, quam ut universae, qualis tum *περὶ τοῦ ποιεῖν καὶ πάσχειν* tum *περὶ στοιχείων* indicatur, quaestioni sufficere possint. In Diogenis Laertii librorum Aristoteliorum indice (V, 21.) unus *περὶ τοῦ πάσχειν ἢ πεπονθέναι* liber, *περὶ στοιχείων* tres inveniuntur, qui quatuor libri in duobus nostris de generatione et corruptione, qui quidem a Diogene omittuntur, latere vix possunt. Sequuntur hi de generatione et corruptione libri longe aliud consilium, quam ut nudo *περὶ στοιχείων* vel *περὶ τοῦ πάσχειν ἢ πεπονθέναι* nomine significentur. Unum in hoc mirum est, quod Alexander Aphrodisiensis, Diogenes Laertii fere aequalis, (in libro *περὶ ψυχῆς*) librum *περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς*, quem

*) [Assentitur Bz. ind. Ar. 99a 9, 13; singularem librum *περὶ τοῦ ποιεῖν καὶ πάσχειν* exstitisse censet Heitz l. l. 79, librum *περὶ στοιχείων* negat 76.]

Diogenes praeterit, laudat idque ad eum ipsum Aristotelis locum, ubi Alexander, si notum habuisset, περὶ στοιχείων scriptum non siluisset, quod Aristoteles eodem nomine usus erat. Quae res eam sententiam confirmare videtur, quam nuper viri docti de Diogenis Laertii Aristoteliorum librorum indice eiusque origine tulerunt*), ex Alexandrinis scriptoribus, qui ab Aristotelis aetate propius aberant, esse ductum. Ita factum esse videtur, ut indicis inscriptiones, quae prioris saeculi scriptoribus debentur, a librorum nominibus, qualia tum temporis ferebantur, discreparent vel ut libri, qui aequalibus non iam noti erant, commemorarentur.

Ceterum in libris de anima II, 4. 416^b 30. quaestio περὶ τροφῆς, III, 9. 432^b 11. περὶ ἀναπνοῆς καὶ ἐκπνοῆς καὶ ὕπνου καὶ ἐγρηγόρσεως promittitur. De victu nobis quidem singularis liber non exstat et quae libri octavi historiae animalium capitibus undecim leguntur, vix sufficiunt. Si sufficiunt, historiam animalium nostro de anima scripto faciunt priorem, quod per se quidem probabile est. Libelli de respiratione et de somno, quippe qui cum libello de sensu coniuncti sint, facile in eorum numero collocantur, qui hos de anima libros quodammodo suppleant. Quid igitur novi his librorum nominibus ab Aristotele allatis in librorum serie investiganda consecuti sumus? Nihil profecto certi, nisi quod aliqua saltem ratione libros de generatione et corruptione ante hos de anima libros ponere possis. Sed hoc ipsum dubium.

Ad physicas, quae dicuntur, auscultationes, etsi non nominantur, respici affirmare confido. Saepius enim (cf. I, 3. 405^b 31 sqq. II, 4. 415^b 23 sqq. III, 10. 433^a 9 sqq.) eaedem movendi rationes, atque in physicis expositae sunt, redeunt, ut eo minus locum II, 5. 417^a 16. ad physica trahere dubitemus: καὶ γάρ ἐστιν ἡ κίνησις ἐνέργειά τις ἀτελὴς μέντοι, καθάπερ ἐν ἑτέροις εἴρηται, cf. physica III, 2. 201^b 31. VIII, 5. 257^b 8. — Quod eadem in metaphysicis Θ, 6. 1048^b 35. et ethicis Nicom. X, 3. 1174^a 18. attinguntur, nihil nos impedit, quominus illa (ἐν ἑτέροις) ad physica tanquam ad causae arcem referamus. Ethica enim Nicomachea, quemadmodum e libro de anima locus, rem ad aliud, quo tractata sit, scriptum amandant, ut ethica, a quibus res aliena est, respici credere non possis. Metaphysica

*) Brandis in museo Rhen. I, 3. 249. Stahr Aristotelia II, 68. [Diogenis indicem e Favorino, hujus ex Hermippo ductum esse censet Heitz 47 sqq.]

fere omnibus libris seriora esse videntur, ut hoc loco in numerum venire non videantur.

Si quae primo animae libro (I, 1.) de quaestionis ratione et via disputantur, si quae de definitionis causa (II, 2.) afferuntur cum iis, quae ad illos locos attulimus, comparaveris: facile analytica iam fuisse scripta vel certe mente composita tibi persuadeas. Sed haec minus certa.

Haec fere sunt vestigia, quae ad aliquam reliquorum Aristotelis librorum cum libris de anima coniunctionem ferant. Singula si minus expressa sunt, universa id saltem valent, ut librorum auctoritati, si quis quicquam detraxerit, pondus aliquod adiciant. Omnia si vera sunt, qualia significavimus, haec erit librorum series, quam inde fingas. Antecedent libros de anima physica, et nonnullorum sententia libri de generatione et corruptione, quibus analytica posteriora non temere addideris. Sequentur vero libelli de sensu, de somno, de somniis, de respiratione, quos suo iure supplementa dixeris; sequetur scriptum de communi animalium motu; sequentia denique libri de generatione animalium; promittitur liber de nutrimento, quem antiquitas nobis non reliquit. Libellus de interpretatione ultimo fortasse loco ponendus. —

De librorum serie haec non certa affirmentur, sed probabilia proponantur, dum universa omnium Aristotelis librorum conditio et mutua inter se ratio subtilius examinetur.

CONSPECTUS LIBRI.

Universa de anima quaestio in tres libros divisa duabus maxime partibus continetur, una in priorum philosophorum iudicio posita, altera in Aristotelis de anima sententiis occupata. Illa primo, haec secundo et tertio libro absolvitur; ita tamen, ut libro primo, dum aliena percensentur, propria vel parentur invenienda vel quasi per transennam ostendantur, atque ut altero contra et tertio, dum propria enucleantur, priores semper sententiae respiciantur.

Liber primus.

Postquam exordio (c. 1) quaestionis et dignitas et via ac ratio et difficultates tractatae sunt, aliorum de anima sententiae ita proponuntur, ut quid conveniant, quid differant, appareat (c. 2), quibus expositis praecipuae priorum sententiae et iudicantur et refutantur, ut quid maxime spectandum sit, significetur (c. 3—5). Ita hic liber quasi praecursor magis quid agendum sit nuntiat, quam rem ipsam aggreditur, magis circumspiciendo errorem cavet, quam veram sententiam explorat. In singulis vero haec fere sunt capita.

Cap. I. Quaestio de animae natura, quoniam, quanti in reliquas momenti sit, apparet, proponitur (§ 1). Rei quidem gravitatem difficultas exaequat, eaque duplex, tum ab investigandi ratione profecta (§ 2. 6. 7. 8. 11), tum in rerum quae expendendae sunt, natura posita (§ 3. 4. 5. 9. 10. 12).

Quum investigandi ratio (*μέθοδος*), si quidem habere vult, quod sequatur, a rei, quae investiganda est, natura pendeat: facile factum est, ut duplex haec, quam divisimus, difficultas non segregaretur, sed altera in alteram abiret. Ea maxime difficultas significatur, quid anima cum corpore commune habeat (§ 9). Itaque si plerumque et anima a corpore et corpus ab

anima seiungi non potest, quaeritur, cuius disciplinae animae sit cognitio (§ 10); alia enim materiam, alia notionem a materia avocatam contemplatur. Est autem physici maxime, in animae naturam inquirere.

Cap. II. Alterum libri caput ita ad rem ipsam accedit, ut priorum sententias excuti iubeat (§ 1); hae autem vel motum vel sensum spectant (§ 2): Qui animam in motu posuerunt, fuere Democritus cum Leucippo (§ 3. 12), Pythagoreorum quidam (§ 4), Anaxagoras una quidem ex parte (intellectum enim simul respexit) (§ 5), Thales (§ 14), Alcmaeo (§ 17). Qui ad cognitionem animum adverterunt, ut Empedocles (§ 6), Plato (§ 7), Xenocrates (§ 8), ii ipsi animo rerum principia et elementa inseverunt, sed in ipsis elementis sive cunctis sive uno tribuendis dissensere (§ 9. 10. 11). Quo ea etiam pertinent, quae de Hipponis semine, et de Critiae sanguine, quasi in his anima sita esset, afferuntur, nam et haec elementis cognata. Alii motum cum cognitione coniungunt, ut Anaxagoras (§ 13), Diogenes (§ 15), Heraclitus (§ 16). Quorum quid quisque sequatur, generatim comprehenditur (§ 20. 21. 22. 23).

Cap. III. Quoniam id agitur, ut animam motu contineri negetur, e physicis (I. 8) quod de universa movendi notione definitum est, tanquam disputationis fundamentum repetitur (§ 1. 2). Animam igitur a se moveri septem argumentis (§ 3 — 10) refutatur. Etenim si a se moveretur, locus in eam caderet (§ 3), et, si natura, etiam vi moveri posset (§ 4); certis pro motus ratione elementis constare oporteret; ignis enim sursum, terra deorsum fertur (§ 5); anima si corporis motus sequeretur, suam sedem mutare posset (§ 6); neque aliunde, sicut a sensibus accipit, anima motum accipere deberet, ne suus, in quo finis inest, turbaretur (§ 7); si motus semet ipsum quasi relinquit, anima, si a se moveretur, a sua quasi natura descisceret (§ 8); qui animam sicut corpus ab atomis moveri existimant, ii absurde faciunt (§ 9), ut nec, quomodo animus quiescat, dicere possint (§ 10). Quibus in universum motum coniectis Platonis Timaei sententia examinatur; haec enim, praeterquam quod animam et ex universis elementis condit et cum concentus rationibus coniungit, in animam caeli motum confert (§ 11). In qua sententia refellenda, etsi hoc quidem loco propter motum ponitur, Aristoteles in motu non subsistit. Timaeus, animam definiturus universam, mentem solam occupat; huius enim, si cuiusquam, nec vero sensus et appetitus, aliquis in orbem motus cogitari potest (§ 12). Sed ne mentem quidem tetigit, quippe quae magnitudo esse non potest (§ 13). Si quid enim continui habet,

hoc ad numerum potius, quam ad magnitudinem accedit (§ 13). Mens, si qua esset magnitudo, ita comparata esse posset, ut tangendo cogitaret. Sed sive puncto sive partibus sive universo quasi corpore tangentem ponas, res difficultatibus obruitur (§ 14). Magnitudine relicta, de orbis motu, quem Timaeus animae indidit, an mentis actionibus respondeat, quaeri potest. Sed ne in hoc quidem sive agendi consilium sive cognoscendi genera spectas quaequam cernitur similitudo (§ 15). Quoniam Timaeus sempiternum motum constituit, idem semper rediret cogitandum (§ 16). A motu omnino tantum abest cogitatio, ut in multis quieti similior sit (§ 17). Accedit, quod, reliquis concessis, ipsa suis se ratio difficultatibus implicat. Recta enim linea in orbem cogitur, ut, quod ita vi fiat, laboriosum sit nec naturae consentaneum esse queat (§ 18). Animus cum corpore coniugatur et quasi concluditur, quamquam alio loco animus a materia immunis altius evolare dicitur (§ 19). Neque id apparet, utrum caelum animae, an anima caelo motus sit causa (§ 20); ac si anima, quis huic cum movendi tum in orbem movendi finis (§ 21. cf. §. 14. 15). Huic Platonicae sententiae cum multis aliis id commune est vitium, quod, qualem quali corpori animam tribuant ac prope obtrudant, prorsus neglegunt, neque animum corpore tanquam instrumento uti curant. Quod crimen in Pythagoreos, qui quaslibet animas in quodlibet corpus migrare iubent, omnium maxime cadit (§ 22. 23).

Cap. IV. Aristoteles, quoniam Platonis exposuerat sententiam, adductus esse videtur, ut aliam adderet in Platonis Phaedone significatam (§ 1—8). Redit enim, quasi relictum fateatur, ad motum, ut, an animi affectiones motus sint, quaerat (§ 9—15). Quibus examinatis eum, qui animum numerum esse affirmaverat, refutat (§ 16—22).

I. Animus igitur non est harmonia. Animus enim nec mixtio est nec compositio (§ 2); motus, quem animi esse volunt, ab harmonia alienus (§ 3); harmonia magis ad corporis affectiones, quam ad animum transferri potest (§ 4); corporis enim et partium compositio (§ 5) et elementorum mixtio (§ 6); sed utraque in animo nulla est (§ 5. 6). Etenim si anima — id quod etiam in Empedoclem dicitur — mixtionis esset ratio, aut in ipsa esset mixtione, unde tot animae existerent, quot diversa in corpore mixtionis genera (§ 6), aut aliud quid esset praeter mixtionem positum, qua re animae cum corpore coniunctio tolleretur (§ 7. 8).

II. (§ 9—15). Anima ipsa non movetur, nisi per accidens (§ 9). Quae eius affectiones motus esse videantur (§ 10),

eae, quatenus quidem motus, corporis sunt, aut ab anima profectae, ut ira, recordatio, aut ad animum tendentes, ut sensus (§ 11. 12). Mens ipsa omni et motu et mutatione maior (§ 13. 14). Itaque anima, quum omnino non moveatur, neque a se ipsa moveri potest (§ 15).

III. (Cap. 4. § 16—22—Cap. 5. § 1—3) Xenocrates, ut credere par est, animam numerum posuerat semet ipsum moventem. In quam sententiam cum illae difficultates cadunt a motu excitatae, tum propter numeri naturam propriae. Numerus enim divisionis et differentiae expers moveri non potest (§ 16). Si posset moveri, motu tanquam e puncto linea exsisteret (§ 17). Numerus, si imminuitur, alius fit. Sunt autem animantia, quae imminuta et dissecta idem animae genus tueri videantur (§ 18). Numerus, utpote in quanto situs, a Democriti atomis non multum differret (§ 19. cf. c. 5, 2). Numerus, siquidem monadis punctum, corporis puncta occuparet, ut plura uno loco essent puncta (§ 20. c. 5, 1). Si contra corporis punctis anima contineretur, nulla esset causa, quae a ceteris corporibus animam excluderet (§ 21); neque anima, si ita ad mathematicas puncti rationes revocaretur, a corpore, ut volunt, separari posset (§ 22). Accedit, quod ex hac numeri moti definitione ne una quidem animae actio intellegi potest (c. 5. § 3).

Cap. 5. § 5—12. Animum ex iis rebus, quas cognoscit, constare refutatur. In quo Empedoclis mentio fit (§ 6). Sed non hic solus tangitur. Id enim, quum Timaeus taxaretur (I, 3. § 11), ex eius sententia silentio praetermissum est, quod anima, ut rerum et animae esset consensus, ex iis ipsis elementis, ex quibus rerum natura, condebatur, (*συνεστηκυῖαν ἐκ τῶν στοιχείων*. I, 3. § 11). Adeo plurima ex hoc primo libro Platonem respiciunt. Qui animo, ut res cognoscere possit, earum elementa tribuunt, ii quomodo totum, quod elementa tanquam partes complectatur, cognosci possit, non curant, ut, si curarent, animo praeter elementa eorum in singulis quibusque rebus rationem et temperiem inesse oporteret (§ 6). Ita si quis categorias, ut similia similibus cognoscerentur, animo insitas esse contenderet, multa, quae absona essent, sequerentur (§ 7). Quod philosophi modo contraria a contrariis pati docent, modo sensibus, quos eosdem pati iudicant, similia inserunt, in eo sibi repugnant (§ 8). Neque experientia rationem confirmat; crines enim, qui maxime terrae naturam referunt, cum universi sensus tum tactus, qui ad terram pertinet, sunt nescii (§ 9). Maior etiam elementorum, quum singula quaeque in singulis haererent, ignorantia esset, quam scientia; ut, si ratio valeret universa, ipsi Deo,

quippe cui contentionis, quam Empedocles in rerum posuit natura, experti, magna rerum esset imperitia (§ 10). Omnes res, quoniam nihil est, quod non ex elementis constet, si quidem elementis cognitio deberetur, cognoscerent necesse esset (§ 11). Nec, si anima ex elementis fieret, quod elementa cohiberet et regeret, superesset quicquam (§ 12). Si denique ex elementis animus esset condendus, non cunctis opus esset, quum altera contrariorum pars ex altera cognoscatur (§ 16). Sed omnibus his de anima sententiis id fere commune est vitium, quod, sive motum sive sensum respiciunt, in una re detentae nec de universis neque in singulis omnia definiunt (§ 13. 14), velut Orphica carmina animam e spiritu ducunt, quamquam non omnia respirant animantia (§ 15).

Ut hi animae elementa dederunt, ita contra alii, quasi animam elementis tribuerent, animam per universum fusam esse crediderunt (§ 17). Sed quid impediret, quominus anima in singulis quibusque elementis velut igne animal constitueret (§ 18. 20)? Utra anima praestaret, elementorum an animantis, utra immortalior (§ 19). Quaereretur etiam, unde anima, dum elementa aequabilem et simplicem naturam tuentur, varias et diversas partes susciperet (§ 21).

Duabus denique quaestionibus propositis liber absolvitur (§ 23); una ea est, omnes animi actiones utrum ab una et individua anima proficiscantur an a singulis singulae partibus; altera utrum vita in omnibus simul animae actionibus consistat an in quibusdam an in alia quadam causa. Illa uberius tractatur (§ 24. 25. 26), haec paucis attingitur (§ 27). Si anima in partes discederet, nova anima opus esset, quae partes contineret (§ 24). Quae animi quibus corporis partes respondeant, dici non potest (§ 25). In iis animalibus quae dissecta vitam proferunt, nullum animae quasdam partes separari indicium inest (§ 26).

Liber secundus.

I. Animae definitio eiusque facultates. II, 1—II, 3.

Cap. I. Aliorum sententiis et expositis et examinatis ad definitionem, quid sit anima, enucleandam acceditur (II, 1. § 1). Quem in finem divisiones quaedam proponuntur, ex quibus animae definitio colligatur (I, 1. § 2. 3). Huic vero notionum quasi normae anima ita comparatur, ut ἐντελέχεια (§ 4) eaque prima (§ 5) organici corporis (§ 6) esse appareat. Qua definitione quaestio an anima et corpus unum sit plane absciinditur (§ 7).

Positae definitionis partes ita quidem declarantur (§ 8—13), ut, quid sit, quo rei ratio et notio (ἡ οὐσία κατὰ τὸν λόγον) contineatur (§ 8. 9), quae sit necessaria animae tanquam formae cum corpore coniunctio (§ 10. 12) et quae esse possit aliqua huius coniunctionis exceptio (§ 13. 14), clarius perspiciatur.

Cap. II. Quoniam ea vera est definitio, quae non in rei forma describenda acquiescit, sed in ipsas causas descendit (§ 1), animi definitio facultatibus eius certius exprimitur (§ 2—6). In quo primum, quo vita, cuius plantae participes sunt, contineatur (§ 2. 3), deinde quid animans constituat (§ 4. 5), ita dividitur, ut illud quidem sine hoc, hoc vero non sine illo esse possit. Hae animae facultates utrum loco differant, an sola cogitatione separari queant, quaeritur (§ 7—11), ut, si qua loci separatio in mentem admitti possit (§ 9), reliquae continuitate quadam cohaerentes (§ 8. 10) sola ratione seiungantur. His igitur ipsis facultatibus anima tanquam ἐντελέχεια ad veritatem traducitur, ut earum sit forma et domina (§ 12. 13) et proprio corpori inesse debeat (§ 14. 15).

Cap. III. Animae facultates quae sint repetitur (§ 1), quae continua causarum serie inter se cohaereant (§ 2), quae quibus animalibus insint (§ 3. 4), significatur, id vero maxime agitur, ut, qualis earum sit ordo, quo superior inferiori nititur, declaretur (§ 5—7).

II. De anima vegetanti et nutrienti (II, 4).

Cap. IV. In singulis, ad quae a communi definitione pergitur, ea ponitur investigandi lex, ut facultate actiones, actionibus ea ad quae actiones pertinent, cognoscantur priora (II, 4, 1). Itaque primum de generanti et nutrienti anima quae inter se coniunguntur. Illi id propositum est, ut, dum singula quaeque intereunt, genus servetur eoque ipsa mortalia in aeternitatis partem vocentur (§ 2). Ut, quomodo horum omnium anima possit causa dici, perspiciatur, causae expositio ita interiicitur, ut ad vegetantem maxime animam respiciatur (§ 3). Anima autem causa dicitur, quatenus ea est forma, qua animantis natura continetur (§ 4), quatenus finis est, ad quem corporis et instrumenta et actiones referuntur (§ 5), quatenus causa est efficiens, a qua motus sive eundi sive crescendi sive sentiendi proficiscitur (§ 6). Haec si ad nutriendum adhibentur, facile apparet, animam esse causam, nec caecam materiam, quae modum non habeat; hanc, sive ignem simpliciter (§ 8), sive terram et ignem cum Empedocle (§ 7) statuas, solam nutriendi esse conditionem, quae quidem ab anima regatur (cf. § 12). Quod alii a contrariis

(§ 9), alii a similibus (§ 10) nutritum ducunt, ita componitur, ut nutrimentum, quum extrinsecus accedit, dissimile, quum digestum et susceptum est, ei, quod nutritur, simile sit (§ 11). Quoniam nihil nutritur nisi quod vita gaudet, anima in his omnibus agit (§ 12), ita quidem, ut alat, augeat, generet (§ 13. 14). In his si prima anima consistit, a fine, quem propositum habet, generatrix appellari potest (§ 15). Utitur autem calore tanquam agendi conditione, quo nutrimentum concoquat.

III. De sentiendi facultate (II, 5—III, 2).

Cap. V. De sensu universo. Sensus in movendo et patiendo positus (§ 1) nihil per se est nisi facultas (*δύναμις*) (§ 2), quae, duplex per se (§ 4. 7), in sensibus ita comparata est, ut ipso ortu (§ 6) nata a rebus, quae sensus feriunt, excitetur, atque dum patitur, ad sui perfectionem perducatur (§ 4. 5. 6). Quod in patiendo locum habet, id, quamvis non vulgaris sit patiendi ratio, etiam in sensibus evenit, ut, quae sentiuntur, dum tanquam aliena obversantur, dissimilia sint, suscepta vero similia fiant (§ 3. 7).

Cap. VI. Tria sunt eorum, quae sensibus percipiuntur, genera (§ 1), primum, quod uni sensui proprium est, ut color (§ 2), alterum, quod vel pluribus vel omnibus commune, ut motus (§ 3), tertium, quod non tam percipitur, quam una cum sensibus per accidens cognoscitur (§ 4).

Cap. VII. De visu. Visus ad colorem, qui cernitur, redigitur (§ 1. 4): color autem perspicuum movet (§ 1), cuius vita et actio lumen est (§ 2. 7). Lumen corpus esse negatur (§ 2. 3), adest enim ne motu quidem eius percepto (§ 3). Quod color perspicuum movet, eoque demum motu visus percipit, id vel ex eo apparet, quod nihil ipsi oculo impositum cernitur (§ 5). Itaque sicut in visu intermedium quid requiritur, ut sensus agere possit (§ 6): ita idem in reliquis sensibus evenire videtur, id quod hoc loco quasi praecipitur (§ 8. 9).

Cap. VIII. De auditu. Sonus in solidis et lēvibus corporibus concutiendis positus (§ 1. 3) ad aliquid, in aliquo medio fertur (§ 2). Quum sonus, ut lumen, repercutitur, imago exsistit (§ 4). Aer, quem medium sonus percurrit, ita comparatus esse debet, ut unus sit et continuus et cum eo aere, qui auri innatus est, cohaereat (§ 5. 6). Ad sonum edendum et quod ferit et quod feritur concurret (§ 7). Diversa sunt soni genera, ut grave, et acutum, quae e diversis movendi generibus exsistunt (§ 8). Vox animantium est, etsi ad instrumenta transtuleris

(§ 9). Cui aer respiratus inservit (§ 10), ad arteriam tracheam appulsus, a lingua in ore ita articulatim effictus, ut aliqua significatio insit (§ 11. 12).

Cap. IX. De olfactu. De olfactu, quoniam in homine non tam acer est, quam in aliis animantibus (gustu vero, quippe qui in tactu positus est, praestamus), certi aliquid statuere difficilius est (§ 1. 2). Olfactus et gustus aliquam inter se habent similitudinem, ut a gustu odorum nomina ducta sint (§ 3). Pertinet olfactus, ex reliquorum sensuum similitudine, non solum ad id, quod olfactu percipitur, sed etiam ad id, quod non percipitur (§ 4). Non solum aer, sed etiam aqua odori ferendo inservire videtur (§ 5), ita tamen, ut quae animantia respirant, ipso spiritu odores ducant (§ 7), neque in aqua odorari possint (§ 8). Olfactus instrumentum ita differt, ut in aliis opertum sit, in aliis aperte expositum (§ 7).

Cap. X. De gustu. Quod gustu percipitur, tactui subiectum est, ut non aliquo corpore intermedio sentiatur sed humido solutum quasi cum lingua colliquescat (§ 1. 2). Percipiuntur autem non solum sapores, qui gustui conveniunt, sed etiam qui vel fere non agunt vel gustum tollunt (§ 3). A potu, qui gustui et tactui communis est, gustus principium ducit: quod enim gustandum est, eo lingua in humorem liquefacto imbuitur, ut lingua nec per se humida nec humoris suscipiendi expers sit (§ 4). Saporis genera inter se opposita dulce et amarum, inter quae alia sunt interiecta, ut pingue, acidum, austerum, acre (§ 5).

Cap. XI. De tactu. Dubiis de tactu compositis (§ 1—8) ipsius natura explicatur (§ 9—12). Duae sunt quaestiones, quibus universa res impeditur, primum utrum tactus, quum ad plura qualitatum genera pertineat, unus sit sensus an pluribus iunctis contineatur (§ 1. 2), deinde an tactus, qui contactus esse videtur, re vera nullo medio intercedente fiat (§ 1. 3—8). In illa quaestione eo inclinat sententia, ut plures sensus concreti statuantur (§ 5); haec eo videtur perducta, ut, etiamsi quid intercedat, id quod intercedit non ad tactum adiuvandum agat, sed una cum tactu feriatur et patiatur (§ 8). Vera igitur in tactu sensus sedes intra cutem est (§ 9). Versatur autem tactus in elementorum differentiis dignoscendis, velut calido frigido, sicco humido (§ 10). Sensum ea natura esse oportet, ut media harum qualitatum ratione temperatus sit, ita quidem, ut non certo quodam modo praeoccupatus sit, sed tanquam facultas cuique rei suscipiendae pateat (§ 11). Ut in ceteris sensibus, ita

etiam tactu ea quoque, quae vel minus vel nimis vehementer pellunt, cognoscuntur (§ 12).

Cap. XII. Singulis igitur sensibus expositis, quid commune sit, quaeritur. Est autem primum, sensum rerum formas sine materia suscipere, deinde sensus quidem vim in sensus instrumento inesse, veram autem eius naturam non in magnitudine sed in ratione et modo esse positam, denique vehementiore sensus vi hunc rationis concentum tolli (§ 1. 2. 3). Unde fit, ut plantae, utpote medii et modi expertes, etiamsi a rebus tactui expositis afficiuntur, tamen nihil sentiant (§ 4). Ita et odorem, saporem et reliqua inanima, si experiuntur, una cum materia velut aere experiuntur, ut sensus esse non possit (§ 5. 6) in forma percipienda positus.

Liber tertius.

Liber secundus a tertio non ita e quaestionis natura divisus est, ut a novo libro nova pars exoriatur. Sed in sensuum natura perscrutanda pergitur, dum (c. 3) imaginatio a sensu ad mentem viam paret.

Cap. I. Nullus alius est praeter quinque sensus, qui proprium aliquid percipiat (§ 1—4). Nec fieri potest, ut iis, quae communia dicta sunt, peculiaris sit sensus (§ 5—8). Neque tamen haec communia, qualia sunt motus, quies, figura, magnitudo, numerus, per accidens percipiuntur (§ 5). Sensus, quae aliis sensibus propria sunt, per accidens cognoscunt (§ 6).

Cap. II. Quod videre vel audire sentimus, id in ipsa sensus vi inest (§ 1. 2), nec solum sensus suscipere, sed etiam retinere valet (§ 3). Rei, quae percipitur, et sensus, qui percipit, actio (ἐνέργεια) in unum concurrit (§ 4—8). Sicut sensus in concentu positus est, ita quod sensui gratum est, e congruente huic concentui ratione pendet (§ 9). Sensum sibi quemque conscire non sufficit. Quae percipiuntur inter se vel comparanda vel coniungenda sunt, ut sensu opus sit, in quem reliqui conveniant (§ 10—12). Qui sensus communis etsi difficultates habet suas (§ 13. 14), tamen officio, quo ad plura simul pertinet, ita fungitur, ut punctum, etsi unum, ad duas simul partes, quas dividit, referatur; punctum enim, dum alterum finit, alterum incipit, ut simul et unum sit et duo.

IV. De imaginatione (III, 3).

Cap. III. Fuerunt, qui sensum et intellegentiam idem putarent (§ 1). Quod si esset, non haberent, unde error nasceretur

(§ 2. 3), nec cur sensus cunctis animantibus, intellegentia soli homini inesset (§ 3). Imaginatio inter sensum et intellegentiam ita interiecta est, ut sine sensu imaginatio, sine imaginatione cogitatio esse non possit (§ 4). Imaginatio autem nec ipsa intellegendi cogitatio est (§ 4. 5), nec mens (§ 8), nec opinio (§ 5. 6. 10), nec sensus (§ 7), nec opinionis cum sensu coniunctio (§ 9). Imaginatio motus est a sensuum actione menti inditus (§ 11. 13), cuius, prout sive sensuum gradus diversi sive sensus praesentes vel remoti sunt, diversa est veritas (§ 12. 13). Imaginatio, quae ab uno tanquam principe sensu nomen traxit (§ 14), ita in mente manet atque ita valet, ut eius species haud raro agendi sint principium.

V. De intellectu (III, 4—III, 7).

Cap. IV. Intellectus, si sensibus comparetur, eodem, atque hi, modo sui iuris dici potest, in quo inest aliqua *ἀπάθεια*, ita tamen ut cogitandi facultas, nisi cogitaverit, per se nihil sit (§ 1—3). Corporis materiae non mixtus (§ 4), tantum in eo sensuum vim superat, ut a maiore re, quam perceperit, non, ut sensus, opprimatur sed potius excitetur (§ 5). A se ipso cogitandi originem ducit et se ipsum apprehendere scit (§ 6); rerum materia, quae in sensus incurrit, relicta, intimam rerum notionem et legem exquirit (§ 7. 8); reliquae res ab intellectu veritatem accipiunt, ut intellegi queant, nec vero res faciunt, ut ipse intellegatur (§ 9. 10). Quod intellectus patitur, ad *δύναμιν* pertinet (§ 11). In iis, quae a materia immunia sunt, intellectus et id quod intellegitur, unum est et idem (§ 12).

Cap. V. Ut in omni arte forma materiae praestat, ita intellectus agens patienti est potior (§ 1), isque princeps est et veri fons, separabilis et immortalis (§ 2).

Cap. VI. Falsa, si individua et propria, quae quidem ad idem redeunt, cogites, non admittuntur (§ 1. 7). Falsum potius in iis, quae cogitatione componuntur, locum habet (§ 1. 2). Est autem individuum aut magnitudine (§ 3) aut notione et specie (§ 4) aut privatione (§ 5). Intellectus adeo patet, ut omnes sit res et ipsae contrariae facultate. Nihil vero si sibi contrarium et oppositum habet, semet ipsum cognoscit (§ 6). Intellectus, qui, materia relicta, intimam rerum naturam sequitur, verus habendus est (§ 7).

Cap. VII. In sensibus *δύναμις* prior est, in intellectu, si, singulis hominibus sepositis, rem omnino et universe quaesieris, *ἐνέργεια* *δύναμιν* praecedit (§ 1). Sensuum perceptio adeo merum est iudicium, ut dicendo comparari possit; in appetendo

vero et fugiendo — id quod sensus sequitur — animus quasi affirmat vel negat, adnuit vel abnuit (§ 2). Menti imaginatio eundem ad expetendum vel fugiendum locum tenet, quem sensus in iis animantibus, quae ratione et mente non gaudent (§ 3. 5). Mens imaginatione futura praecipit, ut consilium ineat (§ 6); verum boni, falsum mali loco habet (§ 6); mathematica a rebus, quibus insunt, avocat (§ 7). Intellectus omnino res ipsa dici potest, quam vera cogitandi actione comprehendit (§ 8).

Cap. VIII. Rem si in pauca contuleris, anima quodammodo omnia, quae sunt, dici poterit (§ 1). Quemadmodum manus instrumentum est instrumentorum, ita mens forma formarum et sensus eorum, quae sentiri possunt, species et forma (§ 2). Sensus imaginationi, imaginatio menti agendi materiam suppeditat; sunt autem cogitationes, etiamsi non sine imaginatione, tamen ab imaginatione diversae (§ 3).

VI. De animae vi loco movente (C. 9 — 11).

Cap. IX. Animae partes, quae dividuntur, quarum movendi facultas una esse dicitur, cavendum est, ne inter se prorsus avellantur (§ 2. 3. C. 10. § 5). In omnibus appetitus quidam inest (§ 2 — 4). Movendi facultas neque in nutrienti anima (§ 5), neque in sensibus (§ 6), neque in mente sive ad cognitionem sive ad actionem pertinente (§ 7. 8) per se solis spectatis posita est. Neque ipse est appetitus, cui in movendo semper paretur (§ 8).

Cap. X. Duo potissimum movere videntur cupido et mens, si quidem mente etiam imaginationem comprehendas (§ 1). Est autem mens illa, penes quam agendi consilium est. Quod expetitur, illud est, unde motus proficiscitur (§ 2. 3), ut sive bonum est, cuius rei mentis iudicium est, sive bonum videtur, in qua re imaginatio maxime valet, appetitus excitetur (§ 4. 9). Quamquam saepius fit, ut mens, quae futura prospicit, cum cupidine, quae praesentia occupat, contendat, tamen quod expetitur, unum illud est, quod animi voluntatem impellit (§ 6). Itaque hoc ipsum immotum; appetitus contra et movetur et movet; animans nihil nisi movetur (§ 7). Quo autem instrumento moveatur, corporis est; eaque pars ita comparata, ut, quum aliquid firmum habeat movendi fundamentum, pellendo et trahendo inserviat (§ 8). In imaginatione, quae vel ratione et consilio temperatur vel a sensibus solis cietur, summa appetitus vis et causa sita est.

Cap. XI. Imperfectis animantibus ut motus indefinitus est, ita et imaginatio, si qua est, indefinita erit (§ 1). Quae imaginationem a sensibus ducunt, ea animalia, quod ratiocinatione

non utuntur, opinione non gaudent. In deliberando autem ratiocinatio efficit, ut, quae imaginationis species obversantur, inter se comparatae ad unam redigantur (§ 2). Tria sunt in iis animantibus, quae imaginatione utuntur cum ratione coniuncta, movendi genera, unum, in quo ratio libidinem temperat, alterum, in quo libido ratione superior, tertium, in quo libido libidinem rapit (§ 3). Generalis per se ratio ad agendum nihil valet, nisi, singulis causis interiectis, ad rem et factum traducitur (§ 4).

VII. De facultatum animi ordine et necessitate (C. 12. 13).

Singulis animi facultatibus expositis de universis ita quaeritur, ut, quomodo quaeque ad universam animae naturam conservandam requiratur, spectetur. Quidquid vivit, nutrientem animae vim habeat necesse est (§ 1), animalia sensum, et quidem omnia tactum, quae autem moventur, etiam reliquos (§ 2. 3. 8). Quod anima et mente gaudet, sensu carere non potest (§ 4). — Sunt contra necessario corporis conditiones ad sensus suscipiendos comparatae (§ 5). Animantis corpus, quoniam tangi potest, non omni ex parte ab animante possideretur, si tangendi sensus esset expers. Animal, si tactu non sentiret, se ab externa re irruente defendere non posset (§ 6). In rebus et noxiis fugiendis et salutaribus suscipiendis sensus, qui ex longinquo agunt, non sufficiunt soli. Unde gustus etiam in tactu positus est (§ 7. 8). Sensibus, qui ad percipiendum aliquo medio utuntur, aeris natura omnium optime accommodata est (§ 9).

Cap. XIII. Animalis corpus non posse simplex esse i. e. uno elemento constare, tactus natura probat; neque enim tactus solum lēve et asperum, quibus terra responderet, sed etiam calidum et frigidum, in quibus ignis cernitur, percipit (§ 1). Quum tactu interempto animal interimatur, reliqui autem sensus, utpote magis ad utilitatem, quam ad necessitatem comparati (§ 4), interire possint nec tamen animal pessumdetur: tactus is est sensus, e cuius natura necessaria corporis natura intellegatur (§ 2. 3).

Aristoteles his de anima libris, quid sit anima, quibus partibus et officiis contineatur, quae sit partium inter se ratio, exposuit. Ita si universae animae quasi formula describitur, in qua re tanta libri laus versatur, ut maior esse non possit: non id semper agi videtur, ut singula, quae suo indicantur loco, omni ex parte pertractentur. Dum universa quaeruntur eorumque ratio definitur, singula aliis locis relinquuntur. Ita fit, ut ea scripta, quae parva naturalia dicuntur, hos de anima libros in multis supplere videantur. Quae ad suum quodque locum commemoravimus. Sunt etiam alia eaque hic illic magis ad tempus, quam de instituto allata, quae animae rationes attingunt. Haec, ut vel concentus confirmetur vel discrepantia, si qua est, tollatur, ad huius libri commentarios colligenda esse videntur. In quo quid tandem habebimus, quod sequamur, ne loca magis congesta quam coniuncta esse et magis caeca mole dilabi quam communi consilio regi videantur? Quae e reliquis Aristotelis scriptis de anima afferenda erunt, eo optime continebuntur vinculo, quod hi ipsi de anima libri tanquam filum suppeditant. Hos itaque tanquam ducis vestigia sequentes primum quid e reliquis scriptis ad universam animam, deinde quid ad partes, quae exponuntur, pertineat, conquirenda ducimus. Haec igitur erunt locorum, quae colligemus, genera, primum de universa anima, alterum de anima vegetanti, tertium de sensibus, quartum de imaginatione, quintum de appetitu, sextum de movendi principio, septimum denique de mente et ratione. Inter imaginationem et appetitum ea erunt interponenda, quae de internis animi sensibus agunt, quem locum in his de anima libris ab Aristotele omissum esse miramur.

Summa est in his libris animae definitio, ut prima corporis *ἐντελέχεια* dicatur. Cuius cum vi et potestate ea consentiunt, quae in libris metaphysicis ad animae notitiam pertinent. Ita metaphys. Z, 10. 1035^{b} 15. *ἡ τῶν ζῴων ψυχή (τοῦτο γὰρ οὐσία τοῦ ἐμψύχου) ἡ κατὰ τὸν λόγον οὐσία καὶ τὸ εἶδος καὶ τὸ τί ἦν εἶναι τῷ τοιῷδε σώματι.* Quorum verborum

momenta et prope pondera insunt [illegible]. Si quis, quae ad lib. II. 1. et ad lib. III. 4. diximus, consideret Metaphys. H. 3. 1043ª 35. ἐστι γὰρ ἡ ψυχὴ οὐσία καὶ ἐνέργεια σώματός τινος. Quod paulo post dicitur, ψυχὴ μὲν γὰρ καὶ ψυχῇ εἶναι ταὐτόν, ἀνθρώπῳ δὲ καὶ ἄνθρωπος οὐ ταὐτόν, εἰ μὴ καὶ ἡ ψυχὴ ἄνθρωπος λεχθήσεται. Id, si ea, quae de formarum discrimine diximus ad III. 4. § 7., adhibueris, ex eo fere consequitur, quod anima τὸ τί ἦν εἶναι dicitur i. e. ratio et notio a materia avocata, qua rei natura continetur. Neque haec igitur ab ἐντελεχείᾳ abhorrent. Metaphysica, si quam conjecturam praecipere licet, post libros de anima scripta vel certe edita videntur, ut haec ad verba fere conspirare mirum non sit. Sed physica iam, quae utrisque libris priora existimes, eodem tendunt, ut, si ἐνέργειαν vel ἐντελέχειαν non eloquuntur, tamen significent. Conferas enim physica VII, 3. 246 sqq. In quibus de ἀλλοιώσει, qua quid propria natura relicta in alienam abit, quaeritur. Eiusmodi mutatio si ab anima diligenter removetur, quippe quae actionibus suis perficiatur, nec vero commutetur: id ad ἐντελέχειαν vergit, quae facultatem ab inertia quadam ad veritatem et vitam traducit. Ex quo capite, digno illo quidem, quod totum componatur, haec potissimum excerpimus. 246ª 10. ἀλλὰ μὴν οὐδ' αἱ ἕξεις οὔθ' αἱ τοῦ σώματος οὔθ' αἱ τῆς ψυχῆς ἀλλοιώσεις. αἱ μὲν γὰρ ἀρεταὶ αἱ δὲ κακίαι τῶν ἕξεων· οὐκ ἔστι δὲ οὔτε ἡ ἀρετὴ οὔτε ἡ κακία ἀλλοίωσις, ἀλλ' ἡ μὲν ἀρετὴ τελείωσίς τις (ὅταν γὰρ λάβῃ τὴν ἑαυτοῦ ἀρετήν, τότε λέγεται τέλειον ἕκαστον· τότε γὰρ μάλιστά ἐστι τὸ κατὰ φύσιν, ὥσπερ κύκλος τέλειος, ὅταν μάλιστα γένηται κύκλος βέλτιστος), ἡ δὲ κακία φθορὰ τούτου καὶ ἔκστασις. ὥσπερ οὖν οὐδὲ τὸ τῆς οἰκίας τελείωμα λέγομεν ἀλλοίωσιν (ἄτοπον γὰρ εἰ ὁ θριγκὸς καὶ ὁ κέραμος ἀλλοίωσις, ἢ εἰ θριγκουμένη καὶ κεραμουμένη ἀλλοιοῦται ἀλλὰ μὴ τελειοῦται ἡ οἰκία), τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐπὶ τῶν ἀρετῶν καὶ τῶν κακιῶν καὶ τῶν ἐχόντων ἢ λαμβανόντων· αἱ μὲν γὰρ τελειώσεις αἱ δὲ ἐκστάσεις εἰσίν, ὥστ' οὐκ ἀλλοιώσεις. — ᵇ 20 ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν τῆς ψυχῆς ἕξεων· ἅπασαι γὰρ καὶ αὗται τῷ πρός τι πῶς ἔχειν, καὶ αἱ μὲν ἀρεταὶ τελειώσεις, αἱ δὲ κακίαι ἐκστάσεις. ἔτι ἡ μὲν ἀρετὴ εὖ διατίθησι πρὸς τὰ οἰκεῖα πάθη, ἡ δὲ κακία κακῶς. ὥστ' οὐδ' αὗται ἔσονται ἀλλοιώσεις· οὐδὲ δὴ αἱ ἀποβολαὶ καὶ αἱ λήψεις αὐτῶν. γίνεσθαι δ' αὐτὰς ἀναγκαῖον ἀλλοιουμένου τοῦ αἰσθητικοῦ μέρους. ἀλλοιοῦται δ' ὑπὸ τῶν αἰσθητῶν. Hanc solam sensuum in animo mutationem relinquit, quam, quod aptius nomen novit nullum, in libris etiam

de anima admittit, ita tamen, ut etiam in sensibus facultatis magis *ἐντελέχειαν*, quam mutationem extrinsecus a rebus factam inesse ostendat (cf. de an. II, 5). Itaque nulla animo fit extrinsecus naturae mutatio, nisi quae sensibus a rebus circumiectis accidit. Qua una suscepta reliqua ita ipsius animi natura eveniunt, ut quasi evolvi, non mutari videantur. Si *τελείωσις* tenetur, animus ab illa tabula inani et rasa longe abest, in quam res notitias insculpere suas Aristoteli affinxerunt, *ἅπασα γὰρ ἡ ἠθικὴ ἀρετὴ περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας τὰς σωματικάς, αὗται δὲ ἢ ἐν τῷ πράττειν ἢ ἐν τῷ μεμνῆσθαι ἢ ἐν τῷ ἐλπίζειν. αἱ μὲν οὖν ἐν τῇ πράξει κατὰ τὴν αἴσθησίν εἰσιν, ὥσθ' ὑπ' αἰσθητοῦ τινος κινεῖσθαι, αἱ δ' ἐν τῇ μνήμῃ καὶ ἐν τῇ ἐλπίδι ἀπὸ ταύτης· ἢ γὰρ οἷα ἔπαθον μεμνημένοι ἥδονται, ἢ ἐλπίζοντες οἷα μέλλουσιν. ὥστ' ἀνάγκη πᾶσαν τὴν τοιαύτην ἡδονὴν ὑπὸ τῶν αἰσθητῶν γίγνεσθαι. ἐπεὶ δ' ἡδονῆς καὶ λύπης ἐγγιγνομένης καὶ ἡ κακία καὶ ἡ ἀρετὴ ἐγγίνεται (περὶ ταύτας γάρ εἰσιν), αἱ δ' ἡδοναὶ καὶ αἱ λῦπαι ἀλλοιώσεις τοῦ αἰσθητικοῦ, φανερὸν ὅτι ἀλλοιουμένου τινὸς ἀνάγκη καὶ ταύτας ἀποβάλλειν καὶ λαμβάνειν. ὥσθ' ἡ μὲν γένεσις αὐτῶν μετ' ἀλλοιώσεως, αὐταὶ δ' οὐκ εἰσὶν ἀλλοιώσεις.* Voluptas et dolor ad primam illam, quae a sensibus accipitur, mutationem redeunt, nec sine ea exsistere possunt. Ipsae vero non sunt mutationes, quae ingenitam animae naturam relinquant. Est itaque, cur locus in hanc sententiam exeat: *φανερὸν οὖν ἐκ τῶν εἰρημένων ὅτι τὸ ἀλλοιοῦσθαι καὶ ἡ ἀλλοίωσις ἔν τε τοῖς αἰσθητοῖς γίνεται καὶ ἐν τῷ αἰσθητικῷ μέρει τῆς ψυχῆς, ἐν ἄλλῳ δ' οὐδενὶ πλὴν κατὰ συμβεβηκός.* Ad universum hunc locum, ex quo nunc *ἐντελεχείας* significationem intellectam esse voluimus, infra erit redeundum.

Si *δύναμις* nihil per se est, sed ipsa demum *ἐντελεχείᾳ* id, quod esse debet et cur est, consequitur, si igitur *δύναμις* ex *ἐντελεχείᾳ* perspici debet, tanquam e perfecto imperfectum: consentaneum est, corpus tanquam instrumentum ex animi natura quasi instrumenti arte esse intellegendum: eosque perperam facere, qui re plane perversa perfectiorem animum e perfectiore corpore animi praestantiam ex aptiore membrorum virtute repetant. De qua re Aristoteles praeclare scripsit de part. anim. IV, 10. 687ᵃ 8. *Ἀναξαγόρας μὲν οὖν φησὶ διὰ τὸ χεῖρας ἔχειν φρονιμώτατον εἶναι τῶν ζῴων ἄνθρωπον· εὔλογον δὲ διὰ τὸ φρονιμώτατον εἶναι χεῖρας λαμβάνειν. αἱ μὲν γὰρ χεῖρες ὄργανόν εἰσιν, ἡ δὲ φύσις ἀεὶ διανέμει, καθάπερ ἄνθρωπος φρόνιμος, ἕκαστον τῷ δυναμένῳ χρῆσθαι. προσήκει γὰρ τῷ ὄντι αὐλητῇ δοῦναι μᾶλλον αὐλοὺς ἢ τῷ αὐλοὺς ἔχοντι*

προσθεῖναι αὐλητικήν· τῷ γὰρ μείζονι καὶ κυριωτέρῳ προσέθηκε τοὔλαττον, ἀλλ' οὐ τῷ ἐλάττονι τὸ τιμιώτερον καὶ μεῖζον. εἰ οὖν οὕτως βέλτιον, ἡ δὲ φύσις ἐκ τῶν ἐνδεχομένων ποιεῖ τὸ βέλτιστον, οὐ διὰ τὰς χεῖράς ἐστιν ὁ ἄνθρωπος φρονιμώτατος, ἀλλὰ διὰ τὸ φρονιμώτατον εἶναι τῶν ζῴων ἔχει χεῖρας. ὁ γὰρ φρονιμώτατος πλείστοις ἂν ὀργάνοις ἐχρήσατο καλῶς, ἡ δὲ χεὶρ ἔοικεν εἶναι οὐχ ἓν ὄργανον ἀλλὰ πολλά· ἔστι γὰρ ὡσπερεὶ ὄργανον πρὸ ὀργάνων· τῷ οὖν πλείστας δυναμένῳ δέξασθαι τέχνας τὸ ἐπὶ πλεῖστον τῶν ὀργάνων χρήσιμον τὴν χεῖρα ἀποδέδωκεν ἡ φύσις. Haec quidem non e reconditis ἐντελεχείας notitiis deprompta, neque ulla philosophica distinctione exornata; sed ad communem captum accommodata, ita tamen, ut a quali ratione, e quo philosophiae recessu haec sint emissa, intellegentem existimatorem non fugiat. Est enim finis potissimum ratio, quae haec reguntur.

Aristoteles in politicis I, 5. 1254ᵃ 29 imagine utitur a civitatum generibus ad animum traducta. Ut animus imperat, ita corpori imperatur; ut dominus servo, ita animus corpori subiectus: liberalior autem inter mentem et appetitus ratio. ὅσα γὰρ ἐκ πλειόνων συνέστηκε καὶ γίνεται ἕν τι κοινόν, εἴτε ἐκ συνεχῶν εἴτ' ἐκ διῃρημένων, ἐν ἅπασιν ἐμφαίνεται τὸ ἄρχον καὶ τὸ ἀρχόμενον. καὶ τοῦτο ἐκ τῆς ἁπάσης φύσεως ἐνυπάρχει τοῖς ἐμψύχοις· καὶ γὰρ ἐν τοῖς μὴ μετέχουσι ζωῆς ἐστί τις ἀρχή, οἷον ἁρμονίας. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως ἐξωτερικωτέρας ἐστὶ σκέψεως, τὸ δὲ ζῷον πρῶτον συνέστηκεν ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος, ὧν τὸ μὲν ἄρχον ἐστὶ φύσει τὸ δ' ἀρχόμενον. δεῖ δὲ σκοπεῖν ἐν τοῖς κατὰ φύσιν ἔχουσι μᾶλλον τὸ φύσει καὶ μὴ ἐν τοῖς διεφθαρμένοις. διὸ καὶ τὸν βέλτιστα διακείμενον καὶ κατὰ σῶμα καὶ κατὰ ψυχὴν ἄνθρωπον θεωρητέον, ἐν ᾧ τοῦτο δῆλον· τῶν γὰρ μοχθηρῶν ἢ μοχθηρῶς ἐχόντων δόξειεν ἂν ἄρχειν πολλάκις τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς διὰ τὸ φαύλως καὶ παρὰ φύσιν ἔχειν. ἔστι δ' οὖν, ὥσπερ λέγομεν, πρῶτον ἐν ζῴῳ θεωρῆσαι καὶ δεσποτικὴν ἀρχὴν καὶ πολιτικήν· ἡ μὲν γὰρ ψυχὴ τοῦ σώματος ἄρχει δεσποτικὴν ἀρχήν, ὁ δὲ νοῦς τῆς ὀρέξεως πολιτικὴν καὶ βασιλικήν· ἐν οἷς φανερόν ἐστιν ὅτι κατὰ φύσιν καὶ συμφέρον τὸ ἄρχεσθαι τῷ σώματι ὑπὸ τῆς ψυχῆς καὶ τῷ παθητικῷ μορίῳ ὑπὸ τοῦ νοῦ καὶ τοῦ μορίου τοῦ λόγον ἔχοντος, τὸ δ' ἐξ ἴσου ἢ ἀνάπαλιν βλαβερὸν πᾶσιν. Quid δεσποτικὴ ἀρχὴ a πολιτικῇ differat, optime patet e politicis I, 7. 1255ᵇ 18 ἡ μὲν γὰρ (πολιτικὴ) ἐλευθέρων φύσει ἡ δὲ (δεσποτεία) δούλων ἐστίν et paulo post ἡ δὲ πολιτικὴ ἐλευθέρων καὶ ἴσων ἀρχή. Corpus igitur ita natura comparatum

est, ut obtemperet nullo per se iure gaudens; appetitus vero natura liberi cum ipsa ratione, quae imperat, aliqua certe iuris aequabilitate utuntur.

Sunt praeterea nonnulla in ethicis Nicomacheis, quae ad generalem aliquam animi facultatum partitionem pertinent. Inter quae referenda sunt eth. Nicom. I, 13. 1102ᵃ 23. Aristoteles, postquam animi naturam cognoscere eius etiam interesse, qui ad rempublicam administrandam accedat, exposuit, his pergit verbis. *θεωρητέον δὴ καὶ τῷ πολιτικῷ περὶ ψυχῆς, θεωρητέον δὲ τούτων χάριν, καὶ ἐφ' ὅσον ἱκανῶς ἔχει πρὸς τὰ ζητούμενα· τὸ γὰρ ἐπὶ πλεῖον ἐξακριβοῦν ἐργωδέστερον ἴσως ἐστὶ τῶν προκειμένων. λέγεται δὲ περὶ αὐτῆς καὶ ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις ἀρκούντως ἔνια καὶ χρηστέον αὐτοῖς. οἷον τὸ μὲν ἄλογον αὐτῆς εἶναι, τὸ δὲ λόγον ἔχον. ταῦτα δὲ πότερον διώρισται καθάπερ τὰ τοῦ σώματος μόρια καὶ πᾶν τὸ μεριστόν, ἢ τῷ λόγῳ δύο ἐστὶν ἀχώριστα πεφυκότα καθάπερ ἐν τῇ περιφερείᾳ τὸ κυρτὸν καὶ τὸ κοῖλον, οὐθὲν διαφέρει πρὸς τὸ παρόν.* Ad quae haec postea pertinent: *φαίνεται δὴ καὶ τὸ ἄλογον διττόν. τὸ μὲν γὰρ φυτικὸν οὐδαμῶς κοινωνεῖ λόγου, τὸ δ' ἐπιθυμητικὸν καὶ ὅλως ὀρεκτικὸν μετέχει πως, ᾗ κατήκοόν ἐστιν αὐτοῦ καὶ πειθαρχικόν.* Quod animus rationis vel particeps vel expers dicitur, haec divisio a Platone ducta in libris de anima silentio non praetermittitur (cf. III, 11. 434ᵃ 1 sq.). Qui sint *λόγοι ἐξωτερικοί*, non liquet. Commode enim hoc loco cogitari posset, non disputationes significari ab Aristotele editas, sed alios sermones in vulgus notos, ipsius fortasse Platonis dialogos [cf. ad I, 4. 1.]. Aliunde enim potius rem excipit, quam de suis promit. Hoc ipsis verbis inesse videtur, si quidem praesentis vim (*λέγεται*) et utendi notionem, quasi alienum sit, ponderaveris (*χρηστέον*). Quam denique eleganter quaestionem movet, utrum hae partes re vera separari an cogitatione tantum seiungi queant: in ea libros de anima iterum iterumque occupatos esse scimus, ut unius ingenii vestigia in utrisque libris facile agnoscas (cf. de an. I et III).

Est aliqua in ethicis animi descriptio, quae, etsi neglegentius fusa, cum libris de anima comparanda est. Legitur eth. Nicom. II, 4. 1105ᵇ 20. *ἐπεὶ οὖν τὰ ἐν τῇ ψυχῇ γινόμενα τρία ἐστί, πάθη δυνάμεις ἕξεις, τούτων ἄν τι εἴη ἡ ἀρετή. λέγω δὲ πάθη μὲν ἐπιθυμίαν, ὀργήν, φόβον, θράσος, φθόνον, χαράν, φιλίαν, μῖσος, πόθον, ζῆλον, ἔλεον, ὅλως οἷς ἕπεται ἡδονὴ ἢ λύπη, δυνάμεις δὲ καθ' ἃς παθητικοὶ τούτων λεγόμεθα, οἷον καθ' ἃς δυνατοὶ ὀργισθῆναι ἢ λυπηθῆναι ἢ ἐλεῆσαι, ἕξεις δὲ καθ' ἃς πρὸς τὰ πάθη ἔχομεν*

εὖ ἢ κακῶς, οἷον πρὸς τὸ ὀργισθῆναι, εἰ μὲν σφοδρῶς ἢ ἀνειμένως, κακῶς ἔχομεν, εἰ δὲ μέσως, εὖ. ὁμοίως δὲ καὶ πρὸς τἆλλα. πάθη μὲν οὖν οὐκ εἰσὶν οὔθ' αἱ ἀρεταὶ οὔθ' αἱ κακίαι, ὅτι οὐ λεγόμεθα κατὰ τὰ πάθη σπουδαῖοι ἢ φαῦλοι, κατὰ δὲ τὰς ἀρετὰς ἢ τὰς κακίας λεγόμεθα, καὶ ὅτι κατὰ μὲν τὰ πάθη οὔτ' ἐπαινούμεθα οὔτε ψεγόμεθα (οὐ γὰρ ἐπαινεῖται ὁ φοβούμενος οὐδὲ ὁ ὀργιζόμενος, οὐδὲ ψέγεται ὁ ἁπλῶς ὀργιζόμενος ἀλλ' ὁ πῶς), κατὰ δὲ τὰς ἀρετὰς καὶ τὰς κακίας ἐπαινούμεθα ἢ ψεγόμεθα. ἔτι ὀργιζόμεθα μὲν καὶ φοβούμεθα ἀπροαιρέτως, αἱ δ' ἀρεταὶ προαιρέσεις τινὲς ἢ οὐκ ἄνευ προαιρέσεως. πρὸς δὲ τούτοις κατὰ μὲν τὰ πάθη κινεῖσθαι λεγόμεθα, κατὰ δὲ τὰς ἀρετὰς καὶ τὰς κακίας οὐ κινεῖσθαι ἀλλὰ διακεῖσθαί πως. διὰ ταῦτα δὲ οὐδὲ δυνάμεις εἰσίν· οὔτε γὰρ ἀγαθοὶ λεγόμεθα τῷ δύνασθαι πάσχειν ἁπλῶς οὔτε κακοί, οὔτ' ἐπαινούμεθα οὔτε ψεγόμεθα. καὶ ἔτι δυνατοὶ μέν ἐσμεν φύσει, ἀγαθοὶ δὲ ἢ κακοὶ οὐ γινόμεθα φύσει· εἴπομεν δὲ περὶ τούτου πρότερον. εἰ οὖν μήτε πάθη εἰσὶν αἱ ἀρεταὶ μήτε δυνάμεις, λείπεται ἕξεις αὐτὰς εἶναι. Missis iis, quae ethica spectant, vel de imputando agunt, restat animi partitio, quod vel *δυνάμεις* vel *πάθη* vel *ἕξεις* inesse dicuntur. Ad quae illustranda alium ethicorum locum citamus. Nic. V, 1. 1129[a] 13. *δύναμις μὲν γὰρ καὶ ἐπιστήμη δοκεῖ τῶν ἐναντίων ἡ αὐτὴ εἶναι, ἕξις δ' ἡ ἐναντία τῶν ἐναντίων οὔ, οἷον ἀπὸ τῆς ὑγιείας οὐ πράττεται τὰ ἐναντία, ἀλλὰ τὰ ὑγιεινὰ μόνον· λέγομεν γὰρ ὑγιεινᾶς βαδίζειν, ὅταν βαδίζῃ ὡς ἂν ὁ ὑγιαίνων. πολλάκις μὲν οὖν γνωρίζεται ἡ ἐναντία ἕξις ἀπὸ τῆς ἐναντίας, πολλάκις δὲ αἱ ἕξεις ἀπὸ τῶν ὑποκειμένων· ἐάν τε γὰρ ἡ εὐεξία ᾖ φανερά, καὶ ἡ καχεξία φανερὰ γίνεται, καὶ ἐκ τῶν εὐεκτικῶν ἡ εὐεξία καὶ ἐκ ταύτης τὰ εὐεκτικά.* Haec si iis, quae de *δυνάμεως* et *ἐντελεχείας* discrimine statuuntur, contuleris, *δύναμις*, quae contraria, nullo dum discrimine separata, comprehendit, *δυνάμει*, *ἕξις* vero in certam aliquam speciem evoluta *ἐντελεχείᾳ* quodammodo consentit. Quo autem *πάθη* conicienda sunt? *Πάθη* et *ἕξεις* propterea inter se opposita videntur, quod in illis animus violentia abreptus magis patitur quam agit, in his, quae consilio et studio efficiuntur, actionem sua vi dirigit. Habet hoc discrimen magnum in morum disciplina momentum, sed quoniam in *πάθει* magna agendi, in *ἕξει* nonnulla patiendi vis relinquitur, non ita comparata sunt, ut alterum ab altero seiungi possit. Utrumque vero *δυνάμει* esse oppositum, id de *ἕξει* posteriori, de *παθήμασι* priori loco aperte confirmatur. Quae igitur in ethicis magis ad tempus et consi-

lium dividuntur, ea subtilius in libris de anima exponuntur; neque tamen illa his repugnant.

Quemadmodum in iis, quae ostendimus, universae animi actiones dividuntur, ita alio ethicorum loco singulae facultates enumerantur, ut libr. de anima II, 3. 414ᵃ 31. in contentionem vocare liceat. eth. Nicom. I, 6. 1098ᵃ 1. ἀφοριστέον ἄρα τὴν θρεπτικὴν καὶ αὐξητικὴν ζωήν. ἑπομένη δὲ αἰσθητική τις ἂν εἴη, φαίνεται δὲ καὶ αὕτη κοινὴ καὶ ἵππῳ καὶ βοῒ καὶ παντὶ ζῴῳ. λείπεται δὴ πρακτική τις τοῦ λόγον ἔχοντος. τούτου δὲ τὸ μὲν ὡς ἐπιπειθὲς λόγῳ, τὸ δ' ὡς ἔχον καὶ διανοούμενον. διττῶς δὲ καὶ ταύτης λεγομένης τὴν κατ' ἐνέργειαν θετέον· κυριώτερον γὰρ αὕτη δοκεῖ λέγεσθαι. Haec fere omnino cum continua illa facultatum serie, quae in libris de anima explicatur, congruunt. Illam solum mentem, quae in cognoscendo versatur (νοῦν θεωρητικόν), omissam esse iudices. Quod enim tanquam summa, quae regat, mens (ὡς ἔχον καὶ διανοούμενον) redit, ea magis consilii ad agendum spectantis, quam rationis in cognoscendo positae munere fungitur. Sed summa haec cognitio sicut movendi facultas a re, quae agebatur, remotior erat.

Haec quidem de universo animo ex reliquis Aristotelis locis afferenda erant. Quorum nonnulla quidem alieno consilio accommodata philosophicam librorum de anima subtilitatem non exaequant, sed tantam nusquam discrepantiam ostendunt, quanta concordiam recuset.

Sequitur, ut in animae facultatum serie ab infima eaque ad vitam omnium una necessaria exoriamur. Est autem τὸ θρεπτικόν, anima vegetans in nutriendo et generando posita. cf. de an. II, 4. 415ᵃ 25.

Quae in animae libris (II. 4) de nutriendo disputantur, ut nutritum ab anima regi appareat, quae de communi nutrimenti natura eiusque, quam cum corpore habet, ratione afferuntur: ea in Aristotelis libris nusquam invenimus repetita. In iis quidem nihil nisi generalia adumbravit; singula in peculiares de nutritu libros reiecisse videtur. Hi vero saeculorum decursu interiere (cf. ad II, 4). Nonnulla tamen, quae ad rem faciunt e reliquis libris peti possunt. Haec quatuor fere locis comprehendere possis, primo, quo nutrientis et generantis animae coniunctio continetur, altero, qui, quoniam calor nutriendi conditio est, sanguinis et cordis rationes ad nutritum refert, tertio, qui ad ipsa corporis alimenta pertinet, quarto denique, qui, quatenus somnus vegetantis sit animae, exquirit.

Qua de causa anima nutriens et generans eadem sit et in unam vegetantem coalescat, indicatur de gen. animal. II, 4. 740^b 34. *ἡ αὐτή ἐστιν ὕλη ᾗ αὐξάνεται καὶ ἐξ ἧς συνίσταται τὸ πρῶτον, ὥστε καὶ ἡ ποιοῦσα δύναμις ταὐτὸ τῷ ἐξ ἀρχῆς. μείζων δὲ αὕτη ἐστίν. εἰ οὖν αὕτη ἐστὶν ἡ θρεπτικὴ ψυχή, αὕτη ἐστὶ καὶ ἡ γεννῶσα· καὶ τοῦτ' ἐστὶν ἡ φύσις ἡ ἑκάστου ἐνυπάρχουσα καὶ ἐν φυτοῖς καὶ ἐν ζῴοις πᾶσιν.* Non logica quaedam notionum, qua generatio et nutritus tenentur, similitudo effecit, ut anima nutriens et generans copularentur. Ipsa materia, qua animal et generatur et incrementa capit, plane eadem est natura. Quae Aristotelis sententia universum caput conferenti magis patebit. *τὸ γὰρ σπέρμα περίττωμα μεταβαλλούσης τῆς τροφῆς ἐστιν.* (de gen. anim. II. 3. 736^b 26). *Τὸ θρεπτικὸν* igitur non solum facultatis vi, sed ipsa materiae similitudine nutritum et generationem comprehendit.

In ipsis de anima libris (II, 4. 416^b 29), quantum calor ad nutriendum momentum habeat, significatur; est enim ea nutriendi causa, quae et movet et movetur. *ἔστι δὲ ᾧ τρέφεται διττόν, ὥσπερ καὶ ᾧ κυβερνᾷ ἡ χεὶρ καὶ τὸ πηδάλιον· τὸ μὲν κινοῦν καὶ κινούμενον, τὸ δὲ κινοῦν μόνον. πᾶσαν δ' ἀναγκαῖον τροφὴν δύνασθαι πέττεσθαι. ἐργάζεται δὲ τὴν πέψιν τὸ θερμόν. διὸ πᾶν ἔμψυχον ἔχει θερμότητα.* Itaque calor instrumento comparatur, quod, dum a manu regitur, universi motus est causa. Calor autem, anima quasi administrante, concoquendo inserviet. Simili ratione de generat. an. II, 4. 740^b 26. *ὥσπερ δὲ τὰ ὑπὸ τῆς τέχνης γινόμενα γίνεται διὰ τῶν ὀργάνων, ἔστι δ' ἀληθέστερον εἰπεῖν διὰ τῆς κινήσεως αὐτῶν, αὕτη δ' ἐστὶν ἡ ἐνέργεια τῆς τέχνης, ἡ δὲ τέχνη μορφὴ τῶν γινομένων ἐν ἄλλῳ, οὕτως ἡ τῆς θρεπτικῆς ψυχῆς δύναμις ὥσπερ καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς ζῴοις καὶ τοῖς φυτοῖς ὕστερον ἐκ τῆς τροφῆς ποιεῖ τὴν αὔξησιν, χρωμένη οἷον ὀργάνοις θερμότητι καὶ ψυχρότητι (ἐν γὰρ τούτοις ἡ κίνησις ἐκείνης, καὶ λόγῳ τινὶ ἕκαστον γίνεται), οὕτω καὶ ἐξ ἀρχῆς συνίστησι τὸ φύσει γιγνόμενον.* de part. anim. II, 7. 652^b 10. *αἴτιον ὅτι τοῖς τῆς ψυχῆς ἔργοις ὑπηρετικώτατον τῶν σωμάτων τὸ θερμόν ἐστιν.* His locis adiungimus de resp. 21. 480^a 16. *ἡ δ' ἀναπνοὴ γίνεται αὐξανομένου τοῦ θερμοῦ, ἐν ᾧ ἡ ἀρχὴ ἡ θρεπτική. καθάπερ γὰρ καὶ τἆλλα δεῖται τροφῆς, κἀκεῖνο, καὶ τῶν ἄλλων μᾶλλον· καὶ γὰρ τοῖς ἄλλοις ἐκεῖνο τῆς τροφῆς αἴτιόν ἐστιν.* Itaque non in alimentis nutriendi principium, sed in calore, qui a respiratione ducitur. Conferas his ea, quae paulo ante scripta sunt de resp.

18. 479ª 29. γένεσις μὲν οὖν ἐστὶν ἡ πρώτη μέθεξις ἐν τῷ θερμῷ τῆς θρεπτικῆς ψυχῆς, ζωὴ δ' ἡ μονὴ ταύτης. Quemadmodum generationem ad eandem atque nutritum materiam redire vidimus: ita hoc loco eadem, qua materiam temperat, vi uti intellegimus. Unde non arbitrariam esse, quae in libris de anima traditur, nutrientis et generantis animae copulam, sed artissimam e naturae officina petitam facile concedas. Quibus, si placet, addas θερμότητα ψυχικὴν e libris de gen. an. III. 11. 762ª 20. locum denique de part. an. III. 4. 668, ubi nonnulla, quomodo calor cibum concoquat, leguntur. de gen. an. II. 4. 740ª 21. τροφὴ δὲ ζῴου ἡ ἐσχάτη αἷμα καὶ τὸ ἀνάλογον.

Aristoteles ad omnium rerum originem tendens, quae esset corporis pars vegetantis animae principium et quasi sedes, necessario quaesivit. Quoniam ea est, quam vidimus, caloris et sanguinis cum nutriendo et generando coniunctio: fieri non poterit, quin ad cor haec ἀρχὴ deferatur. Nec sola logica vi cor ἀρχὴ dicitur, ut principem causae locum obtineat, adeo ἀρχῆς prima potestas valet, ut cor omnium primum gignatur. Cuius rei ratio perspicitur e libello de resp. 8. 474ª 25. ἐπεὶ δὲ εἴρηται πρότερον ὅτι τὸ ζῆν καὶ ἡ τῆς ψυχῆς ἕξις μετὰ θερμότητός τινός ἐστιν· οὐδὲ γὰρ ἡ πέψις δι' ἧς ἡ τροφὴ γίνεται τοῖς ζῴοις, οὔτ' ἄνευ ψυχῆς οὔτ' ἄνευ θερμότητός ἐστιν· πυρὶ γὰρ ἐργάζεται πάντα. διόπερ ἐν ᾧ πρώτῳ τόπῳ τοῦ σώματος καὶ ἐν ᾧ πρώτῳ τοῦ τόπου τούτου μορίῳ τὴν ἀρχὴν ἀναγκαῖον εἶναι τὴν τοιαύτην, ἐνταῦθα καὶ τὴν πρώτην τὴν θρεπτικὴν ψυχὴν ἀναγκαῖον ὑπάρχειν. οὗτος δ' ἐστὶν ὁ μέσος τόπος τοῦ τε δεχομένου τὴν τροφὴν καὶ καθ' ὃν ἀφίησι τὸ περίττωμα. τοῖς μὲν οὖν ἀναίμοις ἀνώνυμον, τοῖς δ' ἐναίμοις ἡ καρδία τοῦτο τὸ μόριόν ἐστιν. ἡ τροφὴ μὲν γὰρ ἐξ ἧς ἤδη γίνεται τὰ μόρια τοῖς ζῴοις ἡ τοῦ αἵματος φύσις ἐστίν. Itaque cor primum gignitur, ut sit, unde animae vegetantis vita proficiscatur. de iuv. et sen. 3. 468ᵇ 28. καὶ τῶν ζῴων τῶν ἐναίμων ἡ καρδία γίνεται πρῶτον. c. 2. 469ª 23. κατὰ μὲν οὖν τὰ φαινόμενα δῆλον ἐκ τῶν εἰρημένων, ὅτι ἐν τούτῳ καὶ ἐν τῷ μέσῳ τοῦ σώματος τῶν τριῶν μορίων ἥ τε τῆς αἰσθητικῆς ἀρχὴ ψυχῆς ἐστι καὶ ἡ τῆς αὐξητικῆς καὶ τῆς θρεπτικῆς. cf. c. 2. 468ª 20. Quatenus hoc ipsum cor sentientis animae sit principium, infra videbimus. Duplex igitur causa, cur cor primum gignatur. cf. de gen. an. II, 4. 740ª 3.

Ita si a vegetante anima, quae nutrit, a calore, quo anima concoquit, a principio, unde vita proficiscitur, ad materiam i. e. ad ipsa alimenta descenderis: iam extra animae fines prodieris.

Haec tamen ne omnino excludantur, laudamus locum ex historia animalium VIII. 2. 589ᵃ 10 sqq. Haec alimenta si concocta et digesta sunt quomodo harum illarumve corporis partium incrementis inserviant, indicatur de gen. anim. II. 6. 744. Quibus adicias quae de universa alimentorum natura in libello de sensu 5. 445ᵃ 1 sqq. commemorantur, etsi eo tantum consilio afferuntur, ut olfactum multa quidem ad valetudinem, nihil vero ad nutriendum conferre appareat.

Cum anima vegetante coniuncta est de somno quaestio. Coniuncta est; nam non minus ad sensum pertinet, quo sopito somnus exsistere dicitur. Aristoteles somno causam a nutriendo trahit. Somno si sensus quasi vincti tenentur (de somno 1. 454ᵇ 26), per somnum ipsum vegetans maxime anima agit (eth. Nicom. I, 13. 1102ᵇ 4). Quae somni causa sit, cum vegetanti anima connexa, sub libelli de somno exitum ita comprehendit (3. 458ᵃ 21). *διὰ δὲ τὸ γίνεσθαι ἀδιακριτώτερον τὸ αἷμα μετὰ τὴν τῆς τροφῆς προσφορὰν ὁ ὕπνος γίνεται, ἕως ἂν διακριθῇ τοῦ αἵματος τὸ μὲν καθαρώτερον εἰς τὰ ἄνω, τὸ δὲ θολερώτερον εἰς τὰ κάτω· ὅταν δὲ τοῦτο συμβῇ, ἐγείρονται ἀπολυθέντα τοῦ ἐκ τῆς τροφῆς βάρους. τί μὲν οὖν τὸ αἴτιον τοῦ καθεύδειν, εἴρηται, ὅτι ἡ ὑπὸ τοῦ σωματώδους τοῦ ἀναφερομένου ὑπὸ τοῦ συμφύτου θερμοῦ ἀντιπερίστασις ἀθρόως ἐπὶ τὸ πρῶτον αἰσθητήριον· καὶ τί ἐστιν ὁ ὕπνος, ὅτι τοῦ πρώτου αἰσθητηρίου κατάληψις πρὸς τὸ μὴ δύνασθαι ἐνεργεῖν, ἐξ ἀνάγκης μὲν γινόμενος (οὐ γὰρ ἐνδέχεται ζῷον εἶναι μὴ συμβαινόντων τῶν ἀπεργαζομένων αὐτό), ἕνεκα δὲ σωτηρίας· σώζει γὰρ ἡ ἀνάπαυσις.* Cf. de gen. an. V, 1. 779ᵃ 4. In ipsis de anima libris somni mentio fit nulla. Erat igitur, cur somno locum assignaremus suum. Quoniam animae vegetanti et sentienti communio est, utri tribuendus esset, dubium esse potuit. Illa vero quum in somno magis agat, haec magis patiatur: ad illam trahendum putavimus. Cf. de gen. an. 778ᵇ 29. *ὁ δ' ὕπνος εἶναι δοκεῖ τὴν φύσιν τῶν τοιούτων, οἷον τοῦ ζῆν καὶ τοῦ μὴ ζῆν μεθόριον, καὶ οὔτε μὴ εἶναι παντελῶς ὁ καθεύδων οὔτε εἶναι. τῷ γὰρ ἐγρηγορέναι τὸ ζῆν μάλισθ' ὑπάρχει διὰ τὴν αἴσθησιν.* Atque haec quidem de anima vegetanti.

Quae de singulis sensibus dicta sunt, ea tantum abest, ut rem pertractent et exhauriant, ut supplementis indigeant. Qua de causa libri de sensibus posteriore cura scripti videntur. Neque est, quod fidem derogemus loco ex libro de gener. anim. V, 1. 779ᵇ 20. libros de anima ante libros de sensibus scriptos esse affirmanti: *ἔτι δ' ἐνδέχεται τῶν χρωμάτων τὴν αἰτίαν*

ἀποδοῦναι καὶ κατ' ἄλλον τρόπον· ἀλλ' εἴπερ ἐστίν, ὥσπερ ἐλέχθη πρότερον ἐν τοῖς περὶ τὰς αἰσθήσεις καὶ τούτων ἔτι πρότερον ἐν τοῖς περὶ ψυχῆς διωρισμένοις [d. s. 2. d. a 425ᵃ 4]. Itaque hi libri, si quid de sensibus quaesiveris, adeundi sunt. Quae praeterea a singulis singulorum sensuum et muneribus et instrumentis remota universam sensuum rationem spectant, haec fere e reliquis Aristotelis libris afferenda habemus.

In libris de anima non tam ea ex sensibus tractantur, quae ad animi in iis actionem pertinent, quam quae sub singulos sensus cadant quaeque sint inter res et sensus intermedia. Externis his sensuum conditionibus ea adiungantur, quae de sensuum instrumentis in corpore collocandis leguntur in libro de part. anim. II, 10. 656ᵇ 27. Quibus in libris sicut omnia ad finem quendam et ad naturae consilium diriguntur, ita praeclare, qua ratione sensus in corpore dispositi sint, exquiritur. τέτακται δὲ τὸν τρόπον τοῦτον τὰ αἰσθητήρια τῇ φύσει καλῶς, τὰ μὲν τῆς ἀκοῆς ἐπὶ μέσης τῆς περιφερείας (ἀκούει γὰρ οὐ μόνον κατ' εὐθυωρίαν ἀλλὰ πάντοθεν), ἡ δ' ὄψις εἰς τὸ ἔμπροσθεν (ὁρᾷ γὰρ κατ' εὐθυωρίαν, ἡ δὲ κίνησις εἰς τὸ ἔμπροσθεν, προορᾶν δὲ δεῖ ἐφ' ὃ ἡ κίνησις). Praeclara haec, qua visus et motus inter se coniunguntur, ratio, ut unius naturae in cunctis providentia appareat. ἡ δὲ τῆς ὀσφρήσεως μεταξὺ τῶν ὀμμάτων εὐλόγως. διπλοῦν μὲν γάρ ἐστιν ἕκαστον τῶν αἰσθητηρίων διὰ τὸ διπλοῦν εἶναι τὸ σῶμα, τὸ μὲν δεξιὸν τὸ δ' ἀριστερόν. ἐπὶ μὲν οὖν τῆς ἁφῆς τοῦτ' ἄδηλον· τούτου δ' αἴτιον ὅτι οὐκ ἔστι τὸ πρῶτον αἰσθητήριον ἡ σὰρξ καὶ τὸ τοιοῦτον μόριον, ἀλλ' ἐντός. ἐπὶ δὲ τῆς γλώττης ἧττον μέν, μᾶλλον δ' ἢ ἐπὶ τῆς ἁφῆς· ἔστι γὰρ οἷον ἁφή τις καὶ αὕτη ἡ αἴσθησις. ὅμως δὲ δῆλον καὶ ἐπὶ ταύτης· φαίνεται γὰρ ἐσχισμένη. ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων αἰσθητηρίων φανερωτέρως ἐστὶν ἡ αἴσθησις διμερής· ὦτά τε γὰρ δύο καὶ ὄμματα καὶ ἡ τῶν μυκτήρων δύναμις διφυής ἐστιν. ἄλλον οὖν ἂν τρόπον κειμένη καὶ διεσπασμένη, καθάπερ ἡ τῆς ἀκοῆς, οὐκ ἂν ἐποίει τὸ αὑτῆς ἔργον, οὐδὲ τὸ μόριον ἐν ᾧ ἐστίν· διὰ γὰρ τῆς ἀναπνοῆς ἡ αἴσθησις τοῖς ἔχουσι μυκτῆρας, τοῦτο δὲ τὸ μόριον κατὰ μέσον καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθέν ἐστιν. διόπερ εἰς μέσον τῶν τριῶν αἰσθητηρίων συνήγαγεν ἡ φύσις τοὺς μυκτῆρας, οἷον ἐπὶ σταθμὴν θεῖσα μίαν ἐπὶ τὴν τῆς ἀναπνοῆς κίνησιν. καλῶς δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ἔχει ταῦτα τὰ αἰσθητήρια ζῴοις πρὸς τὴν ἰδίαν φύσιν ἑκάστοις. Quibus conferre placet, quae in histor. animal. I, 15. 494ᵇ 11. leguntur. τὰς δ' αἰσθήσεις καὶ τὰ αἰσθητήρια, ὀφθαλμοὺς καὶ μυκτῆρας καὶ γλῶτταν, ἐπὶ ταὐτὸ καὶ

εἰς τὸ πρόσθιον ἔχει· τὴν δ' ἀκοὴν καὶ τὸ αἰσθητήριον αὐτῆς καὶ τὰ ὦτα ἐκ τοῦ πλαγίου μέν, ἐπὶ τῆς αὐτῆς δὲ περιφερείας τοῖς ὄμμασιν. τὰ δ' ὄμματα ἐλάχιστον κατὰ μέγεθος διέστηκεν ἀνθρώπῳ τῶν ζῴων. ἔχει δὲ ἀκριβεστάτην ἄνθρωπος τῶν αἰσθήσεων τὴν ἁφήν, δευτέραν δὲ τὴν γεῦσιν· ἐν δὲ ταῖς ἄλλαις λείπεται πολλῶν. Animalium historia, si quibusdam librorum vestigiis credere licet (de part. an. II, 1. 646ᵃ 9. II, 3. 650ᵃ 31. II, 17. 660ᵇ 2. III, 5. 668ᵇ 29), ante libros de partibus animalium scripta est, ut haec, quae in historia de sensuum instrumentis in corpore dispositis significata erant, in libris de partibus animalium uberius exponerentur.

Quid pro sua quisque sensus parte ad mentem maxime excolendam valeat, id de anima libri quaerere omittunt. Ne tenue igitur ex libro de sensu indicium spernatur, c. 1. 437ᵃ 11. κατὰ συμβεβηκὸς δὲ πρὸς φρόνησιν ἡ ἀκοὴ πλεῖστον συμβάλλεται μέρος· ὁ γὰρ λόγος αἴτιός ἐστι τῆς μαθήσεως ἀκουστὸς ὤν, οὐ καθ' αὑτόν ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός· ἐξ ὀνομάτων γὰρ σύγκειται, τῶν δ' ὀνομάτων ἕκαστον σύμβολόν ἐστι. διόπερ φρονιμώτεροι τῶν ἐκ γενετῆς ἐστερημένων εἰσὶν ἑκατέρας τῆς αἰσθήσεως οἱ τυφλοὶ τῶν ἐνεῶν καὶ κωφῶν.

Liber de sensu, ut in reliquis consulendus est, ita unam maxime agitat quaestionem, quae, quum e logico quodam placito ad naturae cognitionem advocato orta esse videatur, silentio non est praetermittenda. Dubitatur enim (7. 447ᵃ 13), num fieri possit, ut plura simul percipiantur. Quod ut negetur, ratio inclinat, neque id, ut videtur, ulla alia de causa, nisi illa logica in principio, quod dicunt, contradictionis posita, non posse quicquam idem esse simul et non esse (metaphys. Γ, 4. 1006ᵃ 3). Sensus enim si duo eaque ipsa contraria perciperet, idem esset et simul non esset, ut ab hac lege descisceret. De qua re ita disputatur, ut nihil simul percipi, sed temporis intervallum nos latere contendatur. Logica illa ratione, qua naturae difficultates excitantur, natura et experientia maior est, ut res ab Aristotele ita componatur: 449ᵃ 9. ἀνάγκη ἄρα ἕν τι εἶναι τῆς ψυχῆς, ᾧ ἅπαντα αἰσθάνεται, καθάπερ εἴρηται πρότερον, ἄλλο δὲ γένος δι' ἄλλου. ἆρ' οὖν ᾗ μὲν ἀδιαίρετόν ἐστι κατ' ἐνέργειαν, ἕν τι ἐστὶ τὸ αἰσθητικὸν γλυκέος καὶ λευκοῦ, ὅταν δὲ διαιρετὸν γένηται κατ' ἐνέργειαν, ἕτερον; ἢ ὥσπερ ἐπὶ τῶν πραγμάτων αὐτῶν ἐνδέχεται, οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς. τὸ γὰρ αὐτὸ καὶ ἓν ἀριθμῷ λευκὸν καὶ γλυκύ ἐστι καὶ ἄλλα πολλά, εἰ μὴ χωριστὰ τὰ πάθη ἀλλήλων, ἀλλὰ τὸ εἶναι ἕτερον ἑκάστῳ. ὁμοίως τοίνυν θετέον

καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς τὸ αὐτὸ καὶ ἓν εἶναι ἀριθμῷ τὸ αἰσθητικὸν πάντων, τῷ μέντοι εἶναι ἕτερον καὶ ἕτερον τῶν μὲν γένει τῶν δὲ εἴδει. ὥστε καὶ αἰσθάνοιτ' ἂν ἅμα τῷ αὐτῷ καὶ ἑνί, λόγῳ δ' οὐ τῷ αὐτῷ. Itaque plura simul uno et eodem animi momento percipiuntur, ratione vero et notione, si ad illa distinguenda accesseris, diverso.

Aristoteles in animalium corpore duo partium genera discernit, alterum, quae sui similia appellat (*ὁμοιομερῆ*), alterum dissimilia (*ἀνομοιομερῆ*). Illa ab elementis propius absunt, vel potius ex ipsis primis elementis constant, haec ab elementis remotiora ex partibus sui similibus composita sunt. Quemadmodum elementa partibus sui similibus, ut carni, ossibus, ita hae dissimilibus et compositis, ut singulis membris, inserviunt. Quaeritur igitur sensus utrum similium an dissimilium partium fiant. Quae animalium sunt agendi instrumenta, velut manus prehendendi, pedes eundi, ea diversas partes habeant et articulata sint oportet. Sensus, quatenus eiusmodi instrumentis utuntur, partibus *ἀνομοιομερέσι* carere non possunt; sed ex his ad ipsas simplices partes redeunt, et in his propriam sedem habent. Sensus enim elementorum referunt discrimina, et qualia sint elementa, singuli pronuntiant; ad horum igitur naturam accedere debent, ut sensuum *δύναμις* rerum, quae incurrunt, *ἐνεργείᾳ* respondeat. Haec quidem eius loci, qui de hac sensuum ratione agit, vis esse videtur. de part. animal. II, 1. 647ª 3. *ὄντων δὲ τῶν μὲν ὀργανικῶν μερῶν τῶν δ' αἰσθητηρίων ἐν τοῖς ζῴοις, τῶν μὲν ὀργανικῶν ἕκαστον ἀνομοιομερές ἐστιν, ὥσπερ εἶπον πρότερον, ἡ δ' αἴσθησις ἐγγίγνεται πᾶσιν ἐν τοῖς ὁμοιομερέσι, διὰ τὸ τῶν αἰσθήσεων ὁποιανοῦν ἑνός τινος εἶναι γένους, καὶ τὸ αἰσθητήριον ἑκάστου δεκτικὸν εἶναι τῶν αἰσθητῶν.* Lectio vulgata *συνεγγίγνεται* propterea Bekkeriana accommodatior esse videtur, quod sensuum instrumenta, quae ad *ἀνομοιομερῆ* referenda sunt, praepositio *σὺν* in partem vocare videtur. Haec quidem instrumenta, si non in omnibus, tamen in pluribus necessaria sunt. Fuere, qui Aristotelem sensum propterea in simplicibus corporis partibus collocare censerent, quod sensus in patiendo positi rerum quasi impressionem admitterent neque in ipsa quidem agerent*). Cui muneri, si quidem muneri, partes similes (*ὁμοιομερῆ*) dissimilibus (*ἀνομοιομερέσι*) esse aptiores. Quae patiendi ratio vix vitam sensibus relinquit atque, ut omnino ab Aristotelis mente abhorret,

---

*) Cf. Sprengel hist. artis medic. I. 342. ed. prim.

ita huic loco plane illata est. Ex elementorum natura, in qua dignoscenda sensus versantur, causam repeti, non solum verba illa *διὰ τὸ τῶν αἰσθήσεων ὁποιανοῦν ἑνός τινος εἶναι γένους* indicant, sed etiam sequentia docent: *πάσχει δὲ τὸ δυνάμει ὂν ὑπὸ τοῦ ἐνεργείᾳ ὄντος, ὥστε ἔστι τὸ αὐτὸ τῷ γένει καὶ ἐκεῖνο ἓν καὶ τοῦτο ἕν. καὶ διὰ τοῦτο χεῖρα μὲν ἢ πρόσωπον ἤ τῶν τοιούτων τι μορίων οὐδεὶς ἐγχειρεῖ λέγειν τῶν φυσιολόγων τὸ μὲν εἶναι γῆν, τὸ δ' ὕδωρ, τὸ δὲ πῦρ. τῶν δ' αἰσθητηρίων ἕκαστον πρὸς ἕκαστον ἐπιζευγνύουσι τῶν στοιχείων, τὸ μὲν ἀέρα φάσκοντες εἶναι τὸ δὲ πῦρ.*

Quae hic physiologorum significatur sententia, ea non adeo Aristotelis est, ut in suo quodque elementum sensu ponat (cf. de anima III, 13. 435ª 15 sq). Inclinat tamen animus, ut elementis coniungat (de sensu 2. 438ᵇ 19, 30). Duo quos modo attulimus loci si inter se pugnant, (in altero enim tactui terra abiudicatur, in altero tribuitur), illo res accuratius et ad naturam accommodatius, hoc communius quaesita esse videtur.

Universus sensus in singulos quinque abiit. Quaeritur igitur, an communi omnes ex origine descendant, communem rursus sedem petant. In quo aliqua est confusio. Aliis enim locis si sensus e corde tanquam e communi principio ducuntur, aliis ad cerebrum referri videntur. Qui loci, ut probabilis aliqua ratio inveniatur, dispiciendi sunt singuli. Res si ab una parte ad anatomiam redire videtur, ab altera ad animae sedem, qualem sibi Aristoteles cogitavit, definiendam pertinet. Videndum igitur est, quas Aristoteles sensus et coniunctiones et vias habere statuerit.

Quem in finem ex historia animalium duo testimonia petimus. Hist. an. I, 11. 492ª 18. *τὸ δ' ἔσχατον ὀστοῦν ὅμοιον τῷ ὠτί, εἰς ὃ ὥσπερ ἀγγεῖον ἔσχατον ἀφικνεῖται ὁ ψόφος. τοῦτο δ' εἰς μὲν τὸν ἐγκέφαλον οὐκ ἔχει πόρον, εἰς δὲ τὸν τοῦ στόματος οὐρανόν· καὶ ἐκ τοῦ ἐγκεφάλου φλὲψ τείνει εἰς αὐτό. περαίνουσι δὲ καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ εἰς τὸν ἐγκέφαλον καὶ κεῖται ἐπὶ τοῦ φλεβίου ἑκάτερος.* Hist. an. I, 16. 495ª 11. *φέρουσι δ' ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ τρεῖς πόροι εἰς τὸν ἐγκέφαλον, ὁ μὲν μέγιστος καὶ ὁ μέσος εἰς τὴν παρεγκεφαλίδα, ὁ δ' ἐλάχιστος εἰς αὐτὸν τὸν ἐγκέφαλον· ἐλάχιστος δ' ἐστὶν ὁ πρὸς τῷ μυκτῆρι μάλιστα.* cf. hist. an. IV, 8. 533ª 12. Ex quibus meatus, *πόρους*, qui ab oculo et a naribus ad cerebrum ferrent, ab Aristotele esse cognitos, constat. Sed ipsa meatus vox, *πόρος*, ambigua est. Medici in locis, quos attulimus, *πόρους* nervos esse volunt, quos ab Aristotele primo inventos

esse affirmant*). Sed *πόροι* ab Aristotele tam angustis terminis circumscripti non sunt. Ductus enim sunt, ut, quicunque est finis, coniunctionem et quasi partium commercium adiuvent. cf. hist. anim. I, 17. 496ᵃ 28, ubi de praecordiis et pulmonibus inter se coniunctis agitur, de gen. anim. II, 7. 747ᵃ 11. *τοὺς πόρους δι' ὧν ἀποκρίνεται τὸ περίττωμα*, de gen. anim. V, 2. 781ᵇ 24. *οὐκ ἔχει ὦτα (ἡ φώκη), ἀλλὰ πόρους μόνον.* Ita *πόροι* narium quaedam species de part. anim. II, 16. 659ᵇ 12. *ἐν δὲ τῷ ῥύγχει τοὺς πόρους ἔχουσι τῆς ὀσφρήσεως (οἱ ὄρνιθες).* Itaque Aristoteles si visus et olfactus nervos invenit, in generali ductuum numero posuit, de propria eorum natura parum quaerens. [Cf. Bz. ind. Ar. 623ᵃ 47, ᵇ 13.]

Locis, quos proposuimus, consentaneum est, quod in libello de sensu legitur 2. 438ᵇ 25. *τῷ περὶ τὸν ἐγκέφαλον τόπῳ τὸ τῆς ὀσφρήσεως αἰσθητήριόν ἐστιν ἴδιον· δυνάμει γὰρ θερμὴ ἡ τοῦ ψυχροῦ ὕλη ἐστίν. καὶ ἡ τοῦ ὄμματος γένεσις τὸν αὐτὸν ἔχει τρόπον· ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου γὰρ συνέστηκεν· οὗτος γὰρ ὑγρότατος καὶ ψυχρότατος τῶν ἐν τῷ σώματι μορίων ἐστίν. τὸ δ' ἁπτικὸν γῆς. τὸ δὲ γευστικὸν εἶδός τι ἁφῆς ἐστίν. καὶ διὰ τοῦτο πρὸς τῇ καρδίᾳ τὸ αἰσθητήριον αυτῶν, τῆς τε γεύσεως καὶ τῆς ἁφῆς· ἀντίκειται γὰρ τῷ ἐγκεφάλῳ αὕτη, καὶ ἔστι θερμότατον τῶν μορίων.* cf. de sensu 5. 444ᵃ 22. *ἀναφερομένων γὰρ τῶν ὀσμῶν πρὸς τὸν ἐγκέφαλον διὰ τὴν ἐν αὐταῖς τῆς θερμότητος κουφότητα.* Opponuntur igitur inter se cerebrum et cor, quorum ad alterum visus et olfactus, ad alterum tactus et gustus redeant, prout natura vel frigidiori vel calidiori parti cognati sunt. cf. de part. anim. II, 10. 656ᵃ 29. de iuvent. et senect. 2. 469ᵃ 20. — His ea repugnare videntur, quae de part. anim. II, 7. 652ᵇ 3. leguntur. *ὅτι μὲν οὖν (ὁ ἐγκέφαλος) οὐκ ἔχει συνέχειαν οὐδεμίαν πρὸς τὰ αἰσθητικὰ μόρια, δῆλον μὲν καὶ διὰ τῆς ὄψεως· ἔτι δὲ μᾶλλον τῷ μηδεμίαν ποιεῖν αἴσθησιν θιγγανόμενος.* Haec quidem si per se leguntur, repugnant; si cum antecedentibus conferas, tantum vinculum, quantum cerebri est cum medulla spinali, cum sensibus negatur, ita tamen ut *πόροι*,

---

*) Sprengel histor. rei med. ed. pr. I, p. 321. Conferas tamen, quae in *πόροις* inveniendis Alcmaeonis sint merita. V. Theophr. de sensu § 26, ut auctoris laus in Aristotelem derivari non possit. cf. quae de Alcmaeone Crotoniata diligenter scripsit Mauritius A. Unna, gymn. academ. Hamb. civis, in libro antiquae philosophiae frugifero, qui inscribitur: Philologisch-historische Studien auf dem Akademischen Gymnasium in Hamburg. Herausgegeben von Christian Petersen, Ph. Dr., Docenten dieser Anstalt. 1. Heft. Hamb. 1832. p. 58. [Bz. ind. Ar. 622ᵃ 19: verbo *πόρος* semper significatur locus cavus, per quem aliquid permeat.]

qui ductus sunt, nec vero ipsius cerebri, si materiam spectes, continuitas, tolli non iubeantur.

Agnoscitur igitur ab Aristotele, sensus quosdam cum cerebro cohaerere. Nihilominus tamen omnium sensuum principium in corde poni adeo certum est, ut nova pugna exsistere videatur. Ita de somno 2. 456ᵃ 5. *πάντα γὰρ τὰ ἔναιμα καρδίαν ἔχει, καὶ ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεως καὶ τῆς αἰσθήσεως τῆς κυρίας ἐντεῦθέν ἐστιν.* de part. anim. III, 4. 666ᵃ 11. *ἔτι δ' αἱ κινήσεις τῶν ἡδέων καὶ τῶν λυπηρῶν καὶ ὅλως πάσης αἰσθήσεως ἐντεῦθεν ἀρχόμεναι φαίνονται καὶ πρὸς ταύτην περαίνουσαι. οὕτω δ' ἔχει καὶ κατὰ τὸν λόγον· ἀρχὴν γὰρ εἶναι δεῖ μίαν, ὅπου ἐνδέχεται. εὐφυέστατος δὲ τῶν τόπων ὁ μέσος.* de motu anim. 11. 703ᵇ 23. *ἡ μὲν οὖν καρδία φανερὸν δι' ἣν αἰτίαν τὰς ἀρχὰς ἔχει τῶν αἰσθήσεων.* Ita si omnes sensus a corde ducuntur, id ipsum tolli videtur, quod duo certe ad cerebrum referuntur. Adde quod in libro de gen. anim. V. 2. 781ᵃ 20. legitur. *οἱ γὰρ πόροι τῶν αἰσθητηρίων ἁπάντων, ὥσπερ εἴρηται ἐν τοῖς περὶ αἰσθήσεως, τείνουσι πρὸς τὴν καρδίαν, τοῖς δὲ μὴ ἔχουσι καρδίαν πρὸς τὸ ἀνάλογον.* Qui *πόροι* si angusta nervorum significatione cohibentur, res plane pervertitur. Supra enim visus et olfactus *πόρους* ad cerebrum tendere vidimus. Sed *πόροι* utpote cuiusvis generis ductus tam late patent, ut ipsas venas a corde ad singulos sensus euntes comprehendat. A corde igitur sensus repetuntur, etiamsi duo eorum ad cerebrum quasi ascendunt. Sensus, quoniam e sanguinis natura vim suam ducunt, principium tanquam radices in corde habent. Quo pertinet locus de gen. anim. II, 6. 743ᵇ 36. *αἴτιον δ' ὅτι τὸ τῶν ὀφθαλμῶν αἰσθητήριον ἐστὶ μέν, ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα αἰσθητήρια, ἐπὶ πόρων· ἀλλὰ τὸ μὲν τῆς ἁφῆς καὶ γεύσεως εὐθύς ἐστιν ἢ σῶμα ἢ τοῦ σώματός τι τῶν ζώων, ἡ δ' ὄσφρησις καὶ ἡ ἀκοὴ πόροι συνάπτοντες πρὸς τὸν ἀέρα τὸν θύραθεν, πλήρεις συμφύτου πνεύματος, περαίνοντες δὲ πρὸς τὰ φλέβια τὰ περὶ τὸν ἐγκέφαλον τείνοντα ἀπὸ τῆς καρδίας.* — de part. anim. II, 10. 656ᵇ 22. *ἔχει δ' ἐν τῷ ἔμπροσθεν τὸν ἐγκέφαλον πάντα τὰ ἔχοντα τοῦτο τὸ μόριον διὰ τὸ ἔμπροσθεν εἶναι ἐφ' ὃ αἰσθάνεται, τὴν δ' αἴσθησιν ἀπὸ τῆς καρδίας, ταύτην δ' εἶναι ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, καὶ τὸ αἰσθάνεσθαι διὰ τῶν ἐναίμων γίνεσθαι μορίων, φλεβῶν δ' εἶναι κενὸν τὸ ὄπισθεν κύτος.* Quibus conferas, quae praecedunt *ἔτι δὲ τὰς ἀκριβεστέρας τῶν αἰσθήσεων διὰ τῶν καθαρώτερον ἐχόντων τὸ αἷμα μορίων ἀναγκαῖον ἀκριβεστέρας γίνεσθαι.* Ex quibus quum sanguinem maximam in sensus vim habere appareat, sanguis autem e corde

tanquam e domo in corpus effundatur: sensus ad cor referri consentaneum est, ut cor et vegetantis et sentientis animae originem coniunctam teneat.

Ut singulas quasque sensuum perceptiones in unam communem redire in libris de anima ostenditur: ita in libello de iuventute et senectute commune sensuum quasi instrumentum statui videtur, quo haud scio an cor significetur. Locus ipse rem ambiguam relinquit. 1. 467ᵇ 28. *ἐπεὶ οὖν τῶν ἰδίων αἰσθητηρίων ἕν τι κοινόν ἐστιν αἰσθητήριον, εἰς ὃ τὰς κατ' ἐνέργειαν αἰσθήσεις ἀναγκαῖον ἀπαντᾶν, τοῦτο δ' ἂν εἴη μέσον τοῦ πρόσθεν καλουμένου καὶ ὄπισθεν (ἔμπροσθεν μὲν γὰρ λέγεται ἐφ' ὅ ἐστιν ἡμῖν ἡ αἴσθησις, ὄπισθεν δὲ τὸ ἀντικείμενον), ἔτι δὲ διῃρημένου τοῦ σώματος τῶν μὲν ζώντων πάντων τῷ τ' ἄνω καὶ κάτω (πάντα γὰρ ἔχει τὸ ἄνω καὶ τὸ κάτω, ὥστε καὶ τὰ φυτά), δῆλον ὅτι τὴν θρεπτικὴν ἀρχὴν ἔχοι ἂν ἐν μέσῳ τούτων.*

Si motus, quies, figura, numerus inter ea ponuntur, quae communia utpote nulli sensui propria dicuntur (de an. III. 1. 425ᵃ 14), eodem etiam tempus referas; est enim, si Aristotelem sequaris, motionis numerus. Tempus quomodo ab animo percipiatur, in physicis describitur; ex percepta rerum mutatione temporis notionem animum subire; ita fieri, ut animus motum numeret. Si nullus esset, qui numeraret, animus, fore, ut ipsum tempus evanesceret. Adeo Aristoteles tempus ad animi actionem retulit, ut temporis, quatenus certa eius spatia in rerum natura et vicissitudine posita sunt, plane oblivisceretur. Cuius rei testes duos maxime locos citamus phys. IV, 11. 218ᵇ 29. *εἰ δὴ τὸ μὴ οἴεσθαι εἶναι χρόνον τότε συμβαίνει ἡμῖν, ὅταν μὴ ὁρίζωμεν μηδεμίαν μεταβολήν, ἀλλ' ἐν ἑνὶ καὶ ἀδιαιρέτῳ φαίνηται ἡ ψυχὴ μένειν, ὅταν δ' αἰσθώμεθα καὶ ὁρίσωμεν, τότε φαμὲν γεγονέναι χρόνον, φανερὸν ὅτι οὐκ ἔστιν ἄνευ κινήσεως καὶ μεταβολῆς χρόνος.* phys. IV, 14. 223ᵃ 20. *ὁ δὲ χρόνος καὶ ἡ κίνησις ἅμα κατά τε δύναμιν καὶ κατ' ἐνέργειαν. πότερον δὲ μὴ οὔσης ψυχῆς εἴη ἂν ὁ χρόνος ἢ οὔ, ἀπορήσειεν ἄν τις· ἀδυνάτου γὰρ ὄντος εἶναι τοῦ ἀριθμήσοντος ἀδύνατον καὶ ἀριθμητόν τι εἶναι, ὥστε δῆλον ὅτι οὐδ' ἀριθμός· ἀριθμὸς γὰρ ἢ τὸ ἠριθμημένον ἢ τὸ ἀριθμητόν. εἰ δὲ μηδὲν ἄλλο πέφυκεν ἀριθμεῖν ἢ ψυχὴ καὶ ψυχῆς νοῦς, ἀδύνατον εἶναι χρόνον ψυχῆς μὴ οὔσης, ἀλλ' ἢ τοῦτο ὅ ποτε ὂν ἔστιν ὁ χρόνος, οἷον εἰ ἐνδέχεται κίνησιν εἶναι ἄνευ ψυχῆς.*

Sensus imaginatio excipit; quam Aristoteles in libris de anima ita persecutus est, ut perpauca sint, quae ex reliquis

eius scriptis addere possis, velut quae in rhetoricis (I, 11. 1370ᵃ 28) de imaginationis voluptate leguntur, de quo loco infra dicendum erit.

Ex imaginatione somnia oriuntur, ut libellus, quo Aristoteles ea tractavit, hic quasi supplementa locum inveniant suum, id quod e primo eius libelli capite facile probes. Id enim agitur, ut somnia ab opinione et mentis cogitatione removeantur et sensui et imaginationi vindicentur. Cf. de somniis 1, 459ᵃ 11. *ὑποκείσθω δ', ὅπερ ἐστὶ καὶ φανερόν, ὅτι τοῦ αἰσθητικοῦ τὸ πάθος, εἴπερ καὶ ὁ ὕπνος· οὐ γὰρ ἄλλῳ μέν τινι τῶν ζῴων ὑπάρχει ὁ ὕπνος, ἄλλῳ δὲ τὸ ἐνυπνιάζειν, ἀλλὰ τῷ αὐτῷ. ἐπεὶ δὲ περὶ φαντασίας ἐν τοῖς περὶ ψυχῆς εἴρηται καὶ ἔστι μὲν τὸ αὐτὸ τῷ αἰσθητικῷ τὸ φανταστικόν, τὸ δ' εἶναι φανταστικῷ καὶ αἰσθητικῷ ἕτερον, ἔστι δὲ φαντασία ἡ ὑπὸ τῆς κατ' ἐνέργειαν αἰσθήσεως γινομένη κίνησις, τὸ δ' ἐνύπνιον φάντασμά τι φαίνεται εἶναι (τὸ γὰρ ἐν ὕπνῳ φάντασμα ἐνύπνιον λέγομεν, εἴθ' ἁπλῶς εἴτε τρόπον τινὰ γινόμενον), φανερὸν ὅτι τοῦ αἰσθητικοῦ μέν ἐστι τὸ ἐνυπνιάζειν, τούτου δ' ᾗ τὸ φανταστικόν.* cf. 3. 462ᵃ 16.

Ex imaginatione memoria pendet, quam Aristoteles, etsi in libris de anima omisit, peculiari scripto tractavit. Quod, si continuam facultatum inter se coniunctionem, qualem Aristoteles animo concepit, spectamus, hoc loco tanquam additamentum interserendum est. Memoriae enim actio adeo cum imaginatione cohaeret, ut Aristoteles vel eorum, quae sola mentis agitatione intelleguntur, memoriam cum imaginatione connexam esse doceat. cf. de mem. 1. 451ᵃ 14: *τί μὲν οὖν ἐστὶ μνήμη καὶ τὸ μνημονεύειν, εἴρηται, ὅτι φαντάσματος ὡς εἰκόνος οὗ φάντασμα, ἕξις, καὶ τίνος μορίου τῶν ἐν ἡμῖν, ὅτι τοῦ πρώτου αἰσθητικοῦ, καὶ ᾧ χρόνου αἰσθανόμεθα.* Quae per se imagine destituta sunt, eorum non nisi *κατὰ συμβεβηκός* in memoriam redimus. Universae huic rationi metaphysica consentiunt *Α*, 1. 980ᵃ 28. *φύσει μὲν οὖν αἴσθησιν ἔχοντα γίνεται τὰ ζῷα, ἐκ δὲ τῆς αἰσθήσεως τοῖς μὲν αὐτῶν οὐκ ἐγγίγνεται μνήμη, τοῖς δ' ἐγγίγνεται.* In quibus idem memoriae ortus significatur.

Praeclare Aristoteles inter *μνήμην* et *ἀνάμνησιν* distinguit; illam enim in nativa imaginis et retinendae et renovandae vi ponit, ita quidem, ut studium accedat nullum; hanc, quoniam in exquirendi contentione cernitur, conclusioni et ratiocinationi comparat, qua via et ordine ab altero ad alterum ducitur. Ita illa communis, haec homini propria. cf. de mem. 2. 453ᵃ 6. *διαφέρει δὲ τοῦ μνημονεύειν τὸ ἀναμιμνήσκεσθαι οὐ μόνον κατὰ τὸν χρόνον, ἀλλ' ὅτι τοῦ μὲν μνημονεύειν καὶ τῶν*

ἄλλων ζῴων μετέχει πολλά, τοῦ δ' ἀναμιμνήσκεσθαι οὐδὲν ὡς εἰπεῖν τῶν γνωριζομένων ζῴων, πλὴν ἄνθρωπος· αἴτιον δ' ὅτι τὸ ἀναμιμνήσκεσθαί ἐστιν οἷον συλλογισμός τις· ὅτι γὰρ πρότερον εἶδεν ἢ ἤκουσεν ἤ τι τοιοῦτον ἔπαθε, συλλογίζεταί ὁ ἀναμιμνησκόμενος καὶ ἔστιν οἷον ζήτησίς τις. τοῦτο δ' οἷς καὶ τὸ βουλευτικὸν ὑπάρχει, φύσει μόνοις συμβέβηκεν· καὶ γὰρ τὸ βουλεύεσθαι συλλογισμός τις ἐστίν. cf. hist. an. I, 1. 488^b 25. *καὶ μνήμης μὲν καὶ διδαχῆς πολλὰ κοινωνεῖ, ἀναμιμνήσκεσθαι δὲ οὐδὲν ἄλλο δύναται πλὴν ἄνθρωπος.* [Sociatarum imaginationum in reminiscendo legem describit de mem. 2. 451^b 10 sqq. *συμβαίνουσι δ' αἱ ἀναμνήσεις, ἐπειδὴ πέφυκεν ἡ κίνησις ἥδε γενέσθαι μετὰ τήνδε·* 16. *ὅταν οὖν ἀναμιμνησκώμεθα, κινούμεθα τῶν προτέρων τινὰ κινήσεων, ἕως ἂν κινηθῶμεν μεθ' ἣν ἐκείνη εἴωθεν.* 452^a 1. *ὡς γὰρ ἔχουσι τὰ πράγματα πρὸς ἄλληλα τῷ ἐφεξῆς, οὕτω καὶ αἱ κινήσεις.*] Memoriam etiam cum corporis ratione esse coniunctam, Aristoteles indicavit; (cf. ad I. 4. § 12) sed in his de memoria libellus adeatur.

Facultatum, quae ad cognitionem pertinent, seriem persequenti e sensu imaginatio, ex imaginatione mens et intellectus (*νοῦς*) occurret. In Aristotelica intellectus doctrina id omnium difficillimum, quod intellectus (*νοῦς*) modo cum reliquo animo quam artissime coniungitur, ut sine ceteris viribus esse non posse videatur, modo, si summus et agens ponitur, a reliqua natura tanquam maior et dominus separatur. De qua difficultate, qua mortalitas cum immortalitate colligari videtur, ad tertium de anima librum (III, 5) diximus. Quo loco quoniam id agitur, ut intellectus agens a patienti, immortalis a mortali segregetur: quomodo superiores intellectus actiones inferioribus animi facultatibus utpote necessario fundamento nitantur, parum curatur. De qua coniunctione quid reliqui libri praebeant, videndum est. de mem. 449^b 30. *ἐπεὶ δὲ περὶ φαντασίας εἴρηται πρότερον ἐν τοῖς περὶ ψυχῆς, καὶ νοεῖν οὐκ ἔστιν ἄνευ φαντάσματος· συμβαίνει γὰρ τὸ αὐτὸ πάθος ἐν τῷ νοεῖν ὅπερ καὶ ἐν τῷ διαγράφειν· ἐκεῖ τε γὰρ οὐθὲν προσχρώμενοι τῷ τὸ ποσὸν ὡρισμένον εἶναι τὸ τριγώνου, ὅμως γράφομεν ὡρισμένον κατὰ τὸ ποσόν· καὶ ὁ νοῶν ὡσαύτως, κἂν μὴ ποσὸν νοῇ, τίθεται πρὸ ὀμμάτων ποσόν, νοεῖ δ' οὐχ ᾗ ποσόν. ἂν δ' ἡ φύσις ᾖ τῶν ποσῶν, ἀόριστον δέ, τίθεται μὲν ποσὸν ὡρισμένον, νοεῖ δ' ᾗ ποσὸν μόνον. διὰ τίνα μὲν οὖν αἰτίαν οὐκ ἐνδέχεται νοεῖν οὐδὲν ἄνευ τοῦ συνεχοῦς, οὐδ' ἄνευ χρόνου τὰ μὴ ἐν χρόνῳ ὄντα, ἄλλος λόγος. μέγεθος δ' ἀναγκαῖον γνωρίζειν καὶ κίνησιν ᾧ καὶ χρόνον, καὶ τὸ φάντασμα τῆς κοινῆς αἰσθή-*

σεως πάθος ἐστίν. ὥστε φανερὸν ὅτι τῷ πρώτῳ αἰσθητικῷ τούτων ἡ γνῶσίς ἐστιν. ἡ δὲ μνήμη καὶ ἡ τῶν νοητῶν οὐκ ἄνευ φαντάσματός ἐστιν. Hoc igitur loco duce, memoria et intellectus sine imaginatione esse non possunt. Quidquid enim cogitatur, mentis quadam imagine et effigie proponitur. Quemadmodum in geometricis (ab his enim similitudo ducitur, *ὅπερ καὶ ἐν τῷ διαγράφειν*) certam quandam figuram oculis subicimus, etsi universam rationem quaerimus de hac una figura parum solliciti: ita in reliquis etiam cognoscendi generibus, etiamsi vel quantum vel figuram non quaerimus, rei imagine et simulacro cogitationem et defigimus et definimus, ut id ipsum, quod quantum sit non quaeritur, quanti specie occurrat. Adeo cogitandi facultas imaginatione utitur, ut, quae spatii et temporis expertia sunt, si quidem cogitari volunt, spatii et temporis formam induant. Quod quomodo fiat, et quibus maxime signis abstracta animo obversentur, desideramus; ad quam enim disputationem reiciamur, plane nos latet.

Ut hic, quo vinculo mentis intellectus cum imaginatione coniunctus teneatur, ostenditur: ita aliis locis, quid memoria ad intellegendum valeat, significatur, ut ab hac etiam parte mentis actiones a reliquis animi facultatibus pendeant. E multiplici enim rerum memoria experientia exsistit et scientia, quae, propriis relictis, universa complectitur (metaph. I, 1. 981ᵃ 5), neque quicquam est, quod maiore, quam ipsa scientia, iure ad mentis intellectum pertineat.

Omnis haec quaestio in eo vertitur, quomodo universae rerum notitiae (universalia) mente concipiantur atque necessaria cognitio gignatur. Quae tam admirabilis est mentis actio, ut ab animi quaestione excludi nequeat. Aristoteles, quomodo universae animo notiones oriantur, uno maxime loco describit vel potius significat, in ipso analyticorum posteriorum exitu (II, 19. 99ᵇ 34), ubi demonstrationis principia ipsa demonstratione maiora investigantur. Ita quidem legitur: *φαίνεται δὲ τοῦτό γε πᾶσιν ὑπάρχον τοῖς ζῴοις. ἔχει γὰρ δύναμιν σύμφυτον κριτικήν, ἣν καλοῦσιν αἴσθησιν· ἐνούσης δ' αἰσθήσεως τοῖς μὲν τῶν ζῴων ἐγγίνεται μονὴ τοῦ αἰσθήματος, τοῖς δ' οὐκ ἐγγίνεται.* Ab hac sensuum in animo mansione et memoria et comparatio proficiscitur, sine quibus universae rerum notitiae exsistere non possunt, *ὅσοις μὲν οὖν μὴ ἐγγίνεται, ἢ ὅλως ἢ περὶ ἃ μὴ ἐγγίνεται, οὐκ ἔστι τούτοις γνῶσις ἔξω τοῦ αἰσθάνεσθαι;* sensus enim, ut fiunt, ita pereunt, ut nulla iis cognitio possit niti. *ἐν οἷς δ', ἔνεστιν αἰσθανομένοις ἔχειν ἔτι ἐν τῇ ψυχῇ. πολλῶν δὲ τοιούτων γινομένων ἤδη διαφορά τις γίνεται,*

ὥστε τοῖς μὲν γίνεσθαι λόγον ἐκ τῆς τῶν τοιούτων μονῆς, τοῖς δὲ μή. ἐκ μὲν οὖν αἰσθήσεως γίνεται μνήμη, ὥσπερ λέγομεν, ἐκ δὲ μνήμης πολλάκις τοῦ αὐτοῦ γινομένης ἐμπειρία· αἱ γὰρ πολλαὶ μνῆμαι τῷ ἀριθμῷ ἐμπειρία μία ἐστίν. Qui idem saepius evenire videt, hoc lege quadam et experientia complectitur, ut multiplex et repetita demum memoria experientiae quasi condendae sufficiat. Ita notio ex singulis quibusque collecta atque animo recondita et scientiae et artis est genetrix, artis, si ad agendum et faciendum, scientiae, si ad universam cognitionem collata fuerit. ἐκ δ' ἐμπειρίας ἢ ἐκ παντὸς ἠρεμήσαντος τοῦ καθόλου ἐν τῇ ψυχῇ, τοῦ ἑνὸς παρὰ τὰ πολλά, ὃ ἂν ἐν ἅπασιν ἓν ἐνῇ ἐκείνοις τὸ αὐτό, τέχνης ἀρχὴ καὶ ἐπιστήμης, ἐὰν μὲν περὶ γένεσιν, τέχνης, ἐὰν δὲ περὶ τὸ ὄν, ἐπιστήμης. οὔτε δὴ ἐνυπάρχουσιν ἀφωρισμέναι αἱ ἕξεις, οὔτ' ἀπ' ἄλλων ἕξεων γίνονται γνωστικωτέρων, ἀλλ' ἀπὸ αἰσθήσεως, οἷον ἐν μάχῃ τροπῆς γενομένης ἑνὸς στάντος ἕτερος ἔστη, εἶθ' ἕτερος, ἕως ἐπὶ ἀρχὴν ἦλθεν. ἡ δὲ ψυχὴ ὑπάρχει τοιαύτη οὖσα οἵα δύνασθαι πάσχειν τοῦτο. Quae in hanc sententiam interpretanda esse videntur. Scientia et ars neque insunt animo tanquam habitus certi et definiti, neque ab aliis iisque ipso sensu facilioribus cognitu proficiscuntur. Sensus enim, modo certus animo maneat, utrique gignendae locum dat. Omnia in eo sunt, ut in animo certi aliquid maneat, ex quo universae rerum notitiae nascantur. Uno fixo, reliqua facilius accedunt; habent enim, quo teneantur. Omnia vero si fugaci temporis cursu praetervolant, ut nihil nisi praesentium sit sensus, generalius aliquid, quod comparationem requirit, nasci nequit. Haec ea fuga esse videtur, qua omnes dilabuntur, nisi acies unius fortitudine sistitur. ὃ δ' ἐλέχθη μὲν πάλαι, οὐ σαφῶς δὲ ἐλέχθη, πάλιν εἴπωμεν. στάντος γὰρ τῶν ἀδιαφόρων ἑνός, πρῶτον μὲν ἐν τῇ ψυχῇ καθόλου (καὶ γὰρ αἰσθάνεται μὲν τὸ καθ' ἕκαστον, ἡ δ' αἴσθησις τοῦ καθόλου ἐστίν, οἷον ἀνθρώπου, ἀλλ' οὐ Καλλίου ἀνθρώπου) πάλιν ἐν τούτοις ἵσταται, ἕως ἂν τὰ ἀμερῆ στῇ καὶ τὰ καθόλου, οἷον τοιονδὶ ζῷον, ἕως ζῷον· καὶ ἐν τούτῳ ὡσαύτως. δῆλον δὴ ὅτι ἡμῖν τὰ πρῶτα ἐπαγωγῇ γνωρίζειν ἀναγκαῖον· καὶ γὰρ καὶ αἴσθησις οὕτω τὸ καθόλου ἐμποιεῖ. Verborum in his constructio non omnino accurata. Illa enim *πρῶτον μὲν ἐν τῇ ψυχῇ καθόλου* non habent verbum, quo contineantur; etiamsi *γίνεται* mente supplere velis, nec *δὲ* sequitur, quod particulae *μὲν* respondeat, nec pluralis *ἐν τούτοις* habet, quo referatur. Universam tamen sententiam facile divinabis. A generali aliqua notitia ad generalius proceditur, dum

ad ultima perveniatur (τὰ ἀμερῆ καὶ τὰ καθόλου). Hoc enim exemplum probat. Sensu animal percipitur individuum; pluribus eiusdem generibus perceptis certum animalium genus cogitatur (τοιονδὶ ζῷον); pluribus generibus collatis ad ultimam universi animalis notitiam acceditur. Haec vero cur ἀμερὴς dicitur? Quo quid magis generale est, eo plures species subiectas tenet, eo pauciores vero in se ipso notas complectitur. Has notas si notionis partes nominare possis, summum genus ἀμερὲς est, reliqua vero comparate ἀμερεῖς dici possunt. Sed si cognitio in ἀμερῆ exit, quid est, quod ab ἀδιαφόροις proficiscitur? Unum enim illud, quod in sensuum fuga primum sistitur, ἀδιάφορον nominatur. Cur autem ἀδιάφορον? Videntur quidem individua omnes, si genus respexeris, differentias in se habere. Comparata vero inter se individua nullum nisi leve discrimen admittunt, ut ἀδιάφορα dici possint. Quorum si una modo species in animo substitit, generale aliquid exoritur. Ita ἀδιάφορα explicantur, ὧν ἀδιαίρετον τὸ εἶδος κατὰ τὴν αἴσθησιν. metaph. Δ. 6. 1016ª 18 (cf. Z. 12. 1038ª 16). Ita quidem cogitandi facultas cum sentiendo artissime copulatur, ut altera ab altera distrahi non posse videatur. Sed ipso analyticorum loco sequuntur, quae ad illam, qua agens a patiente intellectus segregatur, sententiam propius accedunt. 100ᵇ 6. ἐπεὶ δὲ τῶν περὶ τὴν διάνοιαν ἕξεων, αἷς ἀληθεύομεν, αἱ μὲν ἀεὶ ἀληθεῖς εἰσιν, αἱ δὲ ἐπιδέχονται τὸ ψεῦδος, οἷον δόξα καὶ λογισμός, ἀληθῆ δ' ἀεὶ ἐπιστήμη καὶ νοῦς, καὶ οὐδὲν ἐπιστήμης ἀκριβέστερον ἄλλο γένος ἢ νοῦς, αἱ δ' ἀρχαὶ τῶν ἀποδείξεων γνωριμώτεραι, ἐπιστήμη δ' ἅπασα μετὰ λόγου ἐστί, τῶν ἀρχῶν ἐπιστήμη μὲν οὐκ ἂν εἴη, ἐπεὶ δ' οὐδὲν ἀληθέστερον ἐνδέχεται εἶναι ἐπιστήμης ἢ νοῦν, νοῦς ἂν εἴη τῶν ἀρχῶν, ἔκ τε τούτων σκοποῦσι καὶ ὅτι ἀποδείξεως ἀρχὴ οὐκ ἀπόδειξις, ὥστ' οὐδ' ἐπιστήμης ἐπιστήμη. εἰ οὖν μηδὲν ἄλλο παρ' ἐπιστήμην γένος ἔχομεν ἀληθές, νοῦς ἂν εἴη ἐπιστήμης ἀρχή. καὶ ἡ μὲν ἀρχὴ τῆς ἀρχῆς εἴη ἄν, ἡ δὲ πᾶσα ὁμοίως ἔχει πρὸς τὸ ἅπαν πρᾶγμα. Quod in iis, quae antecedunt, unum primae demonstrationis principium demonstratum erat, ea his inductio temperatur. Quatenus ex singulorum sensuum comparatione generalis notio colligitur, certo, si sensuum opem spectaveris, intellectus est patientis. Scientia, quae, quoniam demonstrationibus concluditur, primum aliquid, (ἀνυπόδεικτον) unde ratiocinatio ducatur, postulat, summorum principiorum esse nequit. Veritatis igitur fides aut nulla est aut penes intellectum, non illum quidem e sensuum comparatione pendentem et quasi patientem (orbis enim esset in demonstrando),

sed agentem et sua quasi vi prima deprehendentem. Itaque intellectus principium est principii.[1]) Intellectus similem habet ad principia rationem, atque scientia ad universam rerum naturam. Quemadmodum hanc scientia lege et ratione comprehendit et quasi denuo mente gignit: ita intellectus principia refert. Cf. anal. post. I, 23. 84^b 36. *ἔστι δ' ἕν, ὅταν ἄμεσον γένηται καὶ μία πρότασις ἁπλῶς ἡ ἄμεσος. καὶ ὥσπερ ἐν τοῖς ἄλλοις ἡ ἀρχὴ ἁπλοῦν, τοῦτο δ' οὐ ταὐτὸ πανταχοῦ, ἀλλ' ἐν βάρει μὲν μνᾶ, ἐν δὲ μέλει δίεσις, ἄλλο δ' ἐν ἄλλῳ, οὕτως ἐν συλλογισμῷ τὸ ἓν πρότασις ἄμεσος, ἐν δ' ἀποδείξει καὶ ἐπιστήμῃ ὁ νοῦς.* Sicut in reliquis vitae generibus aliqua ratio est atque mensura, ad quam omnia referuntur, qua ponderantur vel numerantur, qua constituta reliquorum ratio et scientia lege et ordine procedit: ita in demonstratione et disciplina omnia ad intellectum redeunt, penes quem principiorum est auctoritas. Intellectus igitur sua quasi vi prima tangit et deprehendit (*θιγγάνων καὶ νοῶν.* metaph. *Λ*, 7. 1072^b 21).

Consentiunt cum his, quae ex analyticis repetivimus, ethica Nicomachea, quae libro sexto intellectus rationes attingunt. Aliud quidem in his intellectus cognoscendi consilium. Ut in ethicis omnia ad agendum rediguntur, ita *νοῦς* potius *πρακτικός* consideratur. Actio autem a generali aliqua cognitione diversa in ultimis i. e. in singulis quibusque rebus versatur. Quare in hunc modum disseritur eth. Nic. VI, 12. 1143^a 32. *ἔστι δὲ τῶν καθ' ἕκαστα καὶ τῶν ἐσχάτων πάντα τὰ πρακτά· καὶ γὰρ τὸν φρόνιμον δεῖ γινώσκειν αὐτά, καὶ ἡ σύνεσις καὶ ἡ γνώμη περὶ τὰ πρακτά, ταῦτα δ' ἔσχατα. καὶ ὁ νοῦς τῶν ἐσχάτων ἐπ' ἀμφότερα* (i. e. primorum in cognoscendo, ultimorum in agendo)· *καὶ γὰρ τῶν πρώτων ὅρων καὶ τῶν ἐσχάτων νοῦς ἐστι καὶ οὐ λόγος, καὶ ὁ μὲν κατὰ τὰς ἀποδείξεις τῶν ἀκινήτων ὅρων καὶ πρώτων, ὁ δ' ἐν ταῖς πρακτικαῖς τοῦ ἐσχάτου καὶ ἐνδεχομένου καὶ τῆς ἑτέρας προτάσεως.* [Cf. Trend. hist. Beitr. II, 375 sqq.]

Ita omnis et vitae et cognoscendi veritas ab intellectu ducitur. Fieri igitur non potest, ut intellectus a sensibus et quod corporis sit pendeat, supra mortalem sortem per se ipse evectus. Quomodo intellectus, quem sensus et reliquae animi facultates agunt et alunt, cum illo intellectu, qui summus veri est arbiter, cohaereat et quasi coalescat, difficile est quaerere. Ad utrumque autem philosophia compellebatur. In metaphysicis duo maxime loci intellectum testantur sua solius vi nitentem, ab externarum

1) [Cf. notam ad p. 496 (ed. pr.).]

rerum commercio immunem, ad sui cognitionem redeuntem. Metaph. *Λ*, 7. 1072ᵇ 18. *ἡ δὲ νόησις ἡ καθ' αὑτὴν τοῦ καθ' αὑτὸ ἀρίστου, καὶ ἡ μάλιστα τοῦ μάλιστα. αὑτὸν δὲ νοεῖ ὁ νοῦς κατὰ μετάληψιν τοῦ νοητοῦ· νοητὸς γὰρ γίγνεται θιγγάνων καὶ νοῶν, ὥστε ταὐτὸν νοῦς καὶ νοητόν. τὸ γὰρ δεκτικὸν τοῦ νοητοῦ καὶ τῆς οὐσίας νοῦς. ἐνεργεῖ δὲ ἔχων.* *Λ*, 9. 1074ᵇ 34. *αὑτὸν ἄρα νοεῖ, εἴπερ ἐστὶ τὸ κράτιστον, καὶ ἔστιν ἡ νόησις νοήσεως νόησις.* Ita intellectus si a reliqua animi natura tanquam maior seiungitur, illa facultatum continua series interrumpitur, neque ex his quasi semine naturali quodam ordine enasci potest. Est igitur consentaneum, intellectum humanae naturae extrinsecus ingigni. de gen. an. II, 3. 736ᵇ 28. *λείπεται δὲ τὸν νοῦν μόνον θύραθεν ἐπεισιέναι καὶ θεῖον εἶναι μόνον.* Quorsum tandem divina haec in naturali rerum ordine origo, si re vera intellectus sensibus contineretur? Ipsam igitur humanam mentem tanquam reliquis maiorem Aristoteles segregavit et divinitus genuit.

Sequitur locus, quem ab Aristotele in libris de anima praetermissum esse miramur. Intimi animi sive gaudentis sive dolentis sensus (Gefuehle) tanti ad animi cognitionem momenti sunt, ut, cur exclusi sint, quaerendum esse videatur. Locum quidem, quem in continua facultatum serie occupant, significatum videmus de an. II, 3. 414ᵇ 3. *τὰ δὲ ζῷα πάντ' ἔχουσι μίαν γε τῶν αἰσθήσεων τὴν ἁφήν· ᾧ δ' αἴσθησις ὑπάρχει, τούτῳ ἡδονή τε καὶ λύπη καὶ τὸ ἡδύ τε καὶ λυπηρόν. οἷς δὲ ταῦτα, καὶ ἡ ἐπιθυμία· τοῦ γὰρ ἡδέος ὄρεξίς ἐστιν αὕτη.* cf. III, 7. 431ᵇ 9, 11. 434ᵃ 3. Sensum igitur vel voluptas vel dolor sequitur, ex quibus vel expetendi vel fugiendi impetus oriatur. Quocirca interponendi sunt intimi animi sensus inter sensuum perceptiones et animi appetitus; coniungunt enim utrosque. Sed ne hic quidem unus eorum locus. Quo enim hi modo sensuum perceptiones, eodem mentis intellectum sequuntur, ut e duplici fonte redundent. Hi quidem intimi animi sensus illis ipsis maiores sunt, sed natura non diversi. Si, qui ex intellectu oriuntur animi sensus, in libris de anima significati non sunt: origo eorum ab Aristotelis philosophia non aliena est. Cogites enim quam beatam vitam praedicet in cognitione positam. cf. eth. Nic. *K*, 7. 1177ᵃ 23, metaph. *Λ*, 7. 1072ᵇ 17. Tanta igitur, quae Aristoteles ardenti amore complexus est, cur ab animi quaestione removit? cur etiam eos ipsos vel voluptatis vel doloris affectus, qui animanti ex sensibus exsistunt, summo vix digito attigit? Causam divinare difficile est. Liceat tamen aliquam afferre, quam pro una et vera venditare nolumus. Quae

in libro de anima pertractatae sunt facultates, eae omnes ex *δυνάμει* in *ἐντελέχειαν* evehuntur. Quemadmodum omnis animae definitio ab *ἐντελεχείᾳ* proficiscitur, ita curatur, ut in omni eius parte haec notio eluceat. Adeo autem hi, de quo agimus, animi sensus ipso pectoris penetrali reconditi, adeo simplices et uni, ut, quomodo in *δύναμιν* et *ἐντελέχειαν* dirimantur, non facile pateat. Quare accidere potuit, ut Aristoteles in *ἐντελεχείᾳ* declaranda detentus hos intimi animi sensus seponeret.

Tractavit eos quidem Aristoteles in ethicis; nec tamen id egit, ut per se in eorum rationem et naturam inquireret, sed potius, ut, quam vim in morum disciplinam haberent, clarius exponeret. Cf. eth. Nic. VII, 12, 13. 1152[b] 1 sqq., X, 3. 4. 5. 1174 sqq., rhetor. I, 11. 1369[b] 33. Quae in rhetoricis allata sunt, minus curamus; ita enim ad eloquentiae consilium accommodata sunt, ut pauca ex iis ad subtiliorem animi cognitionem trahi possint. Adde, quod ea ipsa, a quibus haec in rhetoricis disputatio initium capit, magis ad tempus posita, quam ex accuratiore sententia ducta sunt. Quod enim ita incipitur, *ὑποκείσθω δ' ἡμῖν εἶναι τὴν ἡδονὴν κίνησίν τινα τῆς ψυχῆς καὶ κατάστασιν ἀθρόαν καὶ αἰσθητὴν εἰς τὴν ὑπάρχουσαν φύσιν, λύπην δὲ τοὐναντίον*, id ab iis, quae in ethicis acutius quaeruntur, distat. Iam illud *ὑποκείσθω* sententiam magis poni, quam doceri significat. [Platonica magis Aristoteles hic ponere videtur, quam sua. cf. Phileb. p. 31 D. *πάλιν δὲ ἁρμοττομένης τε (τῆς ἁρμονίας) καὶ εἰς τὴν αὐτῆς φύσιν ἀπιούσης ἡδονὴν γίγνεσθαι λεκτέον.*]

Quae in ethicis et physicis de voluptate et dolore traduntur, inter se conspirant; id enim agunt, ut, quod hos affectus Plato in Philebo *γένεσιν* esse docuit, refutetur. In quo fortasse Platonica *γένεσις*, quae quidem *οὐσίᾳ* opposita latissime patet, in artiorem gyrum cogitur. Aristoteles enim notionem ita contraxit, ut aliam *ἐνέργειαν*, aliam *γένεσιν* statueret, ut cum *γενέσει* mutationis vim e contrariis gignentem coniungeret (metaph. I, 4. 1055[a] 8), ut denique ab eo, quod finis est, tanquam imperfectam segregaret. Accedit, quod Plato voluptatem in motu, Aristoteles in quiete potius ponebat (eth. Nicom., VII, 15. 1154[b] 28). Ad quae illustranda haec excerpimus phys. VII, 3. 247[a] 8. *ἅπασα γὰρ ἡ ἠθικὴ ἀρετὴ περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας τὰς σωματικάς, αὗται δὲ ἢ ἐν τῷ πράττειν ἢ ἐν τῷ μεμνῆσθαι ἢ ἐν τῷ ἐλπίζειν. αἱ μὲν οὖν ἐν τῇ πράξει κατὰ τὴν αἴσθησίν εἰσιν, ὥσθ' ὑπ' αἰσθητοῦ τινὸς κινεῖσθαι, αἱ δ' ἐν τῇ μνήμῃ καὶ ἐν τῇ ἐλπίδι ἀπὸ ταύτης· ἢ γὰρ οἷα ἔπαθον μεμνημένοι ἥδονται, ἢ ἐλπίζοντες οἷα μέλλουσιν. ὥστ' ἀνάγκη πᾶσαν*

τὴν τοιαύτην ἡδονὴν ὑπὸ τῶν αἰσθητῶν γίγνεσθαι. ἐπεὶ δ' ἡδονῆς καὶ λύπης ἐγγιγνομένης καὶ ἡ κακία καὶ ἡ ἀρετὴ ἐγγίνεται (περὶ ταύτας γάρ εἰσιν), αἱ δ' ἡδοναὶ καὶ αἱ λῦπαι ἀλλοιώσεις τοῦ αἰσθητικοῦ, φανερὸν ὅτι ἀλλοιουμένου τινὸς ἀνάγκη καὶ ταύτας ἀποβάλλειν καὶ λαμβάνειν. ὥσθ' ἡ μὲν γένεσις αὐτῶν μετ' ἀλλοιώσεως, αὐταὶ δ' οὐκ εἰσὶν ἀλλοιώσεις. Sensus quidem, si voluptas accedit, quasi in alienam naturam abeunt; sed ipsa voluptas mutatio dici non potest; adeo universae naturae finis est et quasi consummatio. In eandem fere sententiam ethica loquuntur, quae (eth. Nic. X, III. 1174ᵇ 5), postquam definitionem motus tanquam imperfectae actionis in physicis propositam commemorarunt, voluptatem, quae et per se absoluta sit et actiones absolvat, motum esse non posse colligunt. *τῆς ἡδονῆς δ' ἐν ὁτῳοῦν χρόνῳ τέλειον τὸ εἶδος. δῆλον οὖν ὡς ἕτεραί τ' ἂν εἶεν ἀλλήλων καὶ τῶν ὅλων τι καὶ τελείων ἡ ἡδονή. δόξειε δ' ἂν τοῦτο καὶ ἐκ τοῦ μὴ ἐνδέχεσθαι κινεῖσθαι μὴ ἐν χρόνῳ, ἥδεσθαι δέ· τὸ γὰρ ἐν τῷ νῦν ὅλον τι.* Voluptas unum quasi temporis momentum occupat, ut nec aliquid imperfectum nec motus, qui temporis spatium requirit, esse possit. *ἐκ τούτων δὲ δῆλον καὶ ὅτι οὐ καλῶς λέγουσι κίνησιν ἢ γένεσιν εἶναι τὴν ἡδονήν. οὐ γὰρ πάντων ταῦτα λέγεται, ἀλλὰ τῶν μεριστῶν καὶ μὴ ὅλων· οὐδὲ γὰρ ὁράσεώς ἐστι γένεσις οὐδὲ στιγμῆς οὐδὲ μονάδος, οὐδὲ τούτων οὐθὲν κίνησις οὐδὲ γένεσις· οὐδὲ δὴ ἡδονῆς· ὅλον γάρ τι.* Ita *ἐνέργεια*, cuius visus exemplum est, a *γενέσει* distat (cf. ad. II, 1), et adeo una et individua affectus natura, cui monas et punctum comparantur, premitur, ut prius et posterius, quibus *γένεσις* continetur, locum omnino non habeat. ibid. 4. 1174ᵇ 23. *τελειοῖ δὲ τὴν ἐνέργειαν ἡ ἡδονή. οὐ τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ἥ τε ἡδονὴ τελειοῖ καὶ τὸ αἰσθητόν τε καὶ ἡ αἴσθησις, σπουδαῖα ὄντα, ὥσπερ οὐδ' ἡ ὑγίεια καὶ ὁ ἰατρὸς ὁμοίως αἴτιά ἐστι τοῦ ὑγιαίνειν. καθ' ἑκάστην δ' αἴσθησιν ὅτι γίνεται ἡδονή, δῆλον· φαμὲν γὰρ ὁράματα καὶ ἀκούσματα εἶναι ἡδέα. δῆλον δὲ καὶ ὅτι μάλιστα, ἐπειδὰν ἥ τε αἴσθησις ᾖ κρατίστη καὶ πρὸς τοιοῦτον ἐνεργῇ· τοιούτων δ' ὄντων τοῦ τε αἰσθητοῦ καὶ τοῦ αἰσθανομένου, ἀεὶ ἔσται ἡδονὴ ὑπάρχοντός γε τοῦ ποιήσοντος καὶ τοῦ πεισομένου.* Itaque non sola actio ad voluptatem sufficit, sed concentus quidam inter sensus et ea, quae sentiuntur. Has vero Aristoteles externas voluptatis conditiones minus curavit, in agendi vi detentus. Dolor et tristitia, si negleguntur, nihil aliud sunt, quam perturbatae vel sensus vel mentis actiones. At vero ipsa actio etiamsi perfecta est, extrinsecus malum accidere potest. *τελειοῖ*

δὲ τὴν ἐνέργειαν ἡ ἡδονὴ οὐχ ὡς ἡ ἕξις ἐνυπάρχουσα, ἀλλ' ὡς ἐπιγιγνόμενόν τι τέλος, οἷον τοῖς ἀκμαίοις ἡ ὥρα (cf. VII, 12. 1152^{b} 14. ubi propterea voluptas γένεσις esse negatur, quod οὐδεμία γένεσις συγγενὴς τοῖς τέλεσιν, οἷον οὐδεμία οἰκοδόμησις οἰκίᾳ). Omnis igitur ratio ita comprehenditur: ἕως ἂν οὖν τό τε νοητὸν ἢ αἰσθητὸν ᾖ οἷον δεῖ καὶ τὸ κρῖνον ἢ θεωροῦν, ἔσται ἐν τῇ ἐνεργείᾳ ἡ ἡδονή· ὁμοίων γὰρ ὄντων καὶ πρὸς ἄλληλα τὸν αὐτὸν τρόπον ἐχόντων τοῦ τε παθητικοῦ καὶ τοῦ ποιητικοῦ ταὐτὸ πέφυκε γίνεσθαι. πῶς οὖν οὐδεὶς συνεχῶς ἥδεται; ἢ κάμνει; πάντα γὰρ τὰ ἀνθρώπεια ἀδυνατεῖ συνεχῶς ἐνεργεῖν. οὐ γίνεται οὖν οὐδ' ἡδονή· ἕπεται γὰρ τῇ ἐνεργείᾳ. Ita quidem voluptas artissime cum vita coniuncta est; vita enim in actione consistit. ἡ δ' ἡδονὴ τελειοῖ τὰς ἐνεργείας καὶ τὸ ζῆν δέ, οὗ ὀρέγονται. εὐλόγως οὖν καὶ τῆς ἡδονῆς ἐφίενται· τελειοῖ γὰρ ἑκάστῳ τὸ ζῆν αἱρετὸν ὄν. πότερον δὲ διὰ τὴν ἡδονὴν τὸ ζῆν αἱρούμεθα ἢ διὰ τὸ ζῆν τὴν ἡδονήν, ἀφείσθω ἐν τῷ παρόντι. συνεζεῦχθαι μὲν γὰρ ταῦτα φαίνεται καὶ χωρισμὸν οὐ δέχεσθαι· ἄνευ τε γὰρ ἐνεργείας οὐ γίνεται ἡδονή, πᾶσάν τε ἐνέργειαν τελειοῖ ἡ ἡδονή. Ita si voluptas in humanae actionis potestate posita est: ea, quae ad voluptatem valent sed penes hominem non sunt, seponuntur.

E voluptate, si petitur, appetitus nascitur; iucundum enim concupiscitur et iniucundum devitatur. Haec est ὄρεξις illa, quae, sive affectus e sensu sive ex intellectu exsistit, ab aliquo consilio temperatur, ut ὄρεξις ad mentem recte relata sit. met. Λ, 7. 1072^{a} 26. τὸ ὀρεκτὸν καὶ τὸ νοητὸν κινεῖ οὐ κινούμενα. τούτων τὰ πρῶτα τὰ αὐτά. ἐπιθυμητὸν μὲν γὰρ τὸ φαινόμενον καλόν, βουλητὸν δὲ πρῶτον τὸ ὂν καλόν. ὀρεγόμεθα δὲ διότι δοκεῖ μᾶλλον, ἢ δοκεῖ διότι ὀρεγόμεθα. ἀρχὴ δὲ ἡ νόησις. Quomodo ὄρεξις agendi fiat principium, in ethicis ostenditur, ita quidem, ut appetitu, qui e sensibus oritur, relicto, ad consilii et voluntatis rationem flectatur. eth. Nic. VI, 2. 1139^{a} 17. τρία δ' ἐστὶν ἐν τῇ ψυχῇ τὰ κύρια πράξεως καὶ ἀληθείας, αἴσθησις νοῦς ὄρεξις. τούτων δ' ἡ αἴσθησις οὐδεμιᾶς ἀρχὴ πράξεως· δῆλον δὲ τῷ τὰ θηρία αἴσθησιν μὲν ἔχειν, πράξεως δὲ μὴ κοινωνεῖν. ἔστι δ' ὅπερ ἐν διανοίᾳ κατάφασις καὶ ἀπόφασις, τοῦτ' ἐν ὀρέξει δίωξις καὶ φυγή· ὥστ' ἐπειδὴ ἡ ἠθικὴ ἀρετὴ ἕξις προαιρετική, ἡ δὲ προαίρεσις ὄρεξις βουλευτική, δεῖ διὰ ταῦτα τόν τε λόγον ἀληθῆ εἶναι καὶ τὴν ὄρεξιν ὀρθήν, εἴπερ ἡ προαίρεσις σπουδαία, καὶ τὰ αὐτὰ τὸν μὲν φάναι τὴν δὲ διώκειν. αὕτη μὲν οὖν ἡ διάνοια καὶ ἡ ἀλήθεια πρακτική, τῆς δὲ θεωρητικῆς διανοίας καὶ μὴ

πρακτικῆς μηδὲ ποιητικῆς τὸ εὖ καὶ κακῶς τἀληθές ἐστι καὶ ψεῦδος· τοῦτο γάρ ἐστι παντὸς διανοητικοῦ ἔργον, τοῦ δὲ πρακτικοῦ καὶ διανοητικοῦ· ἡ ἀλήθεια ὁμολόγως ἔχουσα τῇ ὀρέξει τῇ ὀρθῇ. Haec quasi supplementi loco ad tertii de anima libri caput undecimum dicta sint. Si quae de rationis imperio addenda sunt, laudare licet eth. Nicom. I, 13. 1102ᵇ 26. polit. I, 5. 1254ᵇ 5.

Sicut appetitus (ὄρεξις) aeque prima sensus initia atque summas intellectus ratiocinationes sequitur: ita motus neque his neque illis proprius, sed utriusque communis est. Itaque motus si ultimo loco ponitur, id non ita intellegendum est, quasi ultimo demum exsisteret; comitatur enim primo animantis ortus. Hic non de motu, quomodo externis corporis instrumentis fiat, agendum est, sed quatenus ex anima eius principium petatur. Nec multa sunt, quae hac de re tertio de anima libro addere liceat. Misso enim tenui in physicis (VIII, 2. 252ᵇ 20) vestigio solus, quem laudemus, de motu animalium libellus restat, qui posterius scriptus ad ipsos de anima libros lectorem reicit (c. 6). Ubi quae allata sunt, haud scio utrum magis ad consilium et appetitum, an ad motum pertineant. Liceat tamen, quae commemoratu digna sunt, excerpere. 6. 700ᵇ 35. τὸ μὲν οὖν πρῶτον οὐ κινούμενον κινεῖ, ἡ δ' ὄρεξις καὶ τὸ ὀρεκτικὸν κινούμενον κινεῖ. τὸ δὲ τελευταῖον τῶν κινουμένων οὐκ ἀνάγκη κινεῖν οὐδέν. φανερὸν δ' ἐκ τούτων καὶ ὅτι εὐλόγως ἡ φορὰ τελευταία τῶν γινομένων ἐν τοῖς γινομένοις. Motus igitur ultimum teneat locum, quoniam reliquarum facultatum effectus est nec contra causa. κινεῖται γὰρ καὶ πορεύεται τὸ ζῷον ὀρέξει ἢ προαιρέσει, ἀλλοιωθέντος τινὸς κατὰ τὴν αἴσθησιν ἢ τὴν φαντασίαν. c. 7. Πῶς δὲ νοῶν ὁτὲ μὲν πράττει ὁτὲ δ' οὐ πράττει, καὶ κινεῖται ὁτὲ δ' οὐ κινεῖται; ἔοικε παραπλησίως συμβαίνειν καὶ περὶ τῶν ἀκινήτων διανοουμένοις καὶ συλλογιζομένοις. ἀλλ' ἐκεῖ μὲν θεώρημα τὸ τέλος (ὅταν γὰρ τὰς δύο προτάσεις νοήσῃ, τὸ συμπέρασμα ἐνόησε καὶ συνέθηκεν), ἐνταῦθα δ' ἐκ τῶν δύο προτάσεων τὸ συμπέρασμα γίνεται ἡ πρᾶξις, οἷον ὅταν νοήσῃ ὅτι παντὶ βαδιστέον ἀνθρώπῳ, αὐτὸς δ' ἄνθρωπος, βαδίζει εὐθέως, ἂν δ' ὅτι οὐδενὶ βαδιστέον νῦν ἀνθρώπῳ, αὐτὸς δ' ἄνθρωπος, εὐθὺς ἠρεμεῖ· καὶ ταῦτα ἄμφω πράττει, ἂν μή τι κωλύῃ ἢ ἀναγκάζῃ. — — 701ᵃ 22. ὅτι μὲν οὖν ἡ πρᾶξις τὸ συμπέρασμα, φανερόν· αἱ δὲ προτάσεις αἱ ποιητικαὶ διὰ δύο εἰδῶν γίνονται, διά τε τοῦ ἀγαθοῦ καὶ διὰ τοῦ δυνατοῦ. ὥσπερ δὲ τῶν ἐρωτώντων ἔνιοι, οὕτω τὴν ἑτέραν πρότασιν τὴν δήλην οὐδ' ἡ διάνοια ἐφιστᾶσα σκοπεῖ οὐδέν· οἷον εἰ τὸ βαδίζειν

ἀγαθὸν ἀνθρώπῳ, ὅτι αὐτὸς ἄνθρωπος, οὐκ ἐνδιατρίβει. διὸ καὶ ὅσα μὴ λογισάμενοι πράττομεν, ταχὺ πράττομεν. ὅταν γὰρ ἐνεργήσῃ ἢ τῇ αἰσθήσει πρὸς τὸ οὗ ἕνεκα ἢ τῇ φαντασίᾳ ἢ τῷ νῷ, οὗ ὀρέγεται, εὐθὺς ποιεῖ· ἀντ' ἐρωτήσεως γὰρ ἢ νοήσεως ἡ τῆς ὀρέξεως γίνεται ἐνέργεια. ποτέον μοι, ἡ ἐπιθυμία λέγει· τοδὶ δὲ ποτόν, ἡ αἴσθησις εἶπεν ἢ ἡ φαντασία ἢ ὁ νοῦς· εὐθὺς πίνει. οὕτως μὲν οὖν ἐπὶ τὸ κινεῖσθαί καὶ πράττειν τὰ ζῷα ὁρμῶσι, τῆς μὲν ἐσχάτης αἰτίας τοῦ κινεῖσθαι ὀρέξεως οὔσης, ταύτης δὲ γινομένης ἢ δι' αἰσθήσεως ἢ διὰ φαντασίας καὶ νοήσεως. τῶν δ' ὀρεγομένων πράττειν τὰ μὲν δι' ἐπιθυμίαν ἢ θυμὸν τὰ δὲ δι' ὄρεξιν ἢ βούλησιν τὰ μὲν ποιοῦσι τὰ δὲ πράττουσι. Sicut plerumque conclusiones fiunt, ut cognitio, quae certa sit, evadat: ita in agendo conclusione utuntur, cuius finis non aliqua est cognitio, sed quae quasi in actionem exit. Conclusionis consequentia non ab intellectu tanquam contemplanda reservatur, sed a voluntate tanquam agenda arripitur. Dubites quidem, quot actiones ab eiusmodi universa sententia, qualis proponitur, omnibus hominibus eundem esse, re vera proficiscantur. Pleraeque a singulari aliqua et propria cogitatione gignuntur, neque hae semper legitimam conclusionis formam admittunt. Caveas enim, illa, quae afferuntur, „mihi bibendum est, hoc bibi potest," veram conclusionem existimes. Si enim prima enunciatio necessitatem, bibendum esse, continet, quomodo altera, qua solummodo quod fieri potest exprimitur, ita subiciatur, ut utraque in unam et veram conclusionem coeat? Est autem plerumque simile cogitationis genus, quo ad certum illud, quod agimus, compellimur. Id prudenter significatum est, quomodo omnes animi facultates ad movendum concurrere possint, modo enim imaginationem sensus locum tenere, modo imaginationem modo rationem impellere appetitum.

Sic animam persecuti sumus tanquam vegetantem, sentientem, cogitantem, expetentem, moventem. Haec si inter se discedere videantur, sparsa inter se colligere liceat, ut anima sit una. Itaque praeclarum Aristotelis locum tanquam colophonem addimus. Legitur de anim. motu 10. 703ᵃ 29. *ὑποληπτέον δὲ συνεστάναι τὸ ζῷον ὥσπερ πόλιν εὐνομουμένην. ἔν τε γὰρ τῇ πόλει ὅταν ἅπαξ στῇ ἡ τάξις, οὐδὲν δεῖ κεχωρισμένου μονάρχου, ὃν δεῖ παρεῖναι παρ' ἕκαστον τῶν γινομένων, ἀλλ' αὐτὸς ἕκαστος ποιεῖ τὰ αὐτοῦ ὡς τέτακται, καὶ γίνεται τόδε μετὰ τόδε διὰ τὸ ἔθος· ἔν τε τοῖς ζῴοις τὸ αὐτὸ τοῦτο διὰ τὴν φύσιν γίνεται καὶ τῷ πεφυκέναι ἕκαστον οὕτω συστάντων ποιεῖν τὸ αὑτοῦ ἔργον, ὥστε μηδὲν δεῖν ἐν ἑκάστῳ*

εἶναι ψυχήν, ἀλλ' ἔν τινι ἀρχῇ τοῦ σώματος οὔσης τἆλλα ζῆν μὲν τῷ προσπεφυκέναι, ποιεῖν δὲ τὸ ἔργον τὸ αὑτῶν διὰ τὴν φύσιν. Animans se habet, sicut civitas bene constituta, in qua omnia, si semel ordo steterit, unum post alterum sua consuetudine procedunt neque in singulis singulos duces adesse opus est. Ita in animo omnia sunt instructa, ut, anima in corporis aliquo principio collocata, quatenus eiusdem naturae vinculo coniuncta sunt, sua per se munia obeant.

LIBER PRIMUS.

Cap. 1.

Primum quaestionis de animae natura gravitas significatur (§ 1), deinde difficultas et progrediendi ratio attingitur (§ 2), denique quaestiones proponuntur (§ 3—12), quae etsi anteceptae sunt, tamen prooemii naturae inserviunt, ut difficultatum et viae rationes indicentur. Quam ob causam non pertractantur, sed ad hoc solummodo consilium diriguntur. Tres fere sunt causae, quae Weissium adduxere, ut hanc extremam capitis partem tanquam spuriam damnaret, primum quod ab universa et communi quaestione, qualis prooemii esse deberet, in singula quaeque discederet, deinde quod repetita denuo inculcaret, denique quod animi separationem haut Aristotelica ratione exponeret. Primum illud, quod affertur, prooemii naturam legi subicit, quam res per se ipsa non agnoscit. Alterum non tantum est, quantum videatur; neque enim multa repetuntur. Postremam rationem is demum admittet, qui, ut Weissio auctore tertium de anima librum intrusum iudicet, a se impetrare potuerit. Omnis haec damnandi ratio suspecta est, quod rationes minus comprehendi, quam tangi, minus iudicari, quam intellegi posse conceduntur. Quod scilicet a communi scientiae modulo adeo remotum est, ut obscuro cuiusque arbitrio permittatur.

§ 1. 402ª 1. *τῶν καλῶν καὶ* etc.] Quandoquidem inter pulchra et honesta cognitionem ponimus, aliam vero alia maiore iure, quod vel acrius ingenii acumen requirit vel rerum est praestabiliorum et magis admirabilium; ob utramque hanc causam animae quaestionem inter prima referre consentaneum est. — Est in his, si sequentia contuleris, aliqua difficultas. Haec enim de anima disputatio nunc propter *ἀκρίβειαν* in primo quaestionum ordine collocatur, nunc adeo *ἀκρίβειαν* exuere videtur, ut vix certi quid admittere dicatur (*πάντῃ δὲ πάντως ἐστὶ*

τῶν χαλεπωτάτων λαβεῖν τινὰ πίστιν περὶ αὐτῆς). Unde factum est, ut alii aliam ἀκριβείας significationem adsciscerent. Themistius ad h. l. fol. 64 a. νικᾶν αὐτὴν (i. e. τὴν περὶ ψυχῆς ἐπιστήμην) καὶ τῷ ἀκριβεῖ καὶ τῷ θαυμασίῳ. τῷ μὲν ἀκριβεῖ, διότι καὶ ταῖς ἄλλαις ἐπιστήμαις παρὰ ψυχῆς ἡ ἀκρίβεια. Sed haec non ea est, de qua agitur, ἀκρίβεια, quae in ipsam de anima quaestionem cadat. Simplicius fol. 1 a. διὰ γὰρ τὴν πρὸς ἑαυτὴν αὐτῆς τῆς ψυχῆς οἰκειότητα ἐγγυτάτω ὂν τῷ γιγνώσκοντι. Nihil quidem animo ad cognoscendum propius, sed in hoc ipso cognoscendi non subtilitas, sed difficultas sita est. Philoponus animae cognitioni maiorem ἀκρίβειαν vindicat, non quod aliae ex ea disciplinae principium ducunt, sed quod id, de quo quaeritur, i. e. anima materiae est expers. Sic fortasse etiam Alexander Aphrodisiensis ἀκρίβειαν percepit. Scribit enim Philoponus A. fol. 6: ὁ Ἀλέξανδρος καὶ νοθεύει τὸ χωρίον τοῦτο — — ἵνα μὴ ἀναγκασθῇ τὸ χωρίον ἐξηγούμενος ἀκριβεστέραν εἰπεῖν τὴν περὶ ψυχῆς θεωρίαν, ὥσπερ ἄϋλον ὑποκείμενον ἔχουσαν αὐτὴν τὴν ψυχὴν κατὰ τοὺς Ἀριστοτελικοὺς κανόνας. Etenim Alexander animum esse immortalem negavit, ut animum habere materiae expertem ipsi molestum esset. Ceterum Themistius, Simplicius, Sophonias de aliqua loci suspicione nihil afferunt. Ἀκρίβειαν non dissimili ratione recentissimus interpres C. H. Weisse ad animae, de qua agitur, naturam transtulit, quippe quae philosophicam cognitionem poscat neque a fontis simplicitate et ubertate ad infinitam rerum multitudinem desciscat. Quod ab ἀκριβείας significatione, quae non in rebus sed in cognoscendi iudicio versatur, longissime distat. Nos quidem ad primam et propriam ἀκριβείας vim et potestatem redeundum esse censemus, ut ingenii acumen sit, quod in animae quaestione et scientia cernitur. Quod eo magis esse debet, quo impeditior cognoscendi est difficultas, ut, sic si ceperis, nihil omnino repugnet. Similem sententiam exempli loco propositam inveneris top. VIII, 1. 157a 8. τὸ δὲ διαιρεῖσθαι τοιοῦτον οἷον ὅτι ἐπιστήμη ἐπιστήμης βελτίων ἢ τῷ ἀκριβεστέρα εἶναι ἢ τῷ βελτιόνων. Quae quidem verba ita comparata sunt, ut scientiam non solum subtiliorem sed etiam certiorem significare possint; id quod a loco, de quo agitur, removendum est. 1)

---

1) [Dubitationem Trdlbgio movit locus metaph. I, 2. 982a 13. ἀκριβέσταται δὲ τῶν ἐπιστημῶν αἳ μάλιστα τῶν πρώτων εἰσίν· αἱ γὰρ ἐξ ἐλαττόνων ἀκριβέστεραι τῶν ἐκ προσθέσεως λαμβανομένων, οἷον ἀριθμητικὴ γεωμετρίας. cf. Bz. comm.: „ἀκρίβειαν sive exactam et omnibus

402a 3. τὴν τῆς ψυχῆς ἱστορίαν] ἱστορία antiqua illa notione, qua rerum cognitionem et indagationem significat, ita quidem, ut simul ad doctrinae e cognitione enatae expositionem vergat. Ita Aristoteles τῶν ζῴων ἱστορίαν, Theophrastus τῶν φυτῶν ἱστορίαν inscripsit. cf. interprett. ad Herodot. I, 1.

402a 6. ἔστι γὰρ οἷον ἀρχὴ τῶν ζῴων] suppl. ἡ ψυχή. Ἀρχή, quae vox apud Aristotelem late patet, principium est, a quo quid proficiscitur, principium, unde movetur. Ita fit, ut latis his finibus nec materia nec forma, nec finis nec ratio seiungantur. Omnes enim hae notiones sive cunctae sive singulae eiusmodi sunt, unde ad rei naturam motus accedat. Quae ex his cum maxime ad rem constituendam valere cogitatur, ἀρχή dicitur. cf. metaph. IV, 1. 1012b 34, phys. I, 6. 189a 31. τὸ γὰρ ὑποκείμενον ἀρχή, καὶ πρότερον δοκεῖ τοῦ κατηγορουμένου εἶναι. Haec vero temporis, quo principium consequenti prius est, notio postea exstincta. De gener. animal. V. 7. 788a 14. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ἀρχὴν εἶναι τὸ αὐτὴν μὲν αἰτίαν εἶναι πολλῶν, ταύτης δ' ἄλλο ἄνωθεν μηδέν. Ita fit, ut anima animalis dicatur ἀρχή; anima enim continetur, qua sublata tollitur animal (cf. de an. II, 2. 413b 11). In hanc enim sententiam dicitur ἀρχὴ γὰρ τὸ συναναιροῦν. Quae verba leguntur metaph. *K*, 1. 1060a 1.

402a 7. τήν τε φύσιν αὐτῆς καὶ τὴν οὐσίαν] Illa (φύσις) ad naturam corpori communem, haec (οὐσία) ad abditam animi vim a corpore remotam trahi potest. Si notiones ita distrahere audacius videatur, est certe universa aliqua dictio ad externa et interna comprehendenda. [1])

402a 8. εἶθ' ὅσα συμβέβηκε περὶ αὐτήν] In his, sicut in sequentibus (§ 2. § 8) facile fieri potest, ut ambigua τῶν συμβεβηκότων significatio intellegentiam confundat. Si συμβαίνειν incertis finibus latinum accidere valet, τὰ συμβεβηκότα ita sunt comparata, ut in iis, quae eveniunt, modo casum urgeant, modo casu relicto in mera eveniendi vi subsistant. Illa fortuita sunt et quasi casu nata, haec facta et ipsa naturae lege orta. Illa potestas apud Aristotelem adeo dominatur, ut hanc obruere et implicare videatur. Illam ab hac immane quantum distare, Aristoteles ipse confiteri non veretur. Metaphys. *Δ*, 30. 1025a 14. Συμβεβηκὸς λέγεται ὃ ὑπάρχει μέν τινι καὶ

---

numeris perfectam cognitionem tum maxime possumus consequi, cum in simplicissimis versamur notionibus. Simplicissimae autem notiones eaedem maxime sunt universales et summae et sua natura primae."]

1) [Cf. tamen Bz. ind. Ar. 839a 30 „φύσις, synon οὐσία 402a 7 (opp. ὅσα συμβέβηκεν)."]

ἀληθὲς εἰπεῖν, οὐ μέντοι οὔτ' ἐξ ἀνάγκης οὔτ' ἐπὶ τὸ πολύ, οἷον εἴ τις ὀρύττων φυτῷ βόθρον εὗρε θησαυρόν. — — 30. *λέγεται δὲ καὶ ἄλλως συμβεβηκός, οἷον ὅσα ὑπάρχει ἑκάστῳ καθ' αὑτὸ μὴ ἐν τῇ οὐσίᾳ ὄντα, οἷον τῷ τριγώνῳ τὸ δύο ὀρθὰς ἔχειν. καὶ ταῦτα μὲν ἐνδέχεται ἀΐδια εἶναι, ἐκείνων δὲ οὐθέν.* cf. de partibus animalium I, 3. 643a 30. *συμβεβηκὸς γάρ τι τῷ τριγώνῳ τὸ δυσὶν ὀρθαῖς ἴσας ἔχειν τὰς γωνίας.* — Illa si raro neque ulla legis necessitate accidunt, haec adeo rei naturam sequuntur et ita sibi constant, ut, etiamsi non in ipsa rei essentia et notione sita, tamen aeterna dici possint. *τὰ συμβεβηκότα* inter haec contraria ita fluctuant, ut, utra vis valeat, ex orationis perpetuitate intellegendum sit. Ita scientiam *τῶν συμβεβηκότων* esse nunc negatur, nihil enim ratio cum casu commune habet, nunc contenditur, est enim cognitionis, ut, quae in rerum natura constanti quodam ordine eveniunt, notione comprehendat. Cf. metaphys. *K*. 8. 1065a 4. *διότι δ' οὐκ ἔστιν ἐπιστήμη τοῦ τοιούτου, δῆλον· ἐπιστήμη μὲν γὰρ πᾶσα τοῦ ἀεὶ ὄντος ἢ ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, τὸ δὲ συμβεβηκὸς ἐν οὐδετέρῳ τούτων ἐστίν.* metaphys. *E*, 2. 1026b 3. *πρῶτον περὶ τοῦ κατὰ συμβεβηκὸς λεκτέον, ὅτι οὐδεμία ἐστὶ περὶ αὐτὸ θεωρία.* Quibus locis si *τὸ συμβεβηκός* a scientiae cognitione excluditur, paulo ante *τὰ συμβεβηκότα* ipsi philosophiae adiudicantur. metaphys. *K*. 3. 1061b 3. *τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον ἔχει καὶ περὶ τὸ ὄν. τὰ γὰρ τούτῳ συμβεβηκότα καθ' ὅσον ἐστὶν ὄν, καὶ τὰς ἐναντώσεις αὐτοῦ ᾗ ὄν, οὐκ ἄλλης ἐπιστήμης ἢ φιλοσοφίας θεωρῆσαι.* Quo loco ne quae casu accidunt capiantur, adiectis verbis *καθ' ὅσον ἐστὶν ὄν* cautum est. Haec simili ratione tanquam *συμβεβηκότα καθ' αὑτὰ ταῖς οὐσίαις* discernuntur, i. e. quae sua ipsorum vi et notione accedunt neque externo quoquam vinculo copulantur (metaphys. *B*. 1. 995b 20. *B*. 2. 997a 19). Cf. metaphys. *Γ*. 1. 1003a 21. *ἔστιν ἐπιστήμη τις ἣ θεωρεῖ τὸ ὂν ᾗ ὂν καὶ τὰ τούτῳ ὑπάρχοντα καθ' αὑτό,* quae dictio *τὰ συμβεβηκότα* hac quidem vi praeclare illustrat. analyt. post. I, 6. 75a 18. *τῶν δὲ συμβεβηκότων μὴ καθ' αὑτά, ὃν τρόπον διωρίσθη τὰ καθ' αὑτά, οὐκ ἔστιν ἐπιστήμη ἀποδεικτική.* et I, 7. 75a 42. *τρίτον τὸ γένος τὸ ὑποκείμενον, οὗ τὰ πάθη καὶ τὰ καθ' αὑτὰ συμβεβηβότα δηλοῖ ἡ ἀπόδειξις.* Quae casu quodam accidunt, ea ab universis aliena in singularibus, quae et materiae vicibus et sortis casibus subiecta sunt, sedem habent. cf. metaphys. *Δ*, 9. 1017b 35. *τὰ γὰρ καθόλου καθ' αὑτὰ ὑπάρχει, τὰ δὲ συμβεβηκότα οὐ καθ' αὑτὰ ἀλλ' ἐπὶ τῶν καθ' ἕκαστα ἁπλῶς λέγεται.* Adeo scientiae cognitionem fugiunt, ut in iis maxime

dialectica sophistarum species versetur. cf. metaphys. *E*, 2. 1026^b 14. *Πλάτων τρόπον τινὰ οὐ κακῶς περὶ τὴν σοφιστικὴν τὸ μὴ ὂν ἔταξεν. εἰσὶ γὰρ οἱ τῶν σοφιστῶν λόγοι περὶ τὸ συμβεβηκός κτλ.* — 21. *φαίνεται γὰρ τὸ συμβεβηκὸς ἐγγύς τι τοῦ μὴ ὄντος.* Sed ab his ita distant *τὰ συμβεβηκότα* altera significatione, ut a sophistarum captionibus longe remota demonstrationem (*ἀπόδειξιν*) sibi propriam sumant; quae enim rei naturam necessario consequuntur, e rei definitione et notione ita ducenda sunt, ut demonstrari queant. cf. metaphys. *K*. 1. 1059^a 32. *ἡ μὲν γὰρ ἀποδεικτικὴ σοφία ἡ περὶ τὰ συμβεβηκότα.* metaphys. *B*, 2. 997^a 19. Haec omnia, nisi alteram ab altera significationem segregaveris, inter se pugnabunt, discrimine autem servato, in concordiam redibunt. Hoc quidem loco alteram vim obtinere dubium non erit. Simili fere vi analyt. post. I, 7. 75^b 4. *οὐκ ἔστι τὴν ἀριθμητικὴν ἀπόδειξιν ἐφαρμόσαι ἐπὶ τὰ τοῖς μεγέθεσι συμβεβηκότα,* quae recentiori nomine numerorum attributa, si non accidentia, dicere possis. Quaerenti, unde factum sit, ut tam discrepantia, quam casus et necessitas, unius vocis vi colligarentur, haec fortasse ratio occurret. *Συμβαίνειν,* quod vulgari usu accidere valet, rei fortuitae significationi locum dedit. Aristoteles, quum idem verbum consequendi potestate frequentaret, simul in alteram necessitatis alicuius notionem incidit. Quod ut appareat, syllogismi definitionem consulas. Anal. pr. I, 1. 24^b 18. *συλλογισμὸς δέ ἐστι λόγος ἐν ᾧ τεθέντων τινῶν ἕτερόν τι τῶν κειμένων ἐξ ἀνάγκης συμβαίνει τῷ ταῦτα εἶναι. λέγω δὲ τῷ ταῦτα εἶναι τὸ διὰ ταῦτα συμβαίνειν, τὸ δὲ διὰ ταῦτα συμβαίνειν τὸ μηδενὸς ἔξωθεν ὅρου προσδεῖν πρὸς τὸ γενέσθαι τὸ ἀναγκαῖον.* Sicut conclusio e generali propositione consequitur, ita *τὰ συμβεβηκότα* ex *οὐσίᾳ*. cf. Philop. ad h. l. A. fol. 7 a. *ὡς λέγομεν συμβαίνειν ταῖς προτάσεσι τὸ συμπέρασμα, οὐχ ὅτι συμβέβηκε ταῖς προτάσεσι τὸ συμπέρασμα, ἀλλ' ὅτι ἐξ ἀνάγκης αὐταῖς ἀκολουθεῖ.* Ita *συμβαίνειν* iam apud Platonem in Philebo p. 35 C. *συμβέβηχ' ἡμῖν ἐκ τούτων τῶν λόγων.*

402^a 9. *ὧν τὰ μὲν ἴδια πάθη τῆς ψυχῆς εἶναι δοκεῖ, τὰ δὲ δι' ἐκείνην καὶ τοῖς ζῴοις ὑπάρχειν.*] In his iustam oppositionem desideres. Neque enim quae animae sunt, iis contraria, quae per ipsam animam animalibus tribuuntur. Prius illud *ἴδια πάθη τῆς ψυχῆς* ad solam humanam animam referri antecedentia vetant (*ἔστι γὰρ οἷον ἀρχὴ τῶν ζῴων*). Restat igitur, ut illa propria ad ipsam per se animam, communia simul ad corpus respiciant; *ζῷον* enim utrumque et animam et corpus complectitur.

§ 2. 402a 11. *καὶ γὰρ ὄντος κοινοῦ τοῦ ζητήματος πολλοῖς ἑτέροις.*] Themistius fol. 64 a. interpretatus esse videtur: „quum quid res sit multi quaererent etc.", ut quod sequitur *τῷ* ex his multis aliquem significaret. Scribit enim: *οὐ μόνον παρὰ τοῖς φιλοσόφοις, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ὅσοι τι διὰ τοῦ λόγου διδάσκουσι, πάντες γὰρ ὁρισμῷ χρῆσθαι πειρῶνται.* At verba non ad homines, qui participes sunt, sed ad res, quibus communis est quaestio, trahi sententia iubet. Haec enim ita aptissime iungitur. Quoniam multis aliis rebus ea quaestio (*ζήτημα*), quae intima ipsarum sit ratio (*οὐσία*) et definitio (*τί ἐστι*), communis est, communis huius quaestionis una etiam investigandi via (*μέθοδος*) videatur.

402a 12. *λέγω δὲ τοῦ περὶ τὴν οὐσίαν καὶ τοῦ τί ἐστι.*] Quid hoc loco *ἡ οὐσία* et *τὸ τί ἐστι* differat circumspicienti facile id discrimen occurret, quod est inter *τὸ τί ἦν εἶναι* et *τὸ τί ἐστι.* De quorum natura alio loco copiosius diximus [1]), unde haec transtulisse sufficiat. *Τὸ τί ἦν εἶναι,* si universe explicatur, definitio, determinatio est (*ὁρισμός, ὅρος* top. I, 4. 101b 21, metaph. *Z*, 4. 1030a 6), ita quidem, ut, quidquid vel materiam spectat vel alia demum interposita notione (*κατὰ συμβεβηκός*) accedit, excludatur. Unde fit, ut et eius sit, cuius natura per se sola cogitatur, et, materia detracta, ad formam pertineat. Quae quum ita sint, *τὸ τί ἦν εἶναι* ad eorum naturam accedit, quae universe dicuntur (*τὰ καθόλου*); est tamen diligenter discernendum. *Τὸ καθόλου* commune quid significat, e singulis quidem collectum, nec vero ad individuum pertinens, sed quale quid sit (metaph. *Z*, 13. 1038b 16, 35). *Τὸ τί ἦν εἶναι* semper ad *τόδε τι* refertur, i. e. ad certum aliquid et individuum, ut huius ratio deponatur nusquam (metaph. *Z*, 4. 1030a 3, Theophrast. metaph. p. 317. Br.). Si a generis notione individuorum diversitas tollitur, hanc ipsam *τὸ τί ἦν εἶναι* expetit. *Τὸ τί ἦν εἶναι* ita ad *εἶδος* pertinet, ut ingenii exemplar, ad quod materia fingitur, forma, cui materia subiecta est, hoc nomine appelletur (metaph. *Z*, 7. 1032b 2, 23). Itaque *τὸ τί ἦν εἶναι* si *ἀρχὴ* vel *αἴτιον* dicitur, certae rei causa est, eaque eius formae, quae in notione posita est, ut saepius ad finem et consilium spectet (*Z*, 17. 1041a 29). *Τὸ τί ἦν εἶναι* id agit, ut iners materia ad vitam et actionem pel-

---

1) Das *τὸ ἑνὶ εἶναι, τὸ ἀγαθῷ εἶναι* etc. und das *τὸ τί ἦν εἶναι* bei Aristoteles. Ein Beitrag zur aristotelischen Begriffsbestimmung und zur griechischen Syntax. Rheinisches Museum 1828, 457 sqq., [Gesch. d. Kategorienlehre 37 ff. „Das *τί ἦν εἶναι* der hervorbringende und vorangehende Grund."]

latur. Exempla si quaeras, quomodo τὸ τί ἦν εἶναι adhibeatur, cf. phys. II, 3. 194b 27, eth. Nic. II, 6. 1107a 6. Quoniam τὸ τί ἦν εἶναι notionem significat, quae quasi creatrix menti obversans antea est, quam res ipsa, factum putamus, ut Aristoteles imperfecti formam (τὸ τί ἦν εἶναι) eligeret.[1]) Alia praeterea accedit imperfecti causa. Nulla enim definitio τὸ τί ἦν εἶναι consequitur, nisi ex iis, quae per se priora sunt, repetita est, velut si quis lineam plani, planum solidi terminum dixerit, huius definitionis notae ex iis, quae posteriora sunt, manaverunt (planum enim lineam sequitur), ut τὸ τί ἦν εἶναι ab eiusmodi notitia alienum sit. Cf. top. VI, 4. 141b 21. πάντες γὰρ διὰ τῶν ὑστέρων τὰ πρότερα δηλοῦσιν· τὸ μὲν γὰρ γραμμῆς, τὸ δ' ἐπιπέδου, τὸ δὲ στερεοῦ φασὶ πέρας εἶναι. οὐ δεῖ δὲ λανθάνειν ὅτι τοὺς οὕτως ὁριζομένους οὐκ ἐνδέχεται τὸ τί ἦν εἶναι τῷ ὁριζομένῳ δηλοῦν, ἐὰν μὴ τυγχάνῃ ταὐτὸν ἡμῖν τε γνωριμώτερον καὶ ἁπλῶς γνωριμώτερον κτλ. Praesentis temporis usus (τὸ τί ἐστι) ad aliam vim reiectus est (analyt. post. II, 4).[2]

Quibus expositis ad locum, de quo agitur, redeundum est, ita quidem ut οὐσίαν ante τὸ τί ἐστι positam τὸ τί ἦν εἶναι significare suspiceris. Neque inauditum; nam τὸ τί ἦν εἶναι dicitur οὐσία. metaph. Z, 3. 1028b 33. Λέγεται δ' ἡ οὐσία, εἰ μὴ πλεοναχῶς, ἀλλ' ἐν τέτταρσί γε μάλιστα· καὶ γὰρ τὸ τί ἦν εἶναι καὶ τὸ καθόλου καὶ τὸ γένος οὐσία δοκεῖ εἶναι ἑκάστου, καὶ τέταρτον τούτων τὸ ὑποκείμενον. de an. II, 1. 412b 10. καθόλου μὲν οὖν εἴρηται τί ἐστιν ἡ ψυχή· οὐσία γὰρ ἡ κατὰ τὸν λόγον. τοῦτο δὲ τὸ τί ἦν εἶναι τῷ τοιῷδὶ σώματι. Cf. ceterum de an. III, 4. 429b 10; III, 6. 430b 28. Itaque haec duplex hoc loco quaestio significatur, primum quae sit praecepta rei naturae notio, deinde quid eadem res sit e mente in rerum naturam prolata, qualis sit et quanta.

---

1) [Similiter impf. ἦν in Platonis Phaedone usurpatur p. 97 E, cf. Gesch. d. Kategorienlehre 37; Bz. ind. Ar. 764a 55 „imperfecti usum non improbabili ratione ad τὸ πρότερον φύσει pertinere suspicantur."]

2) [In ed. pr. hoc loco Trdlbg. definitionem τοῦ τί ἐστι proposuit, quam ipse artiorem iusto esse concessit in libro: Geschichte der Kategorienlehre, p. 36. (cum nota): „Wenn das τί ἐστι mit seiner Bezeichnung der angeschauten Gegenwart an das quantitative und qualitative Dasein gewiesen wurde, so dass es allenthalben da, wo die Materie mit in die Vorstellung hineintritt, seine Stelle finde: so erscheinen diese Grenzen gegen den weiten Gebrauch des τί ἐστιν zu eng, und die Stelle (metaph. Z, 4. 1030a 29), worauf der Unterschied gegründet wurde, ist ihm bereits durch eine richtigere Interpunction (Bonitz. observ. crit. in Ar. libr. metaph. 14 sqq.) entzogen; — τί ἐστι läuft mit τί ἦν εἶναι im ursprünglichen und abgeleiteten Gebrauche parallel.]

402a 15. *ὥσπερ καὶ τῶν κατὰ συμβεβηκὸς ἰδίων ἀπόδειξις*]. Recepimus nominativum *ἀπόδειξις*, quem quidem grammatica ratio requirit, codicum (ETVy) auctoritate non destitutum. Accusativum si admiseris, librariorum incuriam constructione quadam ad sensum statuenda resarcias necesse est, ita quidem ut e verbo *δόξειε* existimandi, iudicandi notionem petas, ex qua pendeat accusativus. [Quid sit *τὸ κατὰ συμβεβηκὸς ἴδιον* intellegitur e top. V, 1. 128b 16. *ἀποδίδοται δὲ τὸ ἴδιον ἢ καθ' αὑτὸ καὶ ἀεί, ἢ πρὸς ἕτερον καὶ ποτέ, οἷον καθ' αὑτὸ μὲν ἀνθρώπου τὸ ζῷον ἥμερον φύσει, πρὸς ἕτερον δὲ οἷον ψυχῆς πρὸς σῶμα, ὅτι τὸ μὲν προστατικὸν τὸ δ' ὑπηρετικόν ἐστι.* Quod igitur rei proprium est sed non per se solam, ut accedente demum alia re exsistat, id *κατὰ συμβεβηκὸς ἴδιον* est.]

402a 19. *ἀπόδειξις, ὁρισμός, διαίρεσις.*] Sicut *ἐπαγωγή* (inductio) a singulis ad communia colligenda procedit, ita *ἀπόδειξις* e communibus singula (*συμβεβηκότα*) repetit. Hoc enim a singulis ad universa et ab universis ad singula quasi progressu et regressu universa cognitionis vita continetur. Si *οὐσία* in generali rei natura posita est, *ἀπόδειξις*, demonstratio, ab intima rerum natura ad attributa (*συμβεβηκότα*) redigitur. *Συμβεβηκότα*, si demonstrationi vindicantur, non ea quidem sunt, ut supra ostendimus, quae fortuito accidunt, sed quae necessario consequuntur, non ea, quae casu ad notionem accedunt, sed quae ex definitione ducuntur. Ita tres trigoni angulos duos rectos aequare, id quod triangulum quasi constituit, quoniam ex *οὐσίᾳ* consequitur, *συμβεβηκός* significari vidimus. Quod si est, *τὰ συμβεβηκότα* ipsam rei naturam quasi evolvunt, ut fere universam scientiam continere videantur. Itaque si *τὰ συμβεβηκότα* demonstrationis esse dicuntur, tantum abest, ut demonstrationis dignitas minuatur, ut augeatur, nec repugnat, quod *ἀπόδειξις* necessaria ex necessariis ducere traditur (anal. post. I, 6. 74b 5).

Quod demonstratio (*ἡ ἀπόδειξις*) alii cognitionis rationi, quae quidem non satis describitur, ex adverso ponitur, iam quae sit demonstratio et quibus vertatur, paucis videndum est. Metaphys. *B*, 2. 997a 7. *περὶ πάντων γὰρ ἀδύνατον ἀπόδειξιν εἶναι· ἀνάγκη γὰρ ἔκ τινων εἶναι καὶ περί τι καὶ τινῶν τὴν ἀπόδειξιν· ὥστε συμβαίνει πάντων εἶναι γένος ἕν τι τῶν δεικνυμένων· πᾶσαι γὰρ αἱ ἀποδεικτικαὶ χρῶνται τοῖς ἀξιώμασι κτλ.* 997a 31. *οὐ δοκεῖ δὲ τοῦ τί ἐστιν ἀπόδειξις εἶναι. εἰ δ' ἑτέρας, τίς ἔσται ἡ θεωροῦσα περὶ τὴν οὐσίαν τὰ συμβεβηκότα; τοῦτο γὰρ ἀποδοῦναι παγχάλεπον.* Metaphys.

K. 1. 1059ᵃ 32. *ἡ μὲν γὰρ ἀποδεικτικὴ σοφία ἡ περὶ τὰ συμβεβηκότα, ἡ δὲ περὶ τὰ πρῶτα ἡ τῶν οὐσιῶν*. cf. analyt. II, 19. 99ᵇ 17. Ex *ἀποδείξει ἐπιστήμη* oritur. analyt. post. I, 2. 71ᵇ 17 sqq.; metaphys. *K*. 1, 1059ᵇ 18. *οὐδὲ μὴν τῆς σκοπούσης περὶ ἀποδείξεώς τε καὶ ἐπιστήμης· περὶ γὰρ αὐτὸ τοῦτο τὸ γένος τὴν ζήτησιν ποιεῖται· λείπεται τοίνυν τὴν προκειμένην φιλοσοφίαν περὶ αὐτῶν τὴν σκέψιν ποιεῖσθαι.* Itaque primo philosopho superior haec de principiis, unde demonstratio ducitur, disserendi ratio tribuitur. Quae vero est haec philosophica, quae in *οὐσίᾳ* versetur, quaerendi ratio? In analyticis posterioribus (II, 3. 90ᵇ 3) *ἀπόδειξις* ita definitur, ut in syllogismo medium terminum, qui maiori subsumatur, afferat. Nec latius patet. Id enim, cui subsumitur, *ὁρισμῷ* statuitur. *ὁ μὲν γὰρ ὁρισμὸς τοῦ τί ἐστιν εἶναι δοκεῖ, τὸ δὲ τί ἐστιν ἅπαν καθόλου καὶ κατηγορικόν;* et paulo post *αἱ ἀρχαὶ τῶν ἀποδείξεων ὁρισμοί* (his enim tanquam generali singula quaeque continentur). *ὧν ὅτι οὐκ ἔσονται ἀποδείξεις δέδεικται πρότερον. ἢ ἔσονται αἱ ἀρχαὶ καὶ ἀποδεικταὶ καὶ τῶν ἀρχῶν ἀρχαὶ καὶ τοῦτ' εἰς ἄπειρον βαδιεῖται· ἢ τὰ πρῶτα ὁρισμοὶ ἔσονται ἀναπόδεικτοι.* cf. metaphys. *K*, 7. 1064ᵃ 9. Erit igitur illa, quam quaerimus, cognoscendi ratio, quae rerum *οὐσίαν* expetat, *ὁρισμός*. (cf. metaph. *Z*, 12. 1037ᵇ 25). Alias vero demonstrationi inductio opponitur, ut *ὁρισμός* et *ἐπαγωγή* quid differant investigari debeant. analyt. post. I, 18. 81ᵇ 1. *μανθάνομεν ἢ ἐπαγωγῇ ἢ ἀποδείξει. ἔστι δ' ἡ μὲν ἀπόδειξις ἐκ τῶν καθόλου, ἡ δ' ἐπαγωγὴ ἐκ τῶν κατὰ μέρος.* cf. analyt. prior. II, 21. 67ᵃ 22. Quid *ἐπαγωγὴ* agat, optime ostenditur in analyticis prior. II, 23. 68ᵇ 15. *ἐπαγωγὴ μὲν οὖν ἐστὶ καὶ ὁ ἐξ ἐπαγωγῆς συλλογισμὸς τὸ διὰ τοῦ ἑτέρου θάτερον ἄκρον τῷ μέσῳ συλλογίσασθαι, οἷον εἰ τῶν ΑΓ μέσον τὸ Β, διὰ τοῦ Γ δεῖξαι τὸ Α τῷ Β ὑπάρχειν· οὕτω γὰρ ποιούμεθα τὰς ἐπαγωγάς. οἷον ἔστω τὸ Α μακρόβιον, τὸ δ' ἐφ' ᾧ Β τὸ χολὴν μὴ ἔχον, ἐφ' ᾧ δὲ Γ τὸ καθ' ἕκαστον μακρόβιον, οἷον ἄνθρωπος καὶ ἵππος καὶ ἡμίονος. τῷ δὴ Γ ὅλῳ ὑπάρχει τὸ Α· πᾶν γὰρ τὸ ἄχολον μακρόβιον.* Inductio igitur singula ponit et ex singulis generalem propositionem concludere studet. Quae via etiamsi ad communia fert, non omne tamen definitionis officium explet; inservit definitioni, sed non est ipsa definitio. Haec enim generale et proprium simul continet; top. IV, 1. 120ᵇ 13. *ἔστι δὲ ταῦτα (τὸ γένος καὶ τὸ ἴδιον) στοιχεῖα τῶν πρὸς τοὺς ὅρους.* (cf. metaphys. *Z*, 12. 1037ᵇ 8 sqq.). In topicis, quae quidem magis ad vitia vel cavenda vel tollenda, quam ad artis subtilitatem scripta

sunt, quinque hac conditiones a iusta definitione requiruntur (top. VI, 1. 139a 24 sqq.): primum ut universum genus tangat, deinde ut, si genus, suum genus reddat, tum ut propria sit rei ratio, tum ut *τὸ τί ἦν εἶναι* referat, postremo ut haec omnia apte sint exposita. Ex quibus, missis reliquis, *τὸ τί ἦν εἶναι* omnium maxime premendum est. In eandem sententiam top. VII, 5. 154a 31. *ὁρισμός ἐστι λόγος ὁ τὸ τί ἦν εἶναι σημαίνων.* In quo non solum communes rei notae colliguntur et describuntur, sed ratio, ex qua res tanquam e priori causa orta est, comprehenditur (top. VI, 4. 141a 26); idque mera inductione maius esse videtur. Ita definitio, ab eo quod Aristoteles *τὸ ὅτι* i. e. esse rem dixit, ad quod *ἀπόδειξις* pertinet (analyt. post. I, 13. 78a 22 sqq.), ad *τὸ διότι* i. e. cur sit, migravit. In quo si versatur definitio, est aliqua demonstrationis conclusio in medio termino investigando detenta (*συμπέρασμά τι ἀποδείξεως* anal. post. I, 8. 75b 32. cf. anal. post. II, 8. 93a 7). Cuius rei exemplum quoniam liber secundus de anima (II, 2. 413a 15) affert, in hunc locum differendum esse censemus. *Ὁρισμόν* et *ἐπαγωγήν*, definitionem et inductionem inter se oppositas invenias in libro magn. mor. I, 1. 1182b 31, ita tamen, ut ad boni quaestionem accommodentur. Quo exemplo, quae nunc de earum discrimine dicta sunt, satis cernuntur. Id tamen illo loco observes, *ἐπαγωγὴν* magis conclusionem ex analogia, quo quidem nunc vocatur nomine, quam inductionem significari. Quid sit *ὁρισμός*, accurate disputavit Alex. Aphrodis. (*ἀπορίαι καὶ λύσεις Α, γ'.* p. 21 Sp.). Quo loco id maxime laudandum est, *ὁρισμὸν* a singulis quibusque avocatum non iis simpliciter adnumerari, quae communia sunt, in qua scilicet definitionis nota logici nostri fere ad numerandum delapsi sunt, sed ea solummodo communia, quae naturam vere constituunt. *διὸ οὐδὲ τῶν κοινῶν ὡς κοινῶν οἱ ὁρισμοί, ἀλλὰ τούτων, οἷς κοινοῖς καθ' ἑκάστην φύσιν εἶναι συμβέβηκεν. καὶ γὰρ ἑνὸς ὄντος ἐν ὑποστάσει ἀνθρώπου μόνου ὁ αὐτὸς τοῦ ἀνθρώπου λόγος· οὐ γὰρ διότι ἐν πολλοῖς ἐστιν οὗτος ὁ λόγος αὐτοῦ, ἀλλὰ διότι κατὰ τὴν τοιαύτην φύσιν ὁ ἄνθρωπος ἄνθρωπός ἐστιν, εἴτε πλείους εἶεν κεκοινωνηκότες τῆσδε τῆς φύσεως εἴτε μή.* Quae si sequimur, *ἐπαγωγή*, ut supra collegimus, ab *ὁρισμῷ* ita differt, ut illa, instituta comparatione, ad communia nitatur, hic praeter communia ea, quibus rei natura continetur et quae eam quasi gignunt, exponere studeat. Qua via conclusio procedit, *ἐπαγωγὴ* communia inveniet, ut *ὁρισμὸν* altius descendentem praeparare possit, ab ipso autem diversa sit. [Qui ex universo vocis usu logicam vim scrutetur, is praeclara componat Sophoclis

verba, quibus contra regis edictum Antigone pie patrati facinoris causam agit (Antigone v. 450):

οὐ γάρ τί μοι Ζεὺς ἦν ὁ κηρύξας τάδε,
οὐδ' ἡ ξύνοικος τῶν κάτω θεῶν Δίκη,
οἳ τούσδ' ἐν ἀνθρώποισιν ὥρισαν νόμους.

Neque aliter in Moschionis fragmento apud Stobaeum (ecl. phys. I, 8. 38) *ὥρισεν νόμος*. eth. Nic. V. 3. 1129ᵇ 12. Quemadmodum definita rei notio eius rationem ita continet, ut quasi lex dominetur (ipsi enim naturae praeerat genetrici): sic notiones legum exemplo certis finibus circumscribuntur et quasi termini finguntur. Trdlbg. elem. log. Ar. § 54.]

Restat *διαίρεσις*, divisio, quae tanquam alia quaerendi ratio commemoratur. In qua tangenda Aristoteles Platonem tetigisse videtur. Est enim Platonis, dividendo et disiungendo verum exquirere. Quid enim dialogis frequentius, quam, divisionibus propositis, auditorem in alterutram partem compellere? Aristoteles vero hanc progrediendi rationem utpote pro cognitionis severitate laxiorem reiecit, ut hoc loco in divisionis mentione magis de aliorum velut Platonis quam de sua sententia cogitasse videatur. Aristoteles quid de *διαιρέσει* senserit optime declaravit in analyt. prior. I, 31. 46ᵃ 32, unde haec maxime ducimus. *ἔστι γὰρ ἡ διαίρεσις οἷον ἀσθενὴς συλλογισμός· ὃ μὲν γὰρ δεῖ δεῖξαι, αἰτεῖται, συλλογίζεται δ' ἀεί τι τῶν ἄνωθεν*. cf. analyt. post. II, 5. 91ᵇ 12, ubi ipsis exemplorum vestigiis aliquam Platonis notam deprehendisse tibi videaris, analyt. II, 13. 96ᵇ 25 sqq., ubi id boni divisionibus conceditur, ut ad id, quid res sit, exquirendum inservire possint. Neque abhorret de part. anim. I, 2. 3. 642ᵇ 5 sqq., ubi gravi exemplorum numero animalia non bifariam distribuenda esse docetur.

402ᵃ 18. *πραγματευθῆναι*] de propria in disciplinis tractandi ratione, velut metaph. *B*, 2. 997ᵇ 21. *ὁμοίως δὲ καὶ περὶ ὧν ἡ ὀπτικὴ πραγματεύεται*. cf. metaphys. *K*, 1. 1059ᵇ 10. *K*, 7. 1064ᵃ 3.

402ᵃ 19. *ἐὰν δὲ φανερὸν ᾖ, πότερον ἀπόδειξίς τις κτλ.*] Quae conditio vulgo ad antecedentia trahitur, ut a verbis *ἔτι δὲ πολλὰς* nova enunciatio exsistat. Quo autem iure praecedentibus, quae tanquam consequentia conditionem repudiant, adnexa sit, non facile est videre. Facilius ita decurret sententia: Etiamsi quae via et ratio ineunda sit perspectum fuerit, multas tamen difficultates habebit, ex quibus quaerendum sit principiis. Hoc enim, quidquid est, omnibus commune videtur. Quod *δὲ* post *ἔτι* (20) sustulimus, non sine codicum auctoritate (*E*)

factum est; molestius enim *δὲ* [1]) in apodosi, quamquam non ita, ut ferri nequeat. Philoponus enunciationis partes eodem modo coniunxit.

402a 21. *ἄλλαι γὰρ ἄλλων ἀρχαί, καθάπερ ἀριθμῶν καὶ ἐπιπέδων*] Numeri discreti et sunt spatii expertes, plana continua (categ. I, 6. 4b 23); numeris monades priores sunt, planis lineae (top. VI, 4. 141b 6), ut illa ex his cognoscenda sint.

§ 3. 402a 22. Sequuntur exempla quaestionum, quibus animae investigatio implicatur; et primum quidem de categoriis (*ἐν τίνι τῶν γενῶν*), de quibus praeter categoriarum libellum topicorum I, 9. 103b 20 sqq. conferri potest. Si quis Aristotelem in unaquaque harum quaestionum certum quendam philosophum, qui eiusmodi definitione usus fuisset, ante oculos habuisse contendat: divinabit potius, quam demonstrabit. Adeo enim communes sunt quaestiones, ut eiusmodi vestigia non relinquantur. Simplicius quidem et Philoponus suum cuique categoriae auctorem tribuerunt, velut Platonem animam *οὐσίαν* dixisse, Xenocratem *ποσόν*, quippe qui numerum posuerit, medicos *ποιόν*, quippe qui *κρᾶσιν* vocaverint. Eiusmodi vero exempla Aristoteli obversata esse, non est unde probes.

402a 25. *ἔτι δὲ πότερον τῶν ἐν δυνάμει ὄντων ἢ μᾶλλον ἐντελέχειά τις*] De his notionibus ad libri secundi initium copiosius expositum est. — Quid sit quod hae notiones praedicamentis quasi diversae addantur Trdlbg exponit in libro: Geschichte der Kategorienlehre. 157 sqq.

402a 26. *ἐντελέχειά τις*] *τὶς* de consulto additur; plures enim *ἐντελεχείας* modi. cf. ad II, 1.

§ 4. 402b 1. De animae et partibus et generibus quaeritur.

402b 2. *ἅπασα*, Atticorum more, sicut *πᾶσα*, unaquaeque; cf. Heind. ad Pl. Phaed. p. 108 b. Neque enim quaeritur, ut ex sequentibus patet, an animus totus similes in se partes habeat, sed potius an animae eandem inter se speciem referant.

402b 3. *νῦν μὲν γὰρ οἱ λέγοντες κτλ.*] Philopon. A. fol. 8 b: *τινὲς δὲ φασίν, ὧν ἐστι καὶ Ἀλέξανδρος, εἰς Πλάτωνα αἰνίττεσθαι αὐτόν* (sic etiam Simpl. fol. 2 b. in Timaeum coniectum esse censet), *φαίνεται δὲ ὁ Πλάτων καὶ ἀλλαχοῦ μὲν πολλαχοῦ, μάλιστα δὲ ἐν Τιμαίῳ καὶ περὶ τῆς ἀλόγου δια-*

---

1) [Cf. Bz. ind. Ar. 167a 20: „in enunciatis conditionalibus apodosis interdum, ubi oppositio quaedam significanda est, particulam *δέ* adhibet"; peculiarem et a reliquis graecis scriptoribus alienum usum particulae *δὲ* in apodosi apud Aristotelem demonstrari posse negat ibid. 40. cf. Bz. stud. Ar. II, III, 124 sqq.]

λεχθείς· ἴσως οὖν εἰς τοὺς φυσικοὺς αἰνίττεται τοὺς περὶ Δημόκριτον καὶ τοὺς ἄλλους.

§ 5. 402b 5. Ut animalis notio e singulis demum generibus petita est: ita videndum, ne una animae notio ponatur e diversa demum singularum natura petenda.

402b 7. *θεοῦ, τὸ δὲ ζῷον τὸ καθόλου ἤτοι οὐθέν ἐστιν ἢ ὕστερον*] ed. pr. *θεοῦ· τὸ δὲ κτλ.* — Rectius maiore puncto post *θεοῦ* sublato: *τὸ δὲ ζῶον κτλ.* ad alterum interrogationis membrum trahitur; alioquin enim abruptum interponitur, neque vero hoc quidem loco Aristotelis est asserere, sed dubitationes movere. Tractat hoc dictum Alexander Aphrodisiensis *ἀποριῶν καὶ λύσεων Α, ιά.* p. 46. Sp., unde haec potissimum ducere libet: *ἐπεὶ τοίνυν τὸ γένος τὸ τοιοῦτο* (i. e. *τὸ ζῷον τὸ καθόλου*, quod genus definivit) *οὐ πρᾶγμά τι ἀλλὰ συμβεβηκὸς πρᾶγμα τι* (lege *πράγματί*) *τινι, εἶπεν αὐτὸ Ἀριστοτέλης, ἢ μηδὲν εἶναι, ἐπεὶ μὲν* [*μὴ* Sp.] *κυρίως ὄν* (sic?). *τὸ γὰρ ὡς γένος ζῷον βουλόμενος δηλῶσαι προσέθηκεν τῷ ζῴῳ τὸ καθόλου εἰπών· τὸ γὰρ ζῷον τὸ καθόλου· τοῦτο οὖν τὸ ὡς γένος ζῷον ἤτοι οὐδέν ἐστιν, ἐπεὶ μὴ φύσιν τινὰ οἰκείαν σημαίνει, ἀλλ' ἔστι σύμπτωμα ἐπί τινι γινόμενον πράγματι ἢ εἰ καὶ τὸ οὕτως ὂν ὄν τις λέγοι, ὕστερον ἔσται ἐκείνου ᾧ ὑπάρχει· δεῖ γὰρ εἶναι πρῶτον· τὸ πρᾶγμα τοῦ συμβεβηκότος αὐτῷ.* In eandem sententiam etiam reliqua disputata sunt. Agnoscas in his eius quaestionis, quae exorta inter nominalismum et realismum pugna mediam aetatem occupatam tenuit, prima apud Aristotelem eiusque discipulos initia. Si altius in rem descenderis, in hac Alexandri *τῶν συμβεβηκότων* a re ipsa divisione, quasi genus, in quo rei lex et ratio inest, nihil nisi accidens esset, haud acquiesces. *Τὸ ζῷον τὸ καθόλου* a sola mente gignitur, ut inter res invenias nusquam (*οὐθέν*); quatenus tanquam universa forma et species e singulis quibusque colligitur, his quidem posterior dici potest; sed naturae genetrici quodammodo prior. [Idem est, ac quod statim dicitur *τὸ κοινὸν κατηγορούμενον.* Cf. metaph. Z. 13. 1038b 11. *τὸ δὲ καθόλου κοινόν· τοῦτο γὰρ λέγεται καθόλου, ὃ πλείοσιν ὑπάρχειν πέφυκεν. τίνος οὖν οὐσία τοῦτ' ἔσται; ἢ γὰρ ἁπάντων ἢ οὐδενός. ἁπάντων δ' οὐχ οἷόντε κτλ.*]

De scriptura apud Aristotelem inter *οὐθὲν* et *οὐδὲν* fluctuante Carolus Goettling ad polit. I, 1. p. 278 haec scribit: „In Aristotele et Theophrasto vitium illud (*οὐθέν*) tam altas radices egit, ut ingenitum esse videatur, quamquam vix tolerabile videtur in eodem versu et membro." Lobeck ad Phryn. p. 182: „Nos tamen p. 5, 1. *μηδὲν δεόμενος δι' αὐτάρκειαν*

οὐθὲν μέρος πόλεως de industria scripsimus pro μηθὲν δεόμενος. Nam quum promiscue οὐθὲν et οὐδὲν utatur Aristoteles, hoc non usus est nisi substantive, illo autem adiective, simileque videtur discrimen fuisse inter οὐδὲν et οὐθὲν atque inter aliquid et aliquod apud Latinos obtinet." Haec observatio ita comparata est, ut incredibilem harum formarum confusionem tollere posset. Sed an codices consentiant nondum satis constat. Bekkerus, quid codices de harum formarum vel constantia vel inconstantia praebeant, nusquam affert. Saepius in his ipsis formis a vulgata discedit, sed de manuscriptorum auctoritate tacet. Neglegitur in novissima editione illa scripturae norma, ut ex hoc libro exempla proponam, I, 3. 407b 19, 21; I, 4. 409a 10, quibus locis vulgata ad Goettlingii observationem propius accedit. Manuscriptorum auctoritatem desiderabis; fortasse in his scripturae spinis Bekkerus unius vetustissimi codicis auctoritatem secutus est; at sane dicendum erat. Forma οὐθέν, μηθέν rarum est exemplum, quo litera media (δ) a spiritu aspero affecta sit; nam a particula οὔτε οὐθὲν duci non potest, tum propter particulae οὔτε usum, tum quod οὐτεμία nusquam legitur. (Δ in Θ mutatum esse in οὐθέν et οὐθέτερον non videtur; potius a Boeotis Aeolensibus, quorum οὐθέν fuisse proprium dicitur (V. Eustat. p. 1814) pro spiritu aspero Θ ascitum esse, ut in θαμά et ἅμα, in θάλασσα et ἅλς atque hoc post pugnam Leuctricam ad reliquos etiam transisse Graecos, ut multa alia, ad fidem propius esse videtur. G.)

§ 6. 402b 9. An partibus prius partium munera et actiones quaerendae sint.

§ 7. 402b 14. An actionibus prius ea, ex quibus vel in quae agunt.

402b 15. ἀντικείμενα] Vocis usus latius patet. Metaph. Δ, 10. 1018a 20. Ἀντικείμενα λέγεται ἀντίφασις καὶ τἀναντία καὶ τὰ πρός τι καὶ στέρησις καὶ ἕξις καὶ ἐξ ὧν καὶ εἰς ἃ ἔσχατα. Ex quibus hoc loco sola τὰ πρός τι conveniunt.[1]) Nam quae percipiuntur, quae cogitantur, ad perceptionem et cogitationem duplici modo pertinent, ut hae tum ab illis moveantur tum ad ea regantur. Quo pertinet locus categoriarum 10. 11b 24. ὅσα μὲν οὖν ὡς τὰ πρός τι ἀντίκειται, αὐτὰ ἅπερ ἐστὶ τῶν ἀντικειμένων λέγεται ἢ ὁπωσοῦν ἄλλως πρὸς αὐτά, οἷον τὸ διπλάσιον, αὐτὸ ὅπερ ἐστίν,

---

1) [Aliter Bz. ind. Ar. 64a 18: „ad sensum localem v. ἀντικεῖσθαι referendum videtur, quod res sensibus obiectae ἀντικείμενα nominantur."]

ἑτέρου διπλάσιον λέγεται· τινὸς γὰρ διπλάσιον. καὶ ἡ ἐπιστήμη δὲ τῷ ἐπιστητῷ ὡς τὰ πρός τι ἀντίκειται, καὶ λέγεταί γε ἡ ἐπιστήμη αὐτὸ ὅπερ ἐστὶ τοῦ ἐπιστητοῦ. καὶ τὸ ἐπιστητὸν δὲ αὐτὸ ὅπερ ἐστὶ πρὸς ἀντικείμενον λέγεται, τὴν ἐπιστήμην· τὸ γὰρ ἐπιστητὸν τινὶ λέγεται ἐπιστητόν, τῇ ἐπιστήμῃ. Quo quidem oppositorum genere quod res est non tollitur, sed servatur. In eo enim, quod scitur, sciendi notio manet.

402b 16. τοῦ νοητικοῦ] De lectione, quae fluctuat inter voces νοητικοῦ et νοῦ, e Ioanne Philopono haec afferenda censemus (B. fol. 1 b): ἔδει εἰπεῖν τὸ αἰσθητὸν τῆς αἰσθήσεως καὶ τὸ νοητὸν τῆς νοήσεως· ταῦτα γάρ ἐστι τὰ τῶν ἐνεργειῶν σημαντικά· νῦν δὲ εἶπε καταχρώμενος τοῦ αἰσθητικοῦ καὶ νοητικοῦ· ἅπερ ἦν σημαντικὰ τῶν δυνάμεων. Quid Themistius, Simplicius, Sophonias legerint, ex iis, quae commentantur, certo colligi non potest.

§ 8. 402b 16. Si, quae antecedunt, universa sententia complecti velis, hoc quaerebatur, utrum intima rei natura (οὐσία) iis, quae eam consequuntur, an haec illa prius sint investiganda. Unde fit, ut oratio ad necessariam utriusque partis necessitudinem delabatur. Tam arte esse coniuncta, ut alterum ab altero divelli non possit. Quoniam συμβεβηκότα in οὐσίᾳ posita sint, vanam esse eam definitionem, quae consequentia non tanquam e sinu suo emittat. Συμβεβηκότα contra, si cogitatione antecapiantur, ad definitionem multum conferre.

402b 23. ἀποδιδόναι κατὰ τὴν φαντασίαν[1]) περὶ τῶν συμβεβηκότων] Quaeritur, cur φαντασία et συμβεβηκότα inter se respondeant. Non de ea hic συμβεβηκότων cognitione agitur, quae e definitione concluditur; tentatur enim definitio nec iam posita est. Restat igitur, ut συμβεβηκότα, donec a sensibus suscipiuntur neque a principiis demonstrantur, φαντασίᾳ tribuantur; nondum enim cognita sunt.

402b 25. πάσης γὰρ ἀποδείξεως ἀρχὴ τὸ τί ἐστιν] cf. ad § 3.

403a 2. διαλεκτικῶς] Sicut ex accidentibus imaginatione praeceptis definitiones colliguntur, ita e definitionibus accidentia cognoscuntur. Quod si fieri non potest, definitiones magis ad disputandum confictae sunt (διαλεκτικῶς εἴρηνται), quam ad intellegendum comparatae. Dialectica enim, etiamsi nonnullis locis ad logicam accedat (ἡ ἐν τοῖς λόγοις σκέψις metaphys.

1) [Bz. ad h. l. in ind. Ar. 811a 58 „κατὰ τὴν φαντασίαν i. e. κατὰ τοῦτο ὃ φαίνεται ἡμῖν."]

Α, 6. 987ᵇ 32. cf. hoc ipso capite § 10), tamen plerumque sophisticae, ex qua nata est, naturam retinet. Id enim proprie significat *διαλέγεσθαι*, ut in utramque partem disputetur; in quo verum saepius obscuratur, quam illustratur. Metaph. *Γ*, 2. 1004ᵇ 17. *οἱ γὰρ διαλεκτικοὶ καὶ σοφισταὶ ταὐτὸν μὲν ὑποδύονται σχῆμα τῷ φιλοσόφῳ· ἡ γὰρ σοφιστικὴ φαινομένη μόνον σοφία ἐστὶ καὶ οἱ διαλέκτικοὶ διαλέγονται περὶ ἁπάντων.* Dialectica a sophistica eo differt, quod sophistica solam speciem propositam habet, dialectica autem verum disputationibus ultro citroque habitis quasi experiendum. Eodem enim loco sic scribitur 25: *ἔστι δὲ ἡ διαλεκτικὴ πειραστικὴ περὶ ὧν ἡ σοφία γνωριστική, ἡ δὲ σοφιστικὴ φαινομένη, οὖσα δ' οὔ.* Philosophia verum cognoscit, dialectica ad cognoscendum experitur, sophistica in solam speciem convertit, ita ut dialectica inter philosophiam et sophisticam media sit posita. Metaphys. *Κ*. 3. 1061ᵇ 8. *ἡ γε μὴν διαλεκτικὴ καὶ ἡ σοφιστικὴ τῶν συμβεβηκότων μὲν εἰσι τοῖς οὖσιν, οὐχ ᾗ δ' ὄντα, οὐδὲ περὶ τὸ ὂν αὐτὸ καθ' ὅσον ὄν ἐστιν.* top. I, 1. 100ᵃ 30. *διαλεκτικὸς δὲ συλλογισμὸς ὁ ἐξ ἐνδόξων συλλογιζόμενος*, ubi ea est dialectici ratio, ut *διαλεκτικὸς συλλογισμὸς* magis ad communem opinionem, *ἐριστικὸς* ad solam speciem accedat. cf. rhet. I. 1. 1354. Ita si dialectica, ipso saepius vero relicto, disputandi potissimum consilium propositum habet, *διαλεκτικῶς καὶ κενῶς* inter se sociari non mireris.

§ 9. 403ᵃ 3. Magna denique quaestio est, quid corpus et animus commune habeant, quid non, utrum animus cum corpore coniungendus, an separandus. Affectus utrique communes, et de ipsa cogitatione, siquidem imaginationem tanquam fundamentum requirit, num animo propria sit, dubitari potest.

403ᵃ 4. *τοῦ ἔχοντος* sc. *τὴν ψυχὴν* i. e. *τοῦ σώματος*. Neque enim solum animus corpus, sed etiam corpus animum habet. Habet animus, quatenus regit; habet corpus, quatenus animi sedes est.

403ᵃ 7. *ὅλως αἰσθάνεσθαι*] *ὅλως* non ita intellegendum est, quasi quae praecedunt, irasci, concupiscere, tanquam partes sentiendi generi subiciantur, sed potius ut indicetur, sentiendo plura subesse genera, audire, videre etc. *Πάθη* non ad solos animi affectus redigenda sunt, ut ne sensus excludatur. Quidquid animo accidit, *πάθος* dici potest.

403ᵃ 8. *ἔοικεν ἴδιον*] *ἰδίῳ* ed. pr., Trdlbg. restituit *ἴδιον*, quoniam habet cod. *E*.

403ᵃ 9. *οὐκ ἐνδέχοιτ' ἂν οὐδὲ τοῦτ' ἄνευ σώματος εἶναι* cf. III, 3. 427ᵃ 26. ᵇ 15. Si imaginatio a sensu profi-

ciscitur, intellectus vero sine imaginatione esse non potest; iam, quomodo intellectus cum corpore cohaereat, facile apparet.

§ 10. 403ᵃ 10. Si nihil est animo proprium, neque quicquam a corpore separari potest.

403ᵃ 12. *ἀλλὰ καθάπερ τῷ εὐθεῖ κτλ.*] Ut, quod recto proprium est, ipsa demum materia vim habet suam (alioquin enim nihil est, nisi quod cogitatione fingitur): ita fortasse et animo nulla sine corpore vita.

[403ᵃ 13. *ᾗ εὐθύ* — quatenus rectum definitur, ideoque ad mathematicam recti notionem restringitur; haec autem abstractio (*ἀφαίρεσις*) est, re vera rectum materiae inhaeret, ut sine corpore esse nequeat.]

403ᵃ 14. *ἅψεται τούτου* [1]) *χωρισθὲν τὸ εὐθύ*]. Duplex coniunctio cogitari potest. Etenim *τούτου* aut a verbo *ἅψεται* aut a participio *χωρισθὲν* pendet. Si ad *ἅψεται* retuleris, constructio accurata non est; femininum enim requiritur, siquidem ad globum aheneum (*χαλκῆς σφαίρας*) pertinet. Praestat igitur ad *χωρισθὲν* trahere, etiamsi *χωρισθὲν* genetivum non necessario postulat. Saepius enim per se significat quod materia exutum sola cogitatione effingitur *τούτου χωρισθέν*. Simplicio et Philopono ducibus, interpreteris *χωρισθὲν τοῦ ὑποκειμένου*. Aristoteles enim pronomina ad categorias indicandas adhibuit; nec *τοῦτο* ab eiusmodi usu alienum videri potuit; materiam enim quasi digito demonstrat, quemadmodum *οὗτος* Atticorum more certas personas quasi prehendit; nimirum pro pronominibus ego, tu ponitur. [In Bz. indice Ar. frustra exempla quaesieris.] Hac ipsa paragrapho *ὅδε*, *τοιοσδὶ* ex eodem eoque universo apud Aristotelem pronominum usu explicanda sunt. Illud enim individuum, hoc certam quandam qualitatem designat.

403ᵃ 25. *λόγοι ἔνυλοι*] rationes materiae ipsi innatae. Rationes, quas materiae ditione eximere solemus, materiae concretae. *λόγοι* significatione admodum generali, ut tam diversa subiecta esse possint. Stoicorum *λόγους σπερματικούς*, etiamsi non eosdem, tamen exempli loco cogitare possis. Philoponus ad h. l. *B*. fol. 4 b. *λόγοι εἰσὶν ἔνυλοι. τουτέστιν εἴδη εἰσὶν ἐν ὕλῃ τὸ εἶναι ἔχοντα καὶ οὐ χωριστά.* Hanc vocem hoc uno loco Bz. in indice animadvertit 257ᵃ 36; intrusa vero non est;

---

1) [Bz. l. l coni. *ἅψεται οὕτω χωρισθὲν τὸ εὐθύ* et vertit: Dem Graden kommen als solchem viele Eigenschaften zu, z. B. dass es die eherne Kugel in einem Punkte berührt; aber daraus folgt nicht, dass das Grade als selbstständig existirend in dieser Weise berühre; es hat nämlich keine selbstständige Realität, da es ja immer an einem körper haftet.]

ex ea enim notione duplex, qui sequitur definiendi modus pendet.

403a 27. ὑπὸ τοῦδε ἕνεκα τοῦδε] Illud causam efficientem, hoc finem consequendum significat.

§ 11. 403a 27. Si anima corporis et omnino materiae imperio eximi non potest: ad quodnam disciplinarum genus pertineat, quaeritur. Ita fit, ut, quomodo singulae quaeque vel ad materiam vel ad rationem accedant, mentio iniciatur. Diversae sunt physici et dialectici definitiones; alter materiam tractat, alter formam; alter corpus externum, alter animum moderatorem. Quum omnis fere res duplicem habeat rationem, ut vel finis et consilium vel consilii instrumentum spectari possit, illud dialecticus, hoc physicus arripiet, philosophus utrumque iungere sciet. Nunquam haec inter materiae existimatores et animi iudices cessavit contentio.

403b 2. De lectione prius. ὁ μὲν γὰρ λόγος εἶδος τοῦ πράγματος]. Plutarchus et Philoponus in exemplis suis habuerunt ὁ μὲν γὰρ λόγος ὁ δὲ τοῦ etc. Scribit enim Philoponus *B*, 5. ὑποστικτέον εἴς τε τὸν γάρ σύνδεσμον. καὶ εἰς τὸν δέ, ἵνα ᾖ οὕτως. ὁ μὲν γὰρ τῶν ὁρισμῶν ὁ λόγος ἐστὶ καὶ ἡ αἰτία. ἤτοι τὸ εἶδος τοῦ θυμοῦ. ὁ δ' ἕτερος τοῦ πράγματός ἐστιν ὁρισμὸς τουτέστι τῆς οὐσίας καὶ τῆς ὕλης. Simplicius fol. 5 a. οὐχ ὡς ὁ φιλόσοφος ἐξηγεῖται Πλούταρχος ἀντιδιαιρῶν τὸν λόγον πρὸς τὸν τοῦ πράγματος. Themistius explicat fol. 65 b. ὁ διαλεκτικὸς μὲν τὸ εἶδος. ὁ φυσικὸς δὲ τὴν ὕλην. ὁ μὲν γὰρ λόγος τῆς ὀργῆς ὄρεξις ἀντιλυπήσεως. ἀνάγκη δὲ ἐγγίνεσθαι τοῦτο τὸ εἶδος ἐν ὕλῃ τοιᾷδε, ὥσπερ οἰκίας ὁ μὲν τὸ εἶδος καὶ τὸν λόγον τοῦ πράγματος ἀποδίδωσιν. Itaque Themistius et Simplicius εἶδος legisse videntur, quod et facilius est et rei aptius.

403a 29. διαφερόντως δ' ἂν ὁρίσαιντο φυσικός τε καὶ διαλεκτικός κτλ.] Cf. metaphys. *E*. 1. 1026a 4. δῆλον πῶς δεῖ ἐν τοῖς φυσικοῖς τὸ τί ἐστι ζητεῖν καὶ ὁρίζεσθαι, καὶ διότι καὶ περὶ ψυχῆς ἐνίας θεωρῆσαι τοῦ φυσικοῦ, ὅση μὴ ἄνευ τῆς ὕλης ἐστίν. Qua conditione, ne mentis ratio in physici manum veniat, caveri videtur. V. de part. anim. I, 1. 641a 15 sqq.

403b 7. τίς οὖν ὁ φυσικὸς τούτων; κτλ.] Physicus, ut Aristoteles significabat, in materia definienda versatur, idque postea ita confirmat, ut physicum, qualia qualis corporis sint munera, explicare dicat. Cf. metaph. *H*, 2. 1043a 7. Nihilominus autem interrogatio interiecta est: quis igitur horum physicus? Quod ne repugnet, supplendum est cogitatione: physicus,

qualis esse debet, ut rei naturam vere exponat. Quae sententia significatur quidem illo *μᾶλλον*, quod sequitur *ἢ μᾶλλον ὁ ἐξ ἀμφοῖν*. Est enim potius ille vere physicus, qui ad naturam intellegendam non minus formam et rationem, quam materiam et corpus curat. cf. metaphys. Z, 11. 1037a 16. *οὐ γὰρ μόνον περὶ τῆς ὕλης δεῖ γνωρίζειν τὸν φυσικόν, ἀλλὰ καὶ τῆς κατὰ τὸν λόγον, καὶ μᾶλλον.* phys. II, 2. 194a 12; II, 9. 200a 32.

403b 8. *ἢ μᾶλλον ὁ ἐξ ἀμφοῖν*] Haec verba, si ut in prioribus editionibus, interrogandi signum posueris, ipsa interrogatione respondent. Universa autem loci sententia facilius expediatur, si verba *ἢ μᾶλλον ὁ ἐξ ἀμφοῖν* tanquam responsio pronuncientur, ut cumulatae alioquin quaestiones in interposita reponsione acquiescant. Ac profecto per verba licet. Aristoteles enim particula *ἤ* post interrogationes suo more ita usus videtur, ut solummodo responsioni indicandae inserviat [cf. Bz. ind. Ar. 313a 14 sqq.]. Huius usus ignorantia saepius in Aristotelis libris factum est, ut interrogatio, ubi nulla est, inveheretur. Interrogandi signum hic illic vel in novissima Bekkeri editione, antecedente haec particula, tollendum esse videtur, e. gr. probl. XXX, 11. 956b 19; XXIX, 7. 950a 6 etc. Quaerenti unde haec particulae significatio exstiterit, singularis ille in interrogationibus usus occurret, ut hac ipsa particula interrogatio accuratius definiatur et responsio fere praeripiatur, ut in Platonis Parmenide p. 137 B. *τίς οὖν μοι ἀποκρινεῖται; ἢ ὁ νεώτατος;* „quis igitur mihi respondebit? an forte minimus natu?" Unde facilis in illam affirmandi vim transitus erat. [Cf. Bz. ind. Ar. 313a 1 sqq.: quoniam *ἤ* solennis est particula in altero membro interrogationum disiunctivarum idque alterum membrum plerumque ad affirmationem vergit, inde factum esse videtur, ut saepissime, ubi *ἤ* usurpatur non antecedente priore interrogationis membro a *πότερον* exordiendo, interrogationis natura fere delitescat eaque enunciatio respondentis potius et modeste affirmantis, quam quaerentis esse videatur.]

403b 9. *ἐκείνων δὲ δὴ τίς ἑκάτερος;*] quod si est, quis illorum uterque? Quam interrogationem sequitur responsio, *ἢ οὐκ ἔστι τις ὁ περὶ τὰ πάθη τῆς ὕλης τὰ μὴ χωριστά, μηδ' ᾗ χωριστά, ἀλλ' ὁ φυσικὸς περὶ ἅπανθ' ὅσα τοῦ τοιουδὶ σώματος καὶ τῆς τοιαύτης ὕλης ἔργα καὶ πάθη.* Duae in his rationes iniri possunt, ut vel in priori enunciatione (*ἢ οὐκ — — χωριστά*) vacuus quidam in disciplinis locus a nemine tractatus, vel in utraque physici, qualis esse solet, munus significetur. Illam Philoponus elegit, in quo quae sit physices ab ea, quae tanquam deserta indicetur, disciplina diversitas, e loco

extricare frustra conatur; neminem esse, qui de universa per se materia quaerat (*περὶ τῆς ἁπλῶς ὕλης*). Sed de hac nec verbis agitur nec re agi potuit. Quae enim est universa per se materia? Quae a materia separari non possunt (*τὰ μὴ χωριστά* metaph. *E*, 1. 1026^a 19. 25 sqq.), ea sunt ipsa illa, quae physicus, qui qualis sit qualis corporis natura inquirit, exploranda sumit. Nos igitur, alteram rationem secuti, ita utramque enunciationem coniungimus, ut haec exsistat sententia: neminem de materia eiusque affectionibus, quae separari non possunt et quatenus separari non possunt, agere, nisi physicum in cunctis occupatum, quae certi alicuius corporum generis certaeque materiae sunt. Similiter Themistius et Simplicius. Ut loci ambiguitas tollatur, plus unum remedium proponi potest. Facillimum illud quidem, si vocem *ἄλλος* interposueris, sequenti *ἀλλ'* facile, ut fit, absorptam. Unde haec essent verba: *ἢ οὐκ ἔστι τις ὁ περὶ τὰ πάθη τῆς ὕλης τὰ μὴ χωριστά, μηδ' ᾗ χωριστά, ἄλλος· ἀλλ' ὁ φυσικὸς περὶ ἅπανθ' ὅσα τοῦ τοιουδὶ σώματος κτλ.* Sed emendatio non necessaria, modo utramque enunciationem arte contraxeris. Unum restat, quod negotium exhibet, *μηδ' ᾗ χωριστά*, cum exspectes *ᾗ τε μὴ χωριστά* (nam quatenus separari possunt, primi sunt philosophi). [Cf. tamen Bz. ind. Ar. 539^a 15: „Negatio interdum universo enunciato vel enunciati membro praeponitur, cum pertineat ad unum quoddam eius vocabulum."]

403^b 12. *ὁπόσα δὲ μὴ ᾖ τοιαῦτα, ἄλλος*] Si quaestio a genere ad individua descendit, artificis est vel medici, ut maximam partem non *τοιονδὶ* et *τοιοῦτον*, sed *τόδε τι* tractandum habeant.

403^b 14. *τῶν δὲ μὴ χωριστῶν μὲν κτλ.*] Mathematicus ea proposita habet, quae re et facto separari non possunt, abstractione autem seiunguntur. *ἐξ ἀφαιρέσεως* cf. ad III, 4. § 8, 429^b 17.

403^b 15. *ᾗ δὲ κεχωρισμένα, ὁ πρῶτος φιλόσοφος*] Cf. metaphys. *E*, 1. 1026^a 10. *εἰ δὲ τί ἐστιν ἀΐδιον καὶ ἀκίνητον καὶ χωριστόν, φανερὸν ὅτι θεωρητικῆς τὸ γνῶναι. οὐ μέντοι φυσικῆς γε (περὶ κινητῶν γάρ τινων ἡ φυσική), οὐδὲ μαθηματικῆς, ἀλλὰ προτέρας ἀμφοῖν. ἡ μὲν γὰρ φυσικὴ περὶ ἀχώριστα μὲν ἀλλ' οὐκ ἀκίνητα, τῆς δὲ μαθηματικῆς ἔνια περὶ ἀκίνητα μὲν οὐ χωριστὰ δ' ἴσως, ἀλλ' ὡς ἐν ὕλῃ· ἀνάγκη δὲ πάντα μὲν τὰ αἴτια ἀΐδια εἶναι, μάλιστα δὲ ταῦτα· ταῦτα γὰρ αἴτια τοῖς φανεροῖς τῶν θείων.* et 29: *εἰ δ' ἐστί τις οὐσία ἀκίνητος, αὕτη προτέρα καὶ φιλοσοφία πρώτη, καὶ καθόλου οὕτως ὅτι πρώτη· καὶ περὶ τοῦ ὄντος*

ᾗ ὄν, ταύτης ἂν εἴη θεωρῆσαι καὶ τί ἐστι καὶ τὰ ὑπάρχοντα ᾗ ὄν. cf. *Z.* 11. 1037ª 14. τρόπον τινὰ τῆς φυσικῆς καὶ δευτέρας φιλοσοφίας ἔργον ἡ περὶ τὰς αἰσθητὰς οὐσίας θεωρία. In his, quae separata dicuntur (κεχωρισμένα) si Platonem sectari velis, de ideis cogitare possis. Vetat autem Aristotelia ratio separatam idearum naturam toties impugnans. Sunt potius κεχωρισμένα divina et aeterna; est mens materiae sorte exempta (cf. ad III, 5). [To. ad h. l.: „Mathematici a physico discrimen clarissime expositum invenies metaph. M, 3. 1077ᵇ 14 sqq. Cf. praeterea metaph. *E*, 1. phys. *B*, 2. de part. an. *Δ*, 1. 641ª 15—32."]

§ 12. 403ᵇ 16. Redit oratio, unde profecta est. Animi enim affectiones corpori communes universae de disciplinis dirimendis disputationi locum dederant. Has affectiones a corpore separari non posse, nec tamen ut lineam et planum sese habere; quae quidem ubi exstant, materiae adhaerent, sed quarum natura, materia posthabita (ἐξ ἀφαιρέσεως) mente quasi ab oculis revocata, cognoscitur; in illarum affectionum vi et natura corpus in numerum venire.

Cap. 2.

§ 1. 2. 403ᵇ 20. Priorum de anima sententiae percensentur, ut ex iis, quod conferat, ducatur, quod a vero abhorreat, reiciatur. In duos fere ordines philosophi, qui de anima scripserunt, digeruntur, tum ii, qui in movendo, tum qui in sentiendo animae naturam posuerunt. Alii utrumque coniunxisse videntur.

§ 3. 403ᵇ 31. Democritus. In Democriti de anima sententia duo potissimum sunt discernenda, primum atomi rotundae ad ignis naturam accedentes, deinde spiritus (ξύσματα. ἀναπνοή), quo atomi, quae atomis circumdantibus expelluntur, ita restituuntur, ut vita conservetur. In vita definienda spiritum imprimis spectasse videtur. Hunc caloris participem constituit; hunc ramentis comparavit in aëre a sole quasi excitatis.

Democritus alioquin atomos sola figura, compositione et positione separasse dicitur, ut, quales tandem sint, curasse non videatur. Tria illa, quibus atomorum diversitas cernatur, Democritus ῥυσμόν, διαθιγήν, τροπήν dixit, quas quidem voces Aristoteles σχῆμα, τάξιν, θέσιν interpretatur. cf. metaph. *Α*, 4. 985ᵇ 14; *H*, 2. 1042ᵇ 14; phys. I, 5. 188ª 24; de gen. et corr. I, 1. 314ª 24. Theophrastus περὶ αἰσθήσεως καὶ αἰσθητῶν § 60. Quomodo quale quid sit ad haec genera revocaverit, manifesta exempla invenias apud Theophrastum l. l. § 61 sqq.

cf. Aristot. de sensu 4. 442a 29 sqq. Calorem tamen ex his mathematicis, ut ita dicam, rerum causis exemisse videtur, nisi quod globosae formae tribuit. Quo pertinet hic ipse locus *ἀπείρων γὰρ ὄντων σχημάτων καὶ ἀτόμων τὰ σφαιροειδῆ πῦρ καὶ ψυχὴν λέγει.* de caelo III, 4. 303a 13. *ποῖον δὲ καὶ τί ἑκάστου τὸ σχῆμα τῶν στοιχείων, οὐδὲν ἐπιδιώρισαν, ἀλλὰ μόνον τῷ πυρὶ τὴν σφαῖραν ἀπέδωκαν· ἀέρα δὲ καὶ τὰ ἄλλα μεγέθει καὶ μικρότητι διεῖλον, ὡς οὖσαν αὐτῶν τὴν φύσιν οἷον πανσπερμίαν πάντων τῶν στοιχείων.* de gen. et corr. I, 8. *τὸ μόνον ἀποδοῦναι τῷ περιφερεῖ σχήματι τὸ θερμόν.* metaphys. *M*, 4. 1078b 19. *τῶν μὲν γὰρ φυσικῶν ἐπὶ μικρὸν Δημόκριτος ἥψατο μόνον καὶ ὡρίσατό πως τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρόν.* At quomodo calidum et frigidum definierit, difficile dictu; quin re vera definivisse, Theophrastus negat. Quo auctore calidi et frigidi naturam magis ad sensus, qui perciperent, quam ad veras rerum causas retulit. cf. Theophr. de sens. et sensib. § 63. § 65. § 68 ed. Schneider. In eo tamen Aristoteles et Theophrastus consentiunt, quod calidum globosae et rotundae figurae tributum esse perhibent, quod uterque in globosa figura obscuro quodam modo de angulis agit. Theophrastum si sequaris, facile credas globosam calidi figuram a gustus [1]) quadam similitudine esse ductam; si vero Aristotelem, volubilem ignis naturam globosae formae fingendae locum dedisse conicias.[2])

---

1) Theophr. l. l. § 68. *ἔπειτα βαρέος μὲν καὶ κούφου καὶ σκληροῦ καὶ μαλακοῦ καθ' αὑτὰ ποιεῖν φύσεις· μέγεθος μὲν γὰρ καὶ σμικρότης καὶ τὸ πυκνὸν καὶ τὸ μανὸν οὐ πρὸς ἕτερόν ἐστι. θερμῶν δὲ καὶ ψυχρῶν καὶ τῶν ἄλλων πρὸς τὴν αἴσθησιν· καὶ ταῦτά πολλάκις λέγοντα, διότι τοῦ χυμοῦ τὸ σχῆμα σφαιροειδές.* cf. § 67, ubi de sapore dicitur *τὸν μὲν γὰρ δριμὺν πολυγώνιον ποιεῖν τῇ τραχύτητι, θερμαίνειν καὶ διαχεῖν διὰ τὸ μικρὸν εἶναι καὶ περιφερῆ καὶ γωνιοειδῆ.* § 65. *τραχὺν δ' ὄντα καὶ γωνιοειδῆ συνάγειν καὶ συσπᾶν· διὸ καὶ θερμαίνειν τὸ σῶμα κενότητας ἐμποιοῦντα· μάλιστα γὰρ θερμαίνεσθαι τὸ πλεῖστον ἔχον κενόν.*

2) de caelo III, 8. 306b 32. *ἐπεὶ τὸ πῦρ εὐκίνητόν ἐστι καὶ θερμαντικὸν καὶ καυστικόν, οἱ μὲν ἐποίησαν αὐτὸ σφαῖραν, οἱ δὲ πυραμίδα* (illi atomorum auctores, hi Plato eiusque discipuli; cf. Timaeus p. 56 B). *ταῦτα γὰρ εὐκινητότατα μὲν διὰ τῶν ἐλαχίστων ἅπτεσθαι καὶ ἥκιστα βεβηκέναι, θερμαντικώτατα δὲ καὶ καυστικώτατα, διότι τὸ μὲν ὅλον ἐστὶ γωνία, τὸ δὲ ὀξυγωνιώτατον, καίει δὲ καὶ θερμαίνει ταῖς γωνίαις, ὡς φασίν·* et postea *Δημοκρίτῳ δὲ καὶ ἡ σφαῖρα ὡς γωνία τις οὖσα τέμνει ὡς εὐκίνητον.* Si solida angulis in corpus quasi concludi videntur, globus, quoniam singulis angulis caret, quasi unus angulus poni potest. In his, quae de angulis agunt, Aristoteles et Theophrastus consentiunt. Quod Aristoteles saporis similitudinem omisit, ex

Itaque hoc atomorum genus Democritus ramentis illis in sole volitantibus comparavit, tanquam particulis, ut conieceris, soli affinibus. Hoc atomorum genus in spiritu agnovit, ut illa ξύσματα et haec ἀναπνοή inter se aliena non sint. Hae quidem globosae particulae animam tanquam subtile corpus in crassiore constituunt (cf. I, 5. 409^b 3); hae, quae natura moventur sua, corpus ad motum secum abripiunt (cf. I, 3. 406^b 16): unde Aristoteles Democriti sententiam in priore, quem indicaverat, ordine collocavit. Cum universa Democriti ratio ad mechanicam quandam rediret, cum feriendo et pellendo omnia efficerentur, periculosum erat, ne anima, qualis e particulis conflata cogitabatur, extrinsecus particularum concursu expelleretur. Quod ne accideret, respiratione cautum est. Vita a particularum calore suscitata eo servatur et augetur, quod primae particulae agunt et externo concursui resistunt; particulae enim inter se extrinsecus et intrinsecus quasi pugnant. Extrinsecus ingruunt; unde, quae intus sunt, pelluntur. Succurrit vero respiratio, ut restituantur. Qua continua pellendi et repellendi vicissitudine vita continetur. Hanc perpetuam particularum pugnam si corpus non iam sustinere valet, vitam deponit; vincunt enim particulae extrinsecus invadentes. In qua etsi rudi sententia id inest veri, quod individuum, quoad vivit, sua vi pugnam quandam sustinet. Rerum enim natura tum vitae favet, tum maiori vi adversatur.

404^a 4. *πανσπερμία*] Vox, ut videtur, Democrito in hac re propria. cf. phys. III, 4. 203^a 20. *ὅσοι δ' ἄπειρα ποιοῦσι τὰ στοιχεῖα, καθάπερ Ἀναξαγόρας καὶ Δημόκριτος, ὁ μὲν ἐκ τῶν ὁμοιομερῶν, ὁ δ' ἐκ τῆς πανσπερμίας τῶν σχημάτων, τῇ ἁφῇ συνεχὲς τὸ ἄπειρον εἶναι φασίν.*

404^a 7. *ῥυσμός*] Ion. vox Democrito propria, quam Aristoteles *σχῆμα* interpretatur metaphys. *A*, 4. 985^b 15; *H*, 2. 1042^b 12. *Δημόκριτος μὲν οὖν τρεῖς διαφορὰς ἔοικεν οἰομένῳ εἶναι· τὸ μὲν γὰρ ὑποκείμενον σῶμα τὴν ὕλην ἓν καὶ ταὐτόν, διαφέρειν δὲ ἢ ῥυσμῷ, ὅ ἐστι σχῆμα, ἢ τροπῇ, ὅ ἐστι θέσις, ἢ διαθιγῇ ὅ ἐστι τάξις.* Philoponus *B.* fol. 7 b.: *ῥυσμὸς λέξις ἐστὶν Ἀβδηρική. σημαίνει δὲ τὸ σχῆμα.* Scripsit Democritus, teste Thrasylo apud Diog. Laert. IX, 47, *περὶ τῶν διαφερόντων ῥυσμῶν* et *περὶ ἀμειψιρρυσμιῶν.* Quo pertinet

---

qua calidum ad globosam figuram transferretur: id inde fortasse factum est, quod Democritum in unum cum Platone ordinem redegit, ut, quid differrent, exponere minus curaret. Atque ipsum si quaeras calidum saporem cur globosum posuerit: ad causam ab Aristotele traditam redibis. Ita discrepantia, quam credas, tolletur.

quod Hesychius scribit *ἀμειψιρρυσμεῖν, ἀλλάσσειν τὴν σύγκρισιν ἢ μεταμορφοῦσθαι.* Eadem formae significatione Herodot. V, 58. *μετὰ δὲ χρόνου προβαίνοντος ἅμα τῇ φωνῇ μετέβαλον καὶ τὸν ῥυθμὸν τῶν γραμμάτων.*

404ᵃ 10. *συνάγοντας γὰρ τοῦ περιέχοντος τὰ σώματα*] Quando id, quod corpora ambit, ea comprimit figurasque, quae, quoniam nunquam quiescunt, motum animalibus indunt, expellit, extrinsecus, quod aliae et aliae particulae respiratione intrant, suppetias itur; his enim impeditur, quominus, quae corporibus insunt, excernantur; his repellitur, quod cogit et condensat.

404ᵃ 15. *συνανείργοντα τὸ συνάγον καὶ πηγνύον*] *συνανείργοντα.* Quaeras, quid sibi velit illud *σύν*, quo vox composita est. Fortasse eo pertinet, quod particulae in repellendo resistentem corporis vim adiuvant.

Veteres commentarii ad hunc locum nihil fere novi afferunt, nisi quod Philoponus explicationem habet, quae, si ratione nititur non excogitata, sed accepta, digna est commemoratu: *B.* fol. 8 a. *ἐπειρῶντο οἱ περὶ τὸν Δημόκριτον πάντα τὰ συμβαίνοντα τῷ ζῴῳ σύμφωνα δεικνύειν τῇ ἑαυτῶν δόξῃ. ἔλεγον γὰρ ψυχρὸν εἶναι τὸ περιέχον καὶ διὰ τοῦτο πυκνοῦν τὰ σώματα καὶ πυκνουμένων ἐκπυρηνίζεσθαι τὰς σφαιρικὰς ἀτόμους.* In quo cavendum est. Democritus, Aristotele auctore, particulis calorem tribuit. Cur extrinsecus frigus? Luctantur inter se particulae, sed nihil usquam in his de caloris aliqua expandendi, de frigoris contrahendi vi.

§ 4. 404ᵃ 16. *ἔοικε δὲ καὶ κτλ.*]. Quis sit Pythagoreorum, iam Philoponus se ignorare fatetur. Distant haec aeris ramenta a numerorum concentu, quo alioqui apud Pythagoreos anima oritur. Distant eo longius, quo propius ad Democriti sententiam accedere dicuntur. Iam enim Pythagorica philosophia a sensibus ad intimas rerum rationes avocata in ipsa mente ad corpuscula discederet. Unde factum videtur, ut essent, qui non ramenta, sed id, quo ramenta moverentur, animam dicerent. Henricus Ritter in philosoph. Pyth. p. 210, ut abruptum hoc Pythagoricae alicuius sententiae quasi fragmentum cum universa Pythagorica philosophia artius coniungeret, haec ignea ramenta ex igne rerum principio et fonte in mundi centro posita ducta esse coniecit; sicut hae particulae ex igne, ita animas ex hoc rerum ortu effluere. Philoponus alienam infert sententiam: *B.* 8. fol. inf. *ὥσπερ οὖν ἔλεγον τὴν ψυχὴν ἁρμονίαν, οὕτω καὶ νῦν τὰ ἐν τῷ ἀέρι ξύσματα ψυχήν φασιν ἄλλο τι διὰ τούτων αἰνιττόμενοι. ὡς γὰρ ταῦτα ἐν τῷ φωτὶ τῶν ἀκτίνων μόνον*

φαίνεται, ἐὰν δὲ μὴ ᾖ φῶς οὐδὲ εἰ ἔστι γνωρίζεται, οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ ἐν τῷ φωτὶ μὲν τῷ ἑαυτῆς φαινομένη δείκνυται τίνα ἔχει οὐσίαν, ὅτι θείαν τινὰ καὶ ἀσώματον καὶ ἀπαθῆ. ἐὰν μέντοι ἐν τῷ σκότῳ φαίνηται, τουτέστι ἐν τοῖς σώμασι καὶ τοῖς πάθεσιν ὀψόμεθα αὐτὴν ὡς ὁ Πλάτων φησίν. Itaque Philoponus ramenta quasi arcanae sententiae signum iudicat. Sicut ramenta nonnisi luce appareant: ita obscuram animi naturam sua quasi luce collustrandam esse. Sed quid tandem est, quod sine lumine videatur? quid igitur est, cur ex obscurarum rerum multitudine haec ipsa aeris ramenta elegerit? Aeris ramenta propter insiti, qui videtur, motus similitudinem in animi contentionem esse vocata, e sequentibus intellegitur. Quidquid igitur in his motum quasi innatum neglegit, a re discedere videtur.

[404ᵃ 19. περὶ δὲ τούτων εἴρηται. — Vix credas locum hic ab Aristotele citari, conicias τοῦτο δὲ εἴρηται.]

404ᵃ 20. ἐπὶ ταὐτὸ δὲ φέρονται κ. τ. ἑ.] Philop. B. (S. b). αἰνίττεται εἰς Πλάτωνα καὶ Ξενοκράτην καὶ Ἀλκμαίωνα. cf. 404ᵇ 28. 405ᵃ 29.

404ᵃ 24. διὰ τὸ μηθὲν ὁρᾶν κινοῦν ὃ μὴ καὶ αὐτὸ κινεῖται] Quomodo Aristoteles immotum aliquid, quod moveat ipsum, statuerit, v. phys. VIII, 5. 256ᵃ 16; de motu an. 6. 700ᵇ 35. de an. III, 10. 433ᵇ 15.

§ 5. 404ᵃ 26. καὶ εἴ τις ἄλλος εἴρηκεν] Philoponus: ὅσοι φησὶν εἰρήκασι τὸ πᾶν ὑπὸ τοῦ νοῦ κεκινῆσθαι, καὶ οὗτοι ἐοίκασιν οἰκεῖον εἶναι λέγειν τῇ ψυχῇ τὸ κινεῖν ὧν ἐστι καὶ Ἀρχέλαος.

404ᵃ 27. ἐκεῖνος] i. e. Democritus; sequitur enim Anaxagoras. Si Democritus verum in sensibus posuit, ut animam vitae fontem et mentem veri capacem non discerneret: id universo modo, quo res percipi dixit, videtur consentaneum. Imagines enim (εἴδωλα, ἀπορροαί Arist. de div. per somn. 2. 464ᵃ 6) a rebus, quae percipiuntur, secerni atque in sensus et animam sese quasi insinuare, ita ut omnia, quae sentiuntur, ipso tactu apprehendantur. Quae si sola est cognoscendi via, neque vero aliam accepimus: sequitur, ut quae species homini obiciantur, tanquam vera agnoscantur, et omnia aut vera aut occulta sint (Ar. metaph. III, 5. 1009ᵇ 11). Ita Democritus Homeri versum Ἕκτωρ κεῖτ' ἀλλοφρονέων in suum usum convertit, quod idem sentire idem cogitare dixit. Hector enim ictu obtusus rerum, quae erant, sensum amisit. Quod cum Homerus voce ἀλλοφρονέων significaverit, αἴσθησιν a φρονήσει, sensum a mente non distinxit. metaphys. Γ. 5. 1009ᵇ 28. φασὶ

δὲ καὶ τὸν Ὅμηρον ταύτην ἔχοντα φαίνεσθαι τὴν δόξαν, ὅτι ἐποίησε τὸν Ἕκτορα, ὡς ἐξέστη ὑπὸ τῆς πληγῆς, κεῖσθαι ἀλλοφρονέοντα, ὡς φρονοῦντας μὲν καὶ τοὺς παραφρονοῦντας ἀλλ' οὐ ταὐτά. δῆλον οὖν ὅτι, εἰ ἀμφότεραι φρονήσεις, καὶ τὰ ὄντα ἅμα οὕτω τε καὶ οὐχ οὕτως ἔχει. Quorum quod posteriori loco positum est, ab Aristotele ad discrepantiam ostendendam acute additum est. — Quidquid de Democrito ab Aristotele memoriae proditum est, inter se ita consentit, ut nullam nisi sensuum cognitionem admittat; cunctae Democriti de natura sententiae adeo materiae quasi innatae, ut veritatem a sensibus remotam excludant. In eandem sententiam Theophrastus (de sens. et sensib. § 58): περὶ δὲ τοῦ φρονεῖν ἐπὶ τοσοῦτον εἴρηκεν, ὅτι γίνεται συμμέτρως ἐχούσης τῆς ψυχῆς μετὰ τὴν κίνησιν· ἐὰν δὲ περίθερμός τις ἢ περίψυχρος γένηται, μεταλλάττειν φησί. Διότι καὶ τοὺς παλαιοὺς καλῶς τοῦθ' ὑπολαβεῖν, ὅτι ἐστὶν ἄλλο φρονεῖν. (quae duae voces, Aristotelis loco collato, in unam contrahendae videntur, ἀλλοφρονεῖν.) Ὥστε φανερόν, ὅτι τῇ κράσει τοῦ σώματος ποιεῖ τὸ φρονεῖν. ὅπερ ἴσως αὐτῷ καὶ κατὰ λόγον ἐστὶ σῶμα ποιοῦντι τὴν ψυχήν. Quae cum consentiant omnia, mirum est, quod alii iique posteriores in hunc concentum discentum conferunt, adstrictum sententiarum nexum alienis intrudendis laxantes. Sextus enim Empiricus plus uno loco tradit Democriti sententiam, sensuum cognitionem fuisse spuriam et tenebrosam, mentis autem veram et germanam. Quam pugnam cum Aristoteles non moveat (consentit enim inter se), pugnae causas, utrum in testimoniorum ambiguitate an in Democriti inconstantia sitae sint, non huius est loci quaerere.

Ceterum ubinam locus ex Homero laudatus legitur? Similia quidem, sed non de Hectore, leguntur Iliad. XXIII, 698. κὰδ δ' ἀλλοφρονέοντα μετὰ σφίσιν εἷσαν ἄγοντες.

In Iliade nostra Hector ab Achille ictus ὀλιγοδρανέων (Il. XXII. 337); in cuius tamen locum ἀλλοφρονέων substituere, sententiarum ratio vetat. In vicinia vero versum aliquem, in quo ἀλλοφρονέων, excidisse, haud inepte existimes.

404ᵃ 30. οὐ δὴ χρῆται τῷ νῷ ὡς δυνάμει περὶ τὴν ἀλήθειαν] νοῦς igitur Aristoteli facultas est ad verum pertinens.

404ᵇ 5. οὐ φαίνεται δ' ὅ γε κατὰ φρόνησιν λεγόμενος νοῦς πᾶσιν ὁμοίως ὑπάρχειν τοῖς ζῴοις] Anaxagoras mentem omnibus animantibus ita fortasse inesse dixit, quod omnibus ordo inest a mente proficiscens. Inest νοῦς, ut loquuntur, obiective i. e. fines et consilia tanquam mente con-

cepti in corporis artificio et vitae consensu cernuntur, at non omnibus inest subiective i. e. mens, quae non tanquam aliena in animantibus apparet, sed tanquam sua sibique conscia sentit et cogitat. Haec illius quasi consummatio. Quae si ab Anaxagora non seiuncta tenebantur, facile factum est, ut saepius mentem et animam inter se confundere videretur. Quo pertinet, quod modo, si generalius dicebat, mentem pulchri rectique causam significavit, modo, si angustius, animam nominavit. cf. § 13. Metaphys. *Α*, 3. 984ᵇ 15. *νοῦν δή τις εἰπὼν εἶναι, καθάπερ ἐν τοῖς ζῴοις, καὶ ἐν τῇ φύσει τὸν αἴτιον τοῦ κόσμου καὶ τῆς τάξεως πάσης οἷον νήφων ἐφάνη παρ' εἰκῇ λέγοντας τοὺς πρότερον. φανερῶς μὲν οὖν Ἀναξαγόραν ἴσμεν ἁψάμενον τούτων τῶν λόγων, αἰτίαν δ' ἔχει πρότερον Ἑρμότιμος ὁ Κλαζομένιος εἰπεῖν. οἱ μὲν οὖν οὕτως ὑπολαμβάνοντες ἅμα τοῦ καλῶς τὴν αἰτίαν ἀρχὴν εἶναι τῶν ὄντων ἔθεσαν, καὶ τὴν τοιαύτην ὅθεν ἡ κίνησις ὑπάρχει τοῖς οὖσιν.* cf. *Λ*. 10. 1075ᵇ 8. Ad illam mentem pulchri bonique in rerum natura parentem pertinent fortasse, quae in libro, quamvis non ab omni parte Aristotelico, leguntur de plant. I, 1. 815ᵇ 17. *καὶ νοῦν καὶ γνῶσιν εἶπον ἔχειν τὰ φυτά.*

Sic explicamus illud *τὸ αἴτιον τοῦ καλῶς καὶ ὀρθῶς τὸν νοῦν λέγει.* Sed haec mens quasi creatrix non ille est *νοῦς κατὰ φρόνησιν λεγόμενος*, mens animantibus insita ad agendi sapientiam spectans, de qua quid Anaxagoras tradiderit non ita liquet, ut ea hoc loco magis ab Aristotele contra Anaxagorae mentem excogitata, quam ab ipso Anaxagora admissa videatur. de hac mente cf. eth. Nic. *Ζ*, 12. 1143ᵇ 2 sqq., Trdlbg. hist. Beitr. II, 375.

§ 6. 404ᵇ 7. Iam alter sequitur philosophorum ordo, qui, misso movendi principio, cognitionem spectarunt. Quibus hoc commune est, quod rerum et cognitionis affinitatem vel cognationem quaerebant, ne mens, quae cognoscit, et res, quae cognoscuntur, quasi dissociabiles distinerentur. Res et animum ex iisdem principiis natum existimaverunt; principia animis inseverunt. Quod alii rudiori, alii subtiliori ratione fecerunt. Empedocles elementis elementa cognosci contendit [Bz. ind. Ar. 242ᵃ 52 sqq.]. Intrant quasi externa *ἀπορροίαις* simili ratione atque Democritus constituit. Versus hi a quot scriptoribus laudentur, vide ap. Sturzium. Emped. Agrig. p. 634.

404ᵇ 14. *πῦρ ἀΐδηλον*, epitheton Homericum. quod comedit, absumit. Cf. Buttm. Lexilog. I, 247.

§ 7. 404ᵇ 21. De varia lectione *τὰς δ' ἄλλας ὁμοιοτρόπους* et *τὰς ἄλλας ὁμοιοτρόπως* e commentatoribus haec affe-

renda sunt: Themist. fol. 66 b. *ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τοῖς περὶ φιλοσοφίας διώρισται αὐτὸ μὲν τὸ ζῷον ἐξ αὐτῆς τῆς τοῦ ἑνὸς ἰδέας εἶναι. καὶ τοῦ πρώτου μήκους καὶ πλάτους καὶ βάθους. τὰς δ' ἄλλας ὁμοιοτρόπους.* Io. Philop. C. 2. *τὰ δ' ἄλλα ὁμοιοτρόπως, τὰ ἄλλα, ἤτοι μετὰ τὸ αὐτόζῳον ὁμοιοτρόπως, τουτέστι κατὰ τὴν αὐτὴν ἀναλογίαν ἐκ μονάδος καὶ δυάδος καὶ τριάδος καὶ τετράδος ὡς ἤδη εἴρηται, ἀλλ' οὐ τῆς πρώτης ἐξ ἧς τὸ αὐτόζῳον: ἢ τὰ ἄλλα παραδείγματα, οἷον τὸ αὐτόκαλον, τὸ αὐτοάνθρωπος, καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν ὁμοίως. γράφεται δὲ τὰς ἄλλας ὁμοιοτρόπως καὶ εἴη ἂν τοῦτο ἀκόλουθον τῇ δευτέρᾳ ἐξηγήσει. τὰς ἄλλας γὰρ ἰδέας τὴν ἀνθρώπου, τὴν ἀγγέλου.* Simplicius *τὸ δ' ἄλλα ὁμοιοτρόπως* legit, de lectionis diversitate nihil commemorans. Quoniam *τὰς αλλας* ad ideas relatum difficilius est ipsamque institutam constructionem deserit neque a codicibus requiritur: vulgata praestabit.

404^b 27. *εἴδει δ' οἱ ἀριθμοί*] dativus idonea, ut videtur, auctoritate destitutus: *εἴδη* Philoponus.

E Platone duo afferuntur, alterum e Timaeo, alterum e libris de philosophia.

E Timaeo hunc maxime locum, qui respondeat, transferendum esse ducimus, p. 34 C: *ὁ δὲ (θεὸς) καὶ γενέσει καὶ ἀρετῇ προτέραν καὶ πρεσβυτέραν ψυχὴν σώματος, ὡς δεσπότιν καὶ ἄρξουσαν ἀρξομένου, συνεστήσατο ἐκ τῶνδέ τε καὶ τοιῷδε τρόπῳ· τῆς ἀμερίστου καὶ ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ἐχούσης οὐσίας καὶ τῆς αὖ περὶ τὰ σώματα γιγνομένης μεριστῆς τρίτον ἐξ ἀμφοῖν ἐν μέσῳ συνεκεράσατο οὐσίας εἶδος τῆς τε ταὐτοῦ φύσεως αὖ πέρι καὶ τῆς τοῦ ἑτέρου καὶ κατὰ ταὐτὰ συνέστησεν ἐν μέσῳ τοῦ τε ἀμεροῦς αὐτῶν καὶ τοῦ κατὰ τὰ σώματα μεριστοῦ.* [Cf. 45; visus descriptionem.]

De libris *περὶ φιλοσοφίας* [1]), qui interciderunt, erudite disputavit Chr. Aug. Brandis in programmate, quod inscribitur: De perditis Aristotelis libris de ideis et de bono s. philosophia. Bonnae 1823. Aliam in his libris definiendis viam iniit Franc. Nic. Titze scripto de Aristotelis operum serie et distinctione edito. Lips. 1826. p. 70 sqq., qui, cum tres de philosophia libros in metaphysicis nostris deprehendisse sibi videretur, inter alias eam reliquit difficultatem, ut, ubi Aristoteles, qualia hic de Platone affert, exposuerit, in metaphysicis locum inveniamus

1) [Cf. Bz. ind. Ar. 98^b 59: „ad dialogum Aristoteles *περὶ φιλοσοφίας* haec refert Bernays Dial. p. 170, intellegenda potius esse Platonis *ἄγραφα δόγματα* recte iudicat Heitz. p. 211, 180."]

nullum. Nos igitur in Brandisii partes discedimus, ut libros temporis invidia nobis surreptos esse eosque Platonis maxime philosophiam spectasse statuamus.

Qui sequitur de numeris locus, saepius tractatus est. Inest enim Platonis notitia eo magis memoratu digna, quod nusquam dialogorum significata est. Scripserunt de hoc loco Ch. A. Brandis in diatribe academica de perditis Aristotelis libris de ideis et de bono sive philosophia. Bonnae 1823. p. 48 sqq. F. A. Trendelenburg (ut et mea interponere liceat) in libello: Platonis de ideis et numeris doctrina ex Aristotele illustrata p. 85 sqq. Ch. A. Brandis in Museo Rhenano (1818. fasc. 4): Ueber die Zahlenlehre der Pythagoreer und Platoniker. Denique C. H. Weisse in adnotationibus ad libri de anima versionem Germanicam p. 124 sqq. Quibuscum conferenda sunt quae idem ad Aristotelis physicorum versionem (Lips. 1829) disputavit. p. 272 sqq. p. 437 sq. Weissius de Aristotele bene meretur, quod philosopho philosophus succurrit; ita etiam hoc loco obscurae Platonicorum numerorum rationi dialectica arte ex ipsa Platonis mentis quasi necessitate facem afferre conatur. In quo nobilis quaedam inest audacia; me tamen eius vestigia sequi non posse ingenue confiteor. Duabus enim rebus errare crediderim, tum quod recenti philosophia inductus aliena Platoni obtrudit (p. 128. 135. 139)[1]), tum quod metaphysicorum de numeris testimonia

1) Alio loco (Jahrbücher für wissenschaftliche Kritik N. 72. Oct. 1832. p. 571). Weissius suam de numeris sententiam in haec verba confert: „In den Augen solcher Forscher muss es also als eine arge Ketzerei erscheinen, wenn man sich zu der Behauptung erkühnt, dass die eben genannte Lehre (die Zahlenlehre der Pythagoreer) und dass gleicherweise die an dieselbe sich anschliessende, esoterische Lehre Platon's von den unvergleichbaren und incalculabeln Zahlen (ἀριθμοὶ ἀσύμβλητοι) nichts anders ist, als eine Vorausnahme des Begriffs jener Stufen- oder Potenzenreihe aller Dinge im Absoluten, wie solche die schellingsche, oder noch auffallender, jene durch Verneinung des Abstracten und Vermittelung und Aufhebung der Gegensätze in ununterbrochener Steigerung das Concrete erzeugende Dialektik, wie die hegelsche Philosophie sie lehrt": Quid igitur? Hi Platonis numeri id agerent, ut rerum gradus, qui a Schellingio in absoluto, quod dicunt, evolvuntur, notione praeciperent vel dialecticam, contrariis et positis et negatis, rerum naturam ex ipso notionis quasi motu continua serie gignentem, qualem Hegelius excoluit, specie quadam et forma fingerent? At profecto in Aristotelis testimoniis nullus eiusmodi dialecticae locus; nullum in numeris contrariorum vestigium; nulla eiusmodi in numeris ponendi et tollendi vicissitudo; nulla ex ipsa mente gignendi series. Haec eo confidentius negare audemus, quo diligentius numerorum locos investigare studuimus. Quare nobis missa facienda sunt. Id unum addamus ἀριθμοὺς ἀσυμβλήτους propria quidem et prima significatione non interpretandos videri numeros

modo temere Platoni tribuit (p. 133), modo in alienam sententiam detorquet (p. 131). Cum quae sibi velit difficilius sit explanare, lectores ad fontem reicere necesse est. Accedit quod locum, qui propositus est, longius relinquit.

Priusquam locum ipsum accedimus, primum veterum commentariorum loca afferamus; deinde quae ex his reicienda, quae accipienda sint, videamus.

Themistius fol. 66 b.: *τὸ μὲν οὖν αὐτόζῳον τουτέστι τὸν κόσμον τὸν νοητὸν ἐκ τῶν πρώτων ἐποίουν ἀρχῶν. τὰ δὲ ἐπὶ μέρους ἐκ τῶν ὑφειμένων. ὥσπερ γὰρ τὰ αἰσθητὰ ἔχει πρὸς ἄλληλα, οὕτω καὶ τὰς ἰδέας αὐτῶν πρὸς ἀλλήλας ἔχειν. Ἔτι δὲ καὶ ἄλλως τὸν αὐτὸν τοῦτον λόγον μετῄεσαν. ἐπειδὴ γὰρ ἡ ψυχὴ πλείοσι δυνάμεσι χρῆται εἰς κατάληψιν τῶν ὄντων· νῷ καὶ ἐπιστήμῃ καὶ δόξῃ καὶ αἰσθήσει, τὸν μὲν νοῦν ἔχειν ἐκ τῆς τοῦ ἑνὸς ἰδέας αὐτὴν διωρίζοντο. τὴν δὲ ἐπιστήμην ἐκ τῆς πρώτης δυάδος. ἀφ' ἑνὸς γὰρ ἐφ' ἓν καὶ ἡ ἐπιστήμη. ἀπὸ γὰρ τῶν προτάσεων ἐπὶ τὸ συμπέρασμα. τὴν δόξαν δέ, ἐκ τῆς πρώτης τριάδος, ὅσος ἦν καὶ τοῦ ἐπιπέδου ἀριθμός· τῆς γὰρ δόξης ἤδη καὶ τὸ ἀληθὲς καὶ τὸ ψεῦδος ἐκ τῶν προτάσεων. αἴσθησιν δὲ ἀπὸ τῆς πρώτης τετράδος. ἐξ ἧς καὶ ἡ τοῦ στερεοῦ σώματος ἰδέα. περὶ γὰρ τὸ τοιοῦτο σῶμα ἡ αἴσθησις· τῶν μὲν γὰρ ὄντων ἁπάντων ἀρχὴ τὰ εἴδη καὶ ὁ εἰδητικὸς ἀριθμός.*

Simplic. fol. 5 b. *περὶ φιλοσοφίας μὲν νῦν λέγει τὰ περὶ τοῦ ἀγαθοῦ αὐτῷ ἐκ τῆς Πλάτωνος ἀναγεγραμμένα συνουσίας, ἐν οἷς ἱστορεῖ τάς τε Πυθαγορείους καὶ Πλατωνικὰς περὶ τῶν ὄντων δόξας.* Fol. 6 a. *ἀριθμοὺς λέγοντες τὰ εἴδη ὡς πρῶτα διακεκριμένα τῆς ἀμερίστου ἑνώσεως, τὰ γὰρ ὑπερείδεα καὶ ὑπὲρ διάκρισιν, τὸ μὲν παντελὲς τῶν εἰδῶν πλῆθος διὰ τῆς δεκάδος ᾐνίττοντο. τὰς δὲ πρώτας εἰδητικὰς ἀρχάς, τῇ μὲν μονάδι καὶ δυάδι ὡς οὐδὲ ἀριθμοῖς· πρώτῃ δὲ τριάδι καὶ τετράδι ὡς πρώτοις ἀριθμοῖς τῇ μὲν*

---

incomparabiles calculi expertes. Sunt quidem ii, ut ad calculum adhiberi non possint: sed in vocis *συμβάλλεσθαι* vi et potestate de calculo subducendo non cogitatur. *ἀριθμὸς ἀσύμβλητος* is est, qui cum alio in unum numerum non coalescit. (cf. metaphys. M 6, 1080a 23). Monades, ex quibus vulgares numeri (*συμβλητοί*) conficiuntur, inter se aequae sunt et pares, ut in unum numerum conici (*συμβάλλεσθαι*) possint. Numeri ideales, qui diversarum inter se notionum quasi personam gerunt, adeo dissociabili et diversa natura sunt, ut in unum numerum redigi non possint. Unde fit, ut Aristoteles *συμβλητόν* modo *ἀδιάφορον* (metaph. M. 7. 1081a 6) modo *ὁμοειδές* (metaph. A. 9. 991b 24) interpretetur, *ἀσύμβλητον* vero in hac re idem valeat ac *διάφορον*.

περιττῶν τῇ δὲ ἀρτίων· ἐξ ὧν κατὰ συναγωγὴν ὁ δέκα γίνεται ἀριθμός. μετὰ δὲ τοὺς ἀριθμοὺς ἐν ζωαῖς δευτέραις καὶ πολλοσταῖς τὰ γεωμετρικὰ πρὸ τῶν φυσικῶν ὑποτιθέμενοι μεγέθη, καὶ ταῦτα ὡς εἰς αἰτίους τοὺς εἰδητικοὺς ἀνῆγον ἀριθμοὺς καὶ τὰς τούτων ἀρχάς. τὸ μὲν σημεῖον ὡς ἀμερὲς εἰς τὴν μονάδα, τὴν δὲ γραμμὴν ὡς πρώτην διάστασιν εἰς τὴν δυάδα, καὶ τὴν ἐπιφάνειαν αὖ ὡς ἐπὶ πλέον διαστᾶσαν εἰς τὴν τριάδα, εἰς δὲ τὴν τετράδα τὸ στερεόν. καὶ ἐκάλουν ὡς ἐκ τῶν ὑπ' Ἀριστοτέλους λεγομένων τεκμαίρεσθαι, τὴν δυάδα πρῶτον μῆκος, οὐ γὰρ ἁπλῶς μῆκος, ἀλλὰ τὸ πρῶτον, ἵνα τὸ αἴτιον σημαίνωσιν. ὡσαύτως δὲ καὶ πρῶτον πλάτος τὴν τριάδα καὶ πρῶτον βάθος τὴν τετράδα. ἀνῆγον δὲ εἰς τὰς εἰδητικὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ψυχικὰς πάσας γνώσεις· τὴν μὲν νοερὰν ὡς καθ' ἕνωσιν ἀμέριστον συναιρουμένην εἰς τὴν μονάδα· τὴν δὲ ἐπιστημονικὴν ὡς ἀνελισσομένην καὶ ὡς ἀπὸ ἑτέρου τοῦ αἰτίου εἰς τὸ αἰτιατὸν προαγομένην, ὡς δὲ καὶ διὰ τὸ ἀπλανὲς καὶ ἀεὶ διὰ τῶν αὐτῶν ὁδεῦον εἰς τὴν δυάδα· τὴν δὲ δόξαν εἰς τὴν τριάδα διὰ τὸ τὴν δύναμιν αὐτῆς μὴ ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἀεί, ἀλλὰ τοτὲ μὲν ἐπὶ τὸ ἀληθές, τοτὲ δὲ ἐπὶ τὸ ψεῦδος κλίνειν· εἰς δὲ τὴν τετράδα τὴν αἴσθησιν διὰ τὸ σωμάτων εἶναι ἀντιληπτικήν· καὶ γὰρ ἐν μὲν τῇ δυάδι μίαν ἀφ' ἑκατέρας μονάδος πρὸς τὴν λοιπὴν διάστασιν, ἐν δὲ τῇ τριάδι δύο ἐξ ὁποιασοῦν πρὸς τὰς λοιπάς, ἐν δὲ τῇ τετράδι τρεῖς. ἀνῆγον τοίνυν εἰς τὰς ἀρχὰς τά τε γνωστὰ πάντα, τουτέστι τὰ ὄντα καὶ τὰς γνωστικὰς τούτων δυνάμεις· διῄρουν δὲ τά τε ὄντα οὐ κατὰ πλάτος ἀλλὰ κατὰ βάθος εἴς τε τὰ νοητὰ καὶ ἐπιστητὰ καὶ δοξαστὰ καὶ αἰσθητά, καὶ ὁμοίως τὰς γνώσεις εἰς νοῦν καὶ ἐπιστήμην καὶ δόξαν καὶ αἴσθησιν. τὸ μὲν οὖν αὐτόζῳον ἐκ τῆς τῶν γνωστῶν εἴληπται διαιρέσεως τὸν νοητὸν δηλοῦν διάκοσμον, ἐν ᾧ τὰ αὐτοειδῆ τουτέστι τὰ πρώτιστα καὶ αἱ τούτων ἀρχαὶ ἡ τοῦ αὐτοενὸς ἰδέα ἥτε τοῦ πρώτου μήκους, ἥτις ἦν ἡ αὐτοδυάς, ἥτε τοῦ πρώτου πλάτους καὶ ἡ τοῦ πρώτου βάθους. κατὰ κοινοῦ γὰρ τὸ πρῶτον ἐπὶ πάντων συναρμοστέον, τουτέστιν ἡ αὐτοτριὰς καὶ ἡ αὐτοτετράς. τὰ δὲ ἄλλα ὁμοιοτρόπως φησί, τὰ λοιπὰ λέγων τῆς τῶν γνωστῶν διαιρέσεως τὰ ἐπιστητὰ τὰ δοξαστὰ τὰ αἰσθητά. ἐκ τῶν ἀρχῶν μὲν καὶ ταῦτα ὄντα τῶν εἰδῶν, ἀλλ' οὐκέτι ἐκ τῶν αὐτοαρχῶν ὡς ἐκ στοιχείων, ἀλλ' ἐξ ἐκείνων μὲν ὡς ἐξῃρημένων αἰτίων τῶν ἑκάστοις συστοίχων.

E Philopono, ne repetitionibus lectorem moremur, haec tanquam magis propria transferenda putamus. C. fol. 1 a. sqq. *τὰ περὶ τἀγαθοῦ ἐπιγραφόμενα περὶ φιλοσοφίας λέγει.*



ἐν ἐκείνοις δὲ τὰς ἀγράφους συνουσίας τοῦ Πλάτωνος ἱστορεῖ ὁ Ἀριστοτέλης· ἔστι δὲ γνήσιον αὐτοῦ τὸ βιβλίον· ἱστορεῖ οὖν ἐκεῖ τὴν Πλάτωνος καὶ τῶν Πυθαγορείων περὶ τῶν ὄντων καὶ τῶν ἀρχῶν αὐτῶν δόξαν· λέγει οὖν φάσκειν αὐτοὺς ὅτι τὰ εἴδη ἀριθμοί εἰσιν, ἀριθμοὶ δὲ δεκαδικοί. ἕκαστον γὰρ τῶν εἰδῶν δεκάδα ἔλεγον. Ἀριθμοὺς μὲν οὖν ἐκάλουν τὰ εἴδη, ἢ ὅτι ὥσπερ ὁ ἀριθμὸς μετρεῖ καὶ ὁρίζει τὰ ὑποκείμενα, οὕτω καὶ τὰ εἴδη μετρητικά ἐστι καὶ ὁριστικὰ τῆς ὕλης· ἀόριστον γὰρ οὖσαν καθ' αὑτὴν ἐγγενόμενα ἐν αὐτῇ ὁρίζει αὐτὴν καὶ περιγράφει. Ἢ ὅτι ὥσπερ οἱ ἀριθμοὶ πάντες ἐκ μιᾶς εἰσιν ἀρχῆς τῆς μονάδος παρηγμένοι, οὕτω καὶ τὰ εἴδη ἐκ τῆς μιᾶς τῶν πάντων ἀρχῆς παράγεται. ἀριθμοὶ μὲν οὖν διὰ τοῦτο. δεκαδικοὶ δὲ διὰ τὴν τελειότητα τῶν εἰδῶν· τέλειος γὰρ ἀριθμὸς ὁ δέκα· περιέχει γὰρ πάντα ἀριθμὸν ἐν ἑαυτῷ· οἱ γὰρ μετὰ τὴν δεκάδα εἰς τοὺς ἀπὸ μονάδος πάλιν ἀνακάμπτουσι· διὸ καὶ δεκὰς ἐκλήθη, οἱονεὶ δεχάς τις οὖσα. et postea C. fol. 2 a., quae ad verba explicanda τὰ δ' ἄλλα ὁμοιοτρόπως pertinent: καὶ ἰδίᾳ δέ φασιν ἐν τοῖς νοητοῖς αὐτὴν θεωρεῖσθαι, ἰδίᾳ δὲ ἐν τοῖς φυσικοῖς, ἰδίᾳ δὲ ἐν τοῖς αἰσθητοῖς τε καὶ ἀτόμοις· διὰ δὲ ταῦτα ἐλέγετο μὲν αὐτόζῳον ὅπερ ἐστὶ παρ' αὐτῷ αὕτη ἡ ἰδέα τοῦ ζῴου καὶ τὸ παράδειγμα καὶ αὐτὸ μὲν δεκάδα· ὃν (l. ὃ) συνεστάναι ἐκ τῆς πρώτης μονάδος καὶ δυάδος καὶ τριάδος καὶ τετράδος τουτέστι τοῦ αὐτοενὸς καὶ τῆς αὐτοδυάδος καὶ τῆς αὐτοτετράδος· κατ' ἀναλογίαν δὲ τούτου καὶ ἐν τοῖς μετὰ τὸ αὐτόζῳον ζῴοις ἀθανάτοις λέγω καὶ θνητοῖς εἶναι τὰς ἀρχὰς ταύτας· ὥσπερ γὰρ καὶ ἀριθμοὶ δεκαδικοὶ πάντα, οὕτω καὶ ἐκ μονάδος καὶ δυάδος καὶ τριάδος· ἀλλὰ τὸ μὲν αὐτόζῳον τῆς πρώτης μονάδος καὶ δυάδος καὶ τριάδος καὶ τετράδος· τὰ δὲ ἄλλα τὰ μετὰ τὸ αὐτόζῳον κατὰ ἀναλογίαν τῆς ἀποστάσεως ἧς ἀφεστήκασιν ἀπὸ τοῦ αὐτοζῴου, οὕτω καὶ ἀπὸ τῶν ἀρχῶν ἀφεστήκασιν· οὐ γὰρ τὴν αὐτὴν ἀπόστασιν ἀφεστήκασιν ἐκ τοῦ αὐτοζῴου τά τε θεῖα καὶ ἀθάνατα ζῷα καὶ τὰ θνητά· οὐκοῦν τὰ μὲν θεῖά εἰσι καὶ αὐτὰ ἐκ τῆς δευτέρας μονάδος καὶ δευτέρας δυάδος καὶ ὁμοίως τριάδος καὶ τετράδος· καὶ οὕτως ἀεὶ κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς ἀποστάσεως τοῦ αὐτοζῴου καὶ ἡ ἀπόστασις γίνεται τῶν ἀρχῶν· εἶναι οὖν ἔλεγε τὰς τετραδικὰς ταύτας ἀρχὰς καὶ ἐν τοῖς νοητοῖς καὶ ἐν τοῖς φυσικοῖς καὶ ἐν τοῖς αἰσθητοῖς· καὶ διὰ τοῦτο ἐπειδὴ ἡ ψυχὴ γινώσκει πάντα ταῦτα εἶναι καὶ αὐτὴν ἐκ τῶν αὐτῶν ἀρχῶν μονάδος, δυάδος, τριάδος, τετράδος· τίνα μὲν οὖν ἐν τοῖς νοητοῖς ἔλεγε μονάδα καὶ δυάδα καὶ τριάδα καὶ τετράδα θεολογίας ἂν εἴη λέγειν. ἀλλ' οὐδὲ τὴν ἐν τοῖς

φυσικοῖς προχείρως ἔχομεν λέγειν· εἴποι δ' ἂν τις κἂν τούτοις τὴν τετράδα διότι δὲ εἴδη ζῴων ὁρᾶται ἐν τῷ κόσμῳ οὐρανίων ἀερίων χθονίων ἐνύδρων· ἐν δὲ τοῖς αἰσθητοῖς μονάδα μὲν λαμβάνει τὸ σημεῖον, δυάδα δὲ τὴν γραμμήν, τριάδα δὲ τὸ ἐπίπεδον καὶ τετράδα τὸ στερεὸν αὐτό· αὗται γὰρ ἀρχαὶ τοῦ σώματος.

Haec quidem veteres interpretes. In quibus diiudicandis, sicut in universo Aristotelis loco exponendo ea sequi liceat, quae in libello de Platonis ideis et numeris ex Aristotele illustratis p. 86 sqq. scripsimus. Quae fere haec sunt. 1)

In universo hoc de Platone loco ante omnia tenendum est, quo Aristoteles omnes sententias tanquam continuo filo complectatur; quod quidem est illud, similia similibus cognosci. Quae sententia, gravis illa et per plures scholas propagata, si apud Empedoclem rudi fere et indistincto primordio ad duram materiae elementorum naturam adstricta est, nullo certe loco ad acutiorem subtilitatem traducta, quam hoc nostro Platonis. Etsi eiusmodi rationem, similia similibus cognosci, in ea Timaei parte, ubi animus gignitur, significatam non invenimus: tamen ea neque a loci natura, neque ab universo Timaeo aliena. Ubi de videndi causa et oculi natura agitur, sententia ipsis verbis legitur (Tim. p. 45 C.). Ac ne quis eo offensus, quod Plato animum ex elementis genuisse dicitur, Aristotelem Platonis sententiam detorsisse suspicetur, ut Patricius fecit (discuss. peripatet p. 345), meminerit, *τὰ στοιχεῖα* ab Aristotele saepius a materia ad cogitatas formas et notiones transferri (metaphys. I. 6. 987b 19). Ita et Plato, quemadmodum pergitur, ut similia similibus cognoscerentur, eosdem numeros *αὐτοζῴου* fecit, eosdem menti indidit. Sic utraque loci pars artissime coniungenda, neque altera ab altera divellenda, quasi ab illo *ἔτι δὲ καὶ ἄλλως* novi quid incipiatur. Quod verba *ἐκ τῆς τοῦ ἑνὸς ἰδέας καὶ τοῦ πρώτου μήκους* coniuncta sunt, id eodem Aristotelis usu factum esse credimus, quo *οἱ πρῶτοι ἀριθμοὶ* numeros ideales significant. Est igitur *τὸ πρῶτον μῆκος* quasi *ἡ τοῦ μήκους ἰδέα.* 2)

Quaeritur, quid sit *αὐτὸ τὸ ζῷον* (404b 20). Pronomine *αὐτὸ* nominibus praefixo eorum ideam indicari, Arist. luculenter docet, metaph. VII, 16. 1040b 34, qui et Platonis usus in Sophista,

---

1) [Cf. Zeller Ph. d. Gr. II, 567 sqq., Stud. Plat. 239 sqq. 236. nota, Bz. ad met. XIII, 6.]

2) Cf. Platonis de ideis et numeris doctrina ex Aristotele illustrata p. 77.

Phaedone etc.[1]). Praeterea duplex ratio sese offert. Aut si tibi Timaei mundum ζῷον dicentis in mentem venerit (Tim. p. 30 A. etc.), rerum putes universitatis quasi exemplar. Ita veteres interpretes (τὸν νοητὸν διάκοσμον Simplic.). Aut si ζῷον accuratius spectes, animantis esse ideam, eamque ex uno, ut intellectum, e dyade, ut longitudinem, e triade, ut plana, e tetrade, ut corpora percipere possit, esse compositam. Hoc si acciperetur alterum, ea, quae sequuntur (ἔτι δὲ καὶ ἄλλως etc.), et seiuncta essent et mera fere repetitio. Nos igitur, posteriori sententia relicta, Brandisio duce priorem agnoscimus. His numeris, qui rerum universitatem idea continent, componuntur iidem, qua in mente sunt vi et potestate, ut, quomodo illius rerum universitatis perceptio fieri possit, significetur. Νοῦς in unitate sibi constanti positus est; ἐπιστήμη quippe quae certa et vera, sicut recta linea unum tantum expetit, nec dextrorsum nec sinistrorsum exspatians; dum vero expetit, motu opus est, qui quidem lineae imagine proponitur (μοναχῶς γὰρ ἐφ' ἕν); δόξῃ saepius ab unica veri via et quasi recta linea aberranti plani numerus tributus i. e. ternarius; tribus enim punctis planum defigitur; sicut αἰσθήσει omnes spatii dimensiones perscrutanti solidi numerus i. e. quaternarius; quatuor enim punctis, modo ne, quod quartum accedit, in uno et eodem ac reliqua situm sit plano, solidum velut pyramis definiri potest.

Restat, ut, quae inter has duas partes interiecta sunt, τὰ δ' ἄλλα ὁμοιοτρόπως attingamus. Quae fuerint haec reliqua, non definimus, universas tantum ideas, ne quid Platoni obtrudatur, intellegentes. Veteres interpretes Simplicius et Io. Philoponus τὰ δ' ἄλλα ad reliqua tria, quae ponunt, rerum genera trahunt, τὰ ἐπιστητά, τὰ δοξαστά, τὰ αἰσθητά, quae sunt Simplicii verba (fol. 7 a) sive ad τὰ νοητά, τὰ φυσικά, τὰ αἰσθητά, quemadmodum dixit Io. Philoponus (C. fol. 2). Simplicius haec magis perstrinxit, quam explicuit. Iam si voces conferas, omnino haec sibi inter se apte respondere dubitandum est. Neque enim Simplicius ad τὰ ἐπιστητά, secundum ordinem, divina referret, sicut retulit Philoponus ad νοητὰ sua, quae αὐτὸ τὸ ζῷον tanquam primum excipiunt. Si Brandisius, ut quadripartitum hunc rerum ordinem vere Platonicum probaret, e libro Platonis de rep. VI. et VII. εἰκασίαν, πίστιν, διάνοιαν, νόησιν contulit, verendum est, ne εἰκασία in natura imaginem referente posita (Pl. p. 510 A) τοῖς αἰσθητοῖς, quae μερικὰ

1) Cf. Pl. de id. et num. doctr. ex Arist. illustr. p. 39. [hic quoque ideas Platonicas significari censet Bz. ind. Ar. 124b 56.]

et *ἄτομα* Philoponus vocat, atque *διάνοια* in mathematicis sita *τοῖς ἐπιστημονικοῖς*, quae tanquam alterum ordinem rursus cum *τοῖς νοητοῖς* confundit, minus respondeant. Si certum esset, haec ab illis ex Aristotelis libro de Bono secundo in hunc locum derivata esse, fidem haberemus, *τὰ δ' ἄλλα ὁμοιοτρόπως* ad haec tria reliqua genera pertinere. Sed non certum est. Ioannem Philoponum non ipsius niti Aristotelis testimoniis, eo mihi persuadetur, quod, quo tetras in metaphysicis relata sit, omnino tacet et ad theologiam remittit, quo autem in physicis, plane se ignorare fatetur. Quomodo enim ignorasset, si in his illo Aristotelis de philosophia libro usus esset? [1]) num et hic tacuisse existimandus? — Deinde si Philoponus dicit in iis, quae sensus, feriunt (*ἐν τοῖς αἰσθητοῖς*), monada capere punctum, dyada lineam, triada planum, tetrada ipsum solidum: haec a Platone certe inter mathematica, quae hic omnino neglecta sunt, posita essent (*τὰ μεταξὺ* metaphys. I, 6. 987^b 16). Denique illa quoque, quae de rerum a principio defectione allata sunt, ad cujus similitudinem numerorum vis est composita, Neo-Platonica satis olent.

Quae cum ita sint, neque obscura illa in Io. Philoponi loci principio ex Aristotelis de philosophia libris, quemadmodum Brandisius iudicavit, hausta esse sunt iudicanda. [2]) Verba illa, si quid video, nihil aliud sunt, quam, quae ipse Aristoteles tanquam nota posuisse videbatur, brevi praecisa et indicata. Illud *ἀριθμοὶ δὲ δεκαδικοὶ* Ioannes Philoponus sua quidem ratione e loco ipso collegisse mihi videtur, cum, uti expositio docet, ex primis quatuor numeris decada conflaverit, id quod eo periculosius, quod hi numeri natura sunt dissociabiles (*ἀσύμβλητοι*) [3]. Quae quidem sequuntur, obscura certe et ambigua, *ἕκαστον γὰρ τῶν εἰδῶν δεκάδα ἔλεγον*, equidem non ita de Platonicorum doctrina traditum acceperim, quemadmodum Brandisio placuit (p. 58), quasi in singulis ideis decadis vim et virtutem statuerint. Quod si sibi voluisset commentator, iam uti reliqua accurate exposuit, ita certe et haec persecutus fuisset.

1) Aristotelis de philosophia libros Philoponi tempore plane non exstitisse audacius est affirmare. Philoponus enim (F fol. 3 a) ita scribit: *λεγομένοις εἶπεν ἐπειδὴ μὴ δοκεῖ Ὀρφέως εἶναι τὰ ἔπη ὡς καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς περὶ φιλοσοφίας λέγει.*

2) *ἱστορεῖ οὖν ἐκεῖ* (in libris de philosophia) *τὴν Πλάτωνος καὶ τῶν Πυθαγορείων περὶ τῶν ὄντων καὶ τῶν ἀρχῶν αὐτῶν δόξαν. λέγει οὖν φάσκειν αὐτούς, ὅτι τὰ εἴδη ἀριθμοί εἰσιν, ἀριθμοὶ δὲ δεκαδικοί· ἕκαστον γὰρ τῶν εἰδῶν δεκάδα ἔλεγον.*

3) l. l. p. 74.

Iam vero quoniam omnibus generibus et iis, quae ratione intelleguntur, et iis, quae natura genuit, et iis, quae sensu percipiuntur, tetrada i. e. sua ipsius sententia decada praepositam vel praeponendam putavit: nihil ad verum propius accedere puto, quam haec genera Philoponum significasse verbis illis: *ἕκαστον γὰρ τῶν εἰδῶν δεκάδα ἔλεγον.* Nec Simplicius libro de bono s. philosophia teste utitur, sed ad commentarios in metaphysica suos, quos intercidisse dolemus, nos reicit.

Quod si in his locum secuti sumus a nobis ante aliquot annos propositum, venia est petenda; nondum enim alia mihi probata est sententia. Quod Brandisius libellum nostrum de Platonis numeris dignum habuit, cuius in museo Rh. 1828. fasc. 4. maiorem, quam meret, rationem haberet: grato animo agnosco eoque gratiore, quo clarior facta est universa quaestio. Inter ea, quae Brandisius retractanda esse persuasit, ea lubenti animo pono, quae de conciliandis ethicorum (ad Nicom. I. 4) et metaphysicorum (*M.* 6) locis sagacissime attulit. Re vero iterum iterumque pensitata, ea mihi nondum satis persuadentur, quae de hoc loco disputavit. Sunt autem duo, in quibus discedendum erat, primum quod Brandisius eam, quae hic legitur, animi facultatum quasi series, *νοῦς, ἐπιστήμη, δόξα, αἴσθησις* ei ordini comparat, qui est apud Platonem de republica (libr. VI. p. 511 D. cf. libr. VII.) (*νόησις, διάνοια, πίστις, δόξα*), deinde quod verba *τὰ δ' ἄλλα ὁμοιοτρόπως* latius patere existimat, quam loci natura pati videtur.

De priori prius. Brandisius *νοῦν* et *νόησιν* componit, *ἐπιστήμην* et *διάνοιαν.* Sicut apud Platonem *διάνοια* mathematicis disciplinis vindicetur, ita apud Aristotelem *ἐπιστήμην*, cum a *νῷ* seiuncta sit, nihil aliud significare posse. Platonem enim ipsum de rep. VII. p. 533 D. haec habere: *ἃς ἐπιστήμας* (mathematicas) *μὲν πολλάκις προσείπομεν διὰ τὸ ἔθος, δέονται δὲ ὀνόματος ἄλλου, ἐναργεστέρου μὲν ἢ δόξης, ἀμυδροτέρου δὲ ἢ ἐπιστήμης.* At quae primo ordine ponitur (VI. fin.), postea *ἐπιστήμη* nominatur (VII. p. 534), ut *ἐπιστήμη* solis mathematicis disciplinis tribui nequeat: *ἐπιστήμης* vocem abusu tantum ad mathematica conferunt, ut ipso loco, quem attulit Brandisius, Plato aperte profitetur. In Aristotelis loco voce *ἐπιστήμης* ut mathematica non excluduntur, ita non sola continentur. Cum posteriori, quem laudavi, loco *ἐπιστήμη* pro *νοήσει* ponatur, iusta suspicio est, ne *νοῦς* huic primo ordini non respondeat: *ἐπιστήμη* enim consequens est, nondum unitas ipsa. *Δόξα* et *πίστις* conferri possunt; sed *εἰκασία* infra *αἴσθησιν* posita videtur. Ut eandem esse probaret, Brandisius

reipublicae locum attulit (VI. p. 509. 510) *φάντασματα ἐν τοῖς ὅσα πυκνά τε καὶ λεῖα καὶ φανὰ ξυνέστηκε, καὶ πᾶν τὸ τοιοῦτον.* At *αἴσθησις* non *φαντάσματα* sunt. In imagine verum cernitur; imagines tanquam figurae mathematicis inveniendis inserviunt (p. 510 E.). Quae ratio inter *οὐσίαν* et *γένεσιν* intercedit, eadem inter *διάνοιαν* et *εἰκασίαν*. p. 534 A. *ἀρέσκει οὖν — — — ὅτι οὐσίαν πρὸς γένεσιν, νόησιν πρὸς δόξαν* (*ἐπιστήμη* et *διάνοια νοήσει, πίστις* et *εἰκασία δόξῃ* continentur), *ἐπιστήμην πρὸς πίστιν καὶ διάνοιαν πρὸς εἰκασίαν*. Itaque *εἰκασία* id agit, ut *διάνοια* fiat. Num hoc ad *αἴσθησιν*, quae in multis rebus mathematica non tangit, converti potest? *Πίστις* id agit, ut *ἐπιστήμη* fiat, quod sibi consentit. Num vero, si ad Aristotelis locum contulerimus, dici potest, *δόξαν* id agere, ut *νοῦς* fiat? Relinquenda videtur haec comparandi ratio. Perpetua enim est facultatum series, si per se spectatur, at inversam rationem, quam Platonis locus postulat, non admittit. Sensus ad opinionem, opinio ad scientiam nititur, scientia e mente pendet. *Νοῦς* quasi ceterorum dominus, rerum universitatis quasi legislator. Sicut Plato in dialogis summum principium *τὸ ἕν* significavit: ita *νοῦν* eundem nancisci numerum absonum non est.

Platonis locum de rep. VI. p. 509 B. conferre licet: *καὶ τοῖς γιγνωσκομένοις τοίνυν μὴ μόνον τὸ γιγνώσκεσθαι φάναι ὑπὸ τοῦ ἀγαθοῦ παρεῖναι, ἀλλὰ καὶ τὸ εἶναί τε καὶ τὴν οὐσίαν ὑπ' ἐκείνου αὐτοῖς προσεῖναι, οὐκ οὐσίας ὄντος τοῦ ἀγαθοῦ, ἀλλ' ἔτι ἐπέκεινα τῆς οὐσίας πρεσβείᾳ καὶ δυνάμει ὑπερέχοντος.* Quod si ita *νοῦς* veri fons accipitur, humani quidem animi natura maior videtur; tamen, quatenus homines eius participes sunt, unitas quoque homini tribui potest; dicitur enim *ἐπιστήμη τὰ δύο, μοναχῶς γὰρ ἐφ' ἕν* (de an. 404ᵇ 22) i. e. solummodo ad unum refertur, *ἐπιστήμη* vero ad *νοῦν* tanquam ad fontem recta dirigitur.

Quid sit, cur interpretibus in verbis *τὰ δ' ἄλλα ὁμοιοτρόπως* uberius explicandis diffidamus, supra exposuimus, neque hic scrupulus iis, quae contra proposita sunt, nobis eximitur. Ita verba, quae adiecta sunt, id quidem ostendunt, in iis, quae antecedunt, nihil nisi exemplum idque unum de pluribus esse allatum; sed ne plura sciri videantur, quam quae sciri possunt, a commentatorum explicationibus quadruplicem rerum defectionem ex eadem numerorum ratione ordinantibus manus continemus. Neque enim patet, quibus Platonis locis talis rerum ordo significetur.

404ᵇ 27. *εἴδη δ' οἱ ἀριθμοὶ οὗτοι τῶν πραγμάτων*] Quomodo Platonis ideae numeri fiant, exponere longum est, nec nunc quaerimus, ne, quae in libello de Platonis ideis et numeris ex Aristotele illustratis scripsimus, repetere videamur. Quod, si placet, scriptum consulas p. 47 sqq. p. 91 sqq.

§ 8. 404ᵇ 29. *ἀποφηνάμενοι τὴν ψυχὴν ἀριθμὸν κινοῦνθ' ἑαυτόν*] Xenocratem laudant huius sententiae auctorem Simplicius et Philoponus. Xenocratem idealium numerorum doctrinam excoluisse, iam Themistius testis est fol. 66 b. Scribit enim in iis, quae de Platonis numeris dicta sunt, *τοῦ δὲ μήκους καὶ πλάτους καὶ βάθους τὴν πρώτην τετράδα· πρῶτον γὰρ τῶν στερεῶν ἐστιν ἡ πυραμίς. ταῦτα δὲ ἅπαντα λαβεῖν ἐστιν ἐκ τῶν περὶ φύσεως Ξενοκράτους*, nisi haec ad historicam quandam libri expositionem trahere malis. Ab Aristotele, quis animam numerum, qui semet ipse moveat, dixerit, nusquam additur. cf. de an. I, 4. 408ᵇ 32. anal. post. I, 4. 91ᵃ 38. Xenocratem fuisse, praeter Simplicium et Philoponum Plutarchus memoriae prodidit (de anim. procr. 1. 2) cf. Ritteri histor. philos. II, p. 489 sq. Simplicius, qui non sua expromere, sed Xenocratis rationes novisse videtur, dignus est, qui cum Plutarcho conferatur. Utrumque ad concentum quendam revocare non erit difficile. Simpl. fol. 6 a. *Ξενοκράτους ὁ τῆς ψυχῆς οὗτος λόγος, βουλομένου τὴν μεσότητα αὐτῆς τῶν τε εἰδῶν καὶ τῶν εἰδοποιουμένων ἅμα καὶ τὸ ἴδιον αὐτῆς ἐνδείξασθαι· ὁ γὰρ ἀριθμὸς τὸ εἶδος· τὸ δὲ κινητὸν τοῖς εἰδοποιουμένοις προσήκει· ἐκ μὲν οὖν τῶν ἄκρων μόνον οὐ δηλοῖ τὸ οὔτε ἀριθμὸς ἁπλῶς ἔσται οὔτε κινητός. τοῦ μὲν γὰρ ὑφεῖται ἢ τοῦ ἀμερίστου ἐκβέβληται, τοῦ δέ ἐστι κρείττων ἢ τοῦ μεριστοῦ ὑπερέχει. τὸ συναμφότερον οὖν ἄν πως εἴη ὡς ἀμφοτέροις κοινωνοῦσα, ἀριθμὸς κινητός, κατὰ δὲ τὸ οἰκεῖον τῆς μεσότητος ὑφ' ἑαυτοῦ κινητὸς λέγεται, ὅτι οὐχ ὡς διαστατικὴ ἐστι μέση ἡ ψυχὴ οἷος φυσικὸς λόγος.* Quae quidem sequuntur, ita comparata sunt, ut haec aliena magis quam propria sententia explicent. Sed haec quae transtulimus cum Plutarcho conferenda videntur, cuius haec sunt: *τοῦτον δὲ μήπω ψυχὴν τὸν ἀριθμὸν εἶναι· τὸ γὰρ κινητικὸν καὶ κινητὸν ἐνδεῖν αὐτῷ· τοῦ δὲ ταὐτοῦ καὶ τοῦ ἑτέρου συμμιγέντων, ὧν τὸ μέν ἐστι κινήσεως ἀρχὴ καὶ μεταβολῆς, τὸ δὲ μονῆς, ψυχὴν γεγονέναι, μηδὲν ἧττον τοῦ ἱστάναι καὶ ἵστασθαι δύναμιν ἢ τοῦ κινεῖσθαι καὶ κινεῖν οὖσαν.* Quod apud Simplicium *τὸ ἀμέριστον* et *τὸ μεριστὸν* dicitur, id apud Plutarchum *ταὐτόν* et *τὸ ἕτερον*, illud ad constantem idearum, hoc ad mobilem et fluxam rerum naturam pertinet. Utramque

Xenocrates in anima coniunctam esse voluit; unde animam numerum esse dixit, qui ad ideas accedit, eumque mobilem, ut ne rerum naturam exueret; sed quum cavendum esset, ne haec tanquam dissociabilia dilaberentur, Xenocrates movendi vim et principium ex ipsa anima duxit, quo quidem vinculo tanquam aliquo medio illa continerentur. Ita fieri credidit, ut anima, quae media interiecta est, ideas et res non seiungeret (*διαστατική*), sed comprehenderet.

§ 9. 404ᵇ·30. Philoponus C. fol. 3 a. *σωματικὰς μὲν οὖν τὰς ἀρχὰς ἐτίθεντο οἱ φυσικοί, Θαλῆς, Δημόκριτος, Ἀναξιμένης, Ἀναξίμανδρος, Ἡράκλειτος, ἀσωμάτους δὲ οἱ ἀριθμοὺς λέγοντες ὡς οἱ Πυθαγόρειοι καὶ Ξενοκράτης. δοκεῖ δὲ καὶ ὁ Πλάτων· μικτὰς δὲ ἔλεγεν Ἐμπεδοκλῆς μετὰ τῶν τεσσάρων στοιχείων τὸ νεῖκος εἰσάγων καὶ τὴν φιλίαν ἀσωμάτους φύσεις· καὶ Ἀναξαγόρας μετὰ τῶν ὁμοιομερῶν τὸν νοῦν.* Similiter Simplicius.

§ 12. 405ᵃ 8. cf. ad § 3.

§ 13. 405ᵃ 13. Anaxagoras eo processit, ut motum et cognitionem in mente coniungeret. Neque omnino humanam mentem ab illa divina, a qua rerum motus et ordo, distinxisse videtur. Unde recte Aristoteles mentem et animam eandem posuisse dicit. De qua hic agitur mente, pura, simplice, illud est principium, cuius ordo est et motus. cf. ad I. 2. § 5.

405ᵃ 14. *χρῆται δ' ἀμφοῖν ὡς μιᾷ φύσει*] cf. ad § 5. Coniungitur Anaxagorae *νοῦς καὶ ψυχή* apud Platonem Cratyl. p. 400 A. *καὶ τὴν τῶν ἄλλων ἁπάντων φύσιν οὐ πιστεύεις Ἀναξαγόρᾳ νοῦν καὶ ψυχὴν εἶναι τὴν διακοσμοῦσαν καὶ ἔχουσαν.*

405ᵃ 16. *μόνον γοῦν φησιν αὐτὸν τῶν ὄντων ἁπλοῦν εἶναι καὶ ἀμιγῆ τε καὶ καθαρόν*] cf. III, 4. 429ᵃ 18. Haec esse Anaxagorae eaque verba tralatitia, non conversa, plus uno loco comprobatur. phys. VIII, 5. 256ᵇ 25, metaph. I, 7. 989ᵇ 15. Plutarch. Pericl. c. 4. extr. Simpl. phys. fol. 33 b. Una cum motu cognitionem esse coniunctam, facillime explanatur loco metaphys. *Λ*, 10. 1075ᵇ 8. *Ἀναξαγόρας δὲ*

---

1) § 10. 405ᵃ 4. [*τῶν πρώτων* Commentatores Graeci genetivo *τῶν πρώτων* praedicari putant de vi movente: „vim moventem in principiis habent." Bz. l. l. ostendit praedicari de anima: „Dem entsprechend definiren sie die Seele. Sie betrachten nämlich als Seele dasjenige unter den Principien, welches seiner Natur nach bewegende Kraft besitzt. Daher stellten einige die Ansicht auf, die Seele sei Feuer. Für den blossen Prädicatsaccusativ ohne *εἶναι* nach *ὑπολαμβάνειν* cf. met. *Α*, 1006ᵃ 20. de an. I, 2. 404ᵇ 8. 405ᵃ 20."]

ὡς κινοῦν τὸ ἀγαθὸν ἀρχήν, ὁ γὰρ νοῦς κινεῖ· ἀλλὰ κινεῖ ἕνεκά τινος. Quid enim aliud est, nisi mentem movere e boni cognitione?

§ 14. 405a 19. Thales, qui ex aqua rerum universitatem genuit, vitam quoque in inanimi statuit natura, sicut magneti ferrum trahenti animam tribuit. Aristoteles id tantum sibi vult, ut animam in movendo a philosophis positam esse iudicaret. Simplicius fol. 8 a. „ἔοικεν", ὅτι μηδὲν αὐτοῦ ἐφέρετο σύγγραμμα. Philoponus (fol. 20) Thaletis mentionem praeter institutum iniectam esse accusat; id enim agi, ut eorum, qui ex eodem principio et rerum naturam condidissent et mentis cognitionem duxissent, exempla proponerentur; Thalem vero neque ex aqua mentem neque ex motu rerum naturam fecisse. De re ipsa cf. Diogen. Laert. I, § 24. Ἀριστοτέλης δὲ καὶ Ἱππίας φασὶν αὐτὸν καὶ τοῖς ἀψύχοις μεταδιδόναι ψυχάς, τεκμαιρόμενον ἐκ τῆς λίθου τῆς μαγνήτιδος καὶ τοῦ ἠλέκτρου. Plutarch. placit. phil. IV. 2. 1. Θαλῆς ἀπεφήνατο πρῶτος τὴν ψυχὴν φύσιν ἀεικίνητον ἢ αὐτοκίνητον. cf. Stobaei ecl. phys. I. p. 794. Nemes. de nat. hom. c. 2. Theod. serm. V. p. 545. ed. Paris.

§ 15. 405a 21. E respirationis natura tanquam necessaria vitae conditione Diogenem aerem duxisse vitae et animae principium, ex omnibus patet testimoniis. cf. Ritteri hist. philos. I. p. 221 sqq.

405a 22. ἀέρα τοῦτον] Si ἀέρα τοῦτον, ut fit, coniungitur, τοῦτον molestum est, ut deletum velis, nisi δεικτικῶς interpretandum censes, hunc, quem spiritu ducimus, aerem, quasi alius sit crassior. Sed haec duo verba ita dirimere praestat, ut post ἀέρα orationem incidas et τοῦτον tanquam accusativum ad verbum οἰηθεὶς trahas. Quod facilius erit.

§ 16. 405a 25. Schleiermacherus in dissertatione Heraclitea [1]) p. 485 sqq. acrius hunc locum exagitat, quasi Aristoteles Heraclitum parum intellegens in alienam formam transtulisset. Sed hoc periculosius videtur; certis enim fragmentis Heracliteis, quae repugnent, caremus. Nobis, quid Aristoteles cogitaverit, enucleasse sufficiat. Schleiermacherus, si de universi anima agi nec negat nec affirmat, cautius agere videtur. Si qua universae rerum naturae anima intellegenda esset, alicunde sane constaret, nova eiusmodi ratio cum a reliquis, qui vel antecedunt vel sequuntur, aliena sit, significanda fuisset. Est igitur anima non

---

1) Herakleitos der dunkle von Ephesos dargestellt aus den Trümmern seines Werks und den Zeugnissen der Alten in Museo antiquitatis Berolinensi I. 3.

nisi in animantibus ἀρχή. Si ignis in rerum universitate tanquam principium agit, ex hoc ipso ἀναθυμίασις, animantium origo, exsistit, ut ipsa ἀναθυμίασις artioribus his finibus ἀρχὴ dici possit. Haec ἀναθυμίασις si viae respondet, quae sursum fert (ὁδὸς ἄνω), consentire quodammodo videtur, quod Heraclito auctore (Stobaei serm. V. p. 74) αὐὴ ψυχὴ σοφωτάτη, et rursus (Galeno, quod anim. mor. ed. Chart. V. p. 450) αὐγὴ ξηρὴ ψυχὴ σοφωτάτη [1]) dicitur, hic enim animae status tanquam summa ἀναθυμιάσεως cogitari potest. Quam si rationem sequaris, non est, quod ad Philoponi sententiam descendas, quae in huius loci gratiam conficta videatur, ignem, quem Heraclitus principium posuerit, non esse flammam, sed ξηρὰν ἀναθυμίασιν, quod apertis reliquorum testimoniis repugnat. Philoponus enim scribit C. fol. 4 a: Εἴρηται πολλάκις ὅτι ἀρχὴν ἔλεγεν εἶναι τῶν ὄντων οὗτος τὸ πῦρ, πῦρ δὲ οὐ τὴν φλόγα, ὡς γὰρ Ἀριστοτέλης φησίν, ἡ φλὸξ ὑπερβολή ἐστι πυρός· ἀλλὰ πῦρ ἔλεγε τὴν ξηρὰν ἀναθυμίασιν, ἐκ ταύτης οὖν εἶναι καὶ τὴν ψυχὴν ὡς κινητοῦ καὶ λεπτομερεστάτης. Simplicius fol. 8 a. Aristotelem aliorsum trahit: περὶ δὲ Ἡρακλείτου συλλογιζομένῳ ἔοικεν οὐχ ὡς σαφῶς λέγοντος πῦρ ἢ ἀναθυμίασιν ξηρὰν τὴν ψυχήν. ἀλλ' ὡς τοῦ πυρὸς πρὸς τῷ λεπτομερεῖ καὶ τὸ εὐκίνητον ἔχοντος καὶ τῷ κινεῖσθαι τὰ ἄλλα κινοῦντος. καὶ διὰ ταῦτά τε τῇ ψυχῇ προσήκοντος, ὡς διὰ παντὸς τοῦ ζῶντος ἰούσῃ σώματος, καὶ ὡς τῷ κινεῖσθαι κινητικῇ καὶ ἔτι ὡς γνωστικῇ.

405ª 27. *τὸ δὲ κινούμενον κινουμένῳ γινώσκεσθαι*] Heraclitum eorum chorum duxisse, qui cuncta sempiterno motu immergerent, et Heracliteam philosophiam inter reliquas eo maxime vigere, quod naturae motum prima et apprehenderit et tenuerit, satis superque constat, neque allata testimonia repetere quicquam attinet (Plat. Theaetet. 160 B. 162 E. Cratyl. 401 D. 402 A. cf. Bz. ind. Ar. 320ª 1 sqq.). Ex quo facile menti cognoscenti id officium exsistebat, ut motam rerum naturam suo ipsius consequeretur motu. [2]) Quod Plato in Cratylo (p. 412 A.) ita expressit: ἥ γε ἐπιστήμη μηνύει ὡς φερομένοις τοῖς πράγμασιν ἑπομένης τῆς ψυχῆς τῆς ἀξίας λόγου, καὶ οὔτε ἀπολειπομένης οὔτε προθεούσης. Simplicius ad h. l. fol. 8 a. ἐν μεταβολῇ συνεχεῖ τὰ ὄντα ὑποτιθέμενος ὁ Ἡράκλειτος καὶ τὸ γνωσόμενον αὐτὰ τῇ ἐπαφῇ γινῶσκον συνέπεσθαι ἐβούλετο.

---

1) Cf. Schleiermacher l. l p. 507 sqq.
2) Schleiermacher l. l. p. 528.

§ 17. 405a 29. Alcmaeo] cf. metaph. I, 5. 986a 26. E motu, qui et animi est et corporum caelestium, Alcmaeo animam, aeque atque haec, esse immortalem collegisse dicitur. Nihil addi potest. Aperte enim Philop. fol. 20 b. (C. 1111 b) *οὔτε γὰρ τὰ συγγράμματα τῶν ἀνδρῶν τούτων πρόχειρα ἡμῖν ἐστιν, οὔτε ὁ Ἀριστοτέλης πλέον τι τούτων ἱστόρησε.* — Diog. Laert. VIII. c. 5. *ἔφη δὲ καὶ (Ἀλκμαίων) τὴν ψυχὴν ἀθάνατον καὶ κινεῖσθαι αὐτὴν συνεχὲς ὡς τὸν ἥλιον.* cf. De Alcmaeone Crotoniata scr. M. A. Unna in libro: Philologisch-hist. Studien auf dem akad. Gymn. in Hamb. Herausgegeben v. Chr. Petersen, 63 sq. 69 sqq. [Cf. Bz. ind. Ar. 33a 15.]

§ 18. 405b 2. Hippo, Periclis aequalis. Cf. Zeller hist. philos. Graec. I, 214 sqq.

φορτικωτέρων] cf. met. I, 3. 984a 3. *Ἵππωνα γὰρ οὐκ ἄν τις ἀξιώσειε θεῖναι μετὰ τούτων διὰ τὴν εὐτέλειαν αὐτοῦ τῆς διανοίας.* Simpl. phys. fol. 6 a. Rudis et importuna sententia, qualis nescire videtur, de quanta re agatur. Neque enim ad *ἀθεΐαν*, de qua tradit Simplicius, neque ad materiam, cui animam quasi concretam statuit, trahendum videtur.

§ 19. 405b 6. Critias] Philoponus ad h. l. C. 1110 (b.) *Κριτίαν ἔτι τὸν ἕνα τῶν τριάκοντα ὃς καὶ Σωκράτους ἠκροάσατο ἢ καὶ ἄλλον τινὰ λέγει. οὐδὲν γὰρ διαφερόμεθα. φασὶ δὲ καὶ ἄλλον Κριτίαν γεγονέναι σοφιστήν. οὗ καὶ τὰ φερόμενα συγγράμματα εἶναι ὡς Ἀλέξανδρος λέγει. τὸν γὰρ τῶν τριάκοντα μηδὲ γεγραφέναι ἄλλο τι πλὴν πολιτείας ἐμμέτρους. οὗτος οὖν τὴν ψυχὴν ἔλεγεν αἷμα εἶναι. αἷμα γάρ φησιν ἀνθρώποις περικάρδιόν ἐστι νόημα*, in quo hexametrum agnoscas (cf. Philop. A. fol. I, 6). Critias haud dubie triginta tyrannorum unus, sophistarum familiaris, e Platone satis notus.

405b 8. *πάντα γὰρ τὰ στοιχεῖα κριτὴν εἴληφε πλὴν τῆς γῆς*] Ita et met. *Α*, 8. 989a 7. *τῶν δὲ τριῶν στοιχείων ἕκαστον εἴληφε κριτήν τινα. οἱ μὲν γὰρ πῦρ, οἱ δ' ὕδωρ, οἱ δ' ἀέρα τοῦτ' εἶναί φασι.* Philoponus C. fol. 5 a: *κριτὴν ἀντὶ τοῦ προστάτην τὸν κρίνοντα καὶ τιθέμενον ἕκαστον αὐτῶν ἀρχὴν εἶναι.* At vero fieri non potest, ut causarum patroni et iudicis partes inter se commutentur; ille enim uni parti addictus, hic utriusque ius exaequans. Alia igitur translatio quaerenda est. *Κριταὶ* ii sunt, qui in Dionysiorum certaminibus poetarum iudices sedent, et digniori praemium tribuunt. Conferatur Iul. Pollux III, 145. *τοῖς μὲν μουσικοῖς κριταὶ κάθηνται, τοῖς δὲ γυμνικοῖς ἐφεστᾶσι βραβευταί.* Phavorinus p. 660. 15. *πέντε κριταὶ ἔκρινον τοὺς κωμικούς, ὡς φησὶν Ἐπίχαρμος.* Phot. p. 411. ed. pors. *πέντε κριταὶ*

οἱ τοῖς κωμῳδοῖς ἀποδεικνύμενοι. Ex ipsis classicis comparare placet Lysiam *περὶ τραύματος ἐκ προνοίας* c. 3 cum ipsius Aristotelis rhetor. III. 15. 1416^{a} 31. Laudatur praeterea de rei instituto Valesius ad Harp. p. 204. Spanheim ad Aristoph. ran v. 797. Platner Proc. I. 392 — 396 (e C.•F. Hermanni Gr. antiqq. publ. p. 287). Ita *κριτὴς* a certaminibus ad similia praemii constituendi munera abiit. Cuius rei exempla habet Xenophon Cyrop. VIII. 2. 13. Hell. IV. 2. 3 etc. v. Sturtz ind. Quae significatio Aristotelici loci esse videtur. „Omnia praeter terram elementa punctum tulere i. e. iudicis alicuius sententia ornata sunt." Sed manet scrupulus, qui eximatur. Iudicis vox adeo media est et neutri propensa, ut, quomodo *λαμβάνειν κριτὴν* aequum iudicem nancisci interpreteris, circumspiciendum sit. Itaque vide, an explicare malis, „Singula singulos iudices elementa occupavere, eorumque animos detinent." Fuit etiam vir doctus, qui *κριτὴν* ad eligentis vim tanquam ad primam *τοῦ κρίνειν* significationem redigendam esse erudite suaderet. [Cf. Bz. ind. Ar. 410^{a} 18: „iudicis suffragium tulit."]

405^{b} 9. *πλὴν εἴ τις αὐτὴν εἴρηκεν κτλ.*] Philoponus C. fol. 5 a. *ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς· οὗτος γὰρ καὶ τὴν γῆν ψυχὴν ἔλεγεν, ἢ μᾶλλον πιθανώτερον τὸ λέγειν ὅτι τὴν σύνθεσιν τῶν στοιχείων ψυχὴν ἔλεγεν.*

§ 20. 405^{b} 10. *τῷ ἀσωμάτῳ*] Quod accedit ad motum et sensum, quos iam supra Aristoteles significaverat § 2. Cave ne corpus plane tollas. Indicantur enim, qui atomos ponunt. cf. I, 5. 409^{b} 20. *οἱ δὲ σῶμα τὸ λεπτομερέστατον ἢ τῶν ἀσωματωτάτων τῶν ἄλλων.* Alpha privativum saepius de vi sua ita remittit, ut non plane neget, sed, quasi neget, vehementer imminuat. cf. II, 9. 421^{b} 6. *ἀνόσφραντον;* anal. pr. II, 23. 68^{b} 22. *ἄχολον.* cf. ad II, 10. § 3.

405^{b} 14. *πλὴν ἑνός*] Praeter Anaxagoram; quem veteres interpretes ad unum omnes intellexere. Anaxagoras mentem e materiae ditione exemit. Mundum dum ex homoeomeriis condit, facit, ut mens dissimilis et plane non mixta cognoscat. Nulla inter haec cognatio, ut duo principia, alterum rerum, mentis alterum, toto caelo distent.

§ 21. 405^{b} 17. *καὶ τὴν ψυχὴν πλείω ποιοῦσι*] i. e. *ἐκ πλειόνων.*

§ 22. 405^{b} 19. cf. ad I, 2. § 5. § 13. III, 4. § 3.

405^{b} 22. *οὔτ' ἐκ τῶν εἰρημένων συμφανές ἐστιν*] Philoponus C. fol. 5 a. *οὔτε ἐκ τῶν αὐτοῦ λόγων ἐστὶ τοῦτο συλλογίσασθαι.*

§ 23. 405^b 23. ὅσοι δ' ἐναντιώσεις κτλ.] Philopon. C. fol. 5 b. τοιοῦτος ἦν Ἐμπεδοκλῆς. τὰ γὰρ τέσσαρα στοιχεῖα ἐξ ὧν τὴν ψυχήν φησιν εἶναι, ἐξ ἐναντίων ποιοτήτων σύγκεινται, ἔτι δὲ τὸ νεῖκος καὶ ἡ φιλία, οἱ δὲ θάτερον τῶν ἐναντίων, οἷον θερμὸν ἢ ψυχρόν, ἤ τι τοιοῦτον ἄλλο· καὶ τὴν ψυχὴν ὁμοίως ἕν τι τούτων τίθενται. θάτερον τῶν ἐναντίων τίθεται Ἵππων καὶ Ἡράκλειτος, ὁ μὲν τὸ θερμόν, πῦρ γὰρ τὴν ἀρχὴν εἶναι, ὁ δὲ τὸ ψυχρὸν ὕδωρ τιθέμενος τὴν ἀρχήν.

405^b 28. ζῆν, quoniam cum ζέω, ebulliendi verbo, in quo fervendi vis, cognatum est, facile ad calorem trahi potuit.

405^b 29. ψυχὴ a refrigerando ducitur, ut cum spiritu cognationem habeat. Ita Platon. [1]) Cratylus p. 399 E. οἶμαί τι τοιοῦτον νοεῖν τοὺς τὴν ψυχὴν ὀνομάσαντας, ὡς τοῦτο ἄρα ὅταν παρῇ τῷ σώματι αἴτιόν ἐστι τοῦ ζῆν αὐτῷ, τὴν τοῦ ἀναπνεῖν δύναμιν παρέχον καὶ ἀναψῦχον· ἅμα δὲ ἐκλείποντος τοῦ ἀναψύχοντος τὸ σῶμα ἀπόλλυταί τε καὶ τελευτᾷ· ὅθεν δή μοι δοκοῦσιν αὐτὸ ψυχὴν καλέσαι. Similiter Chrysippus apud Plutarchum de Stoicor. repugnantiis. c. XLI. τὸ βρέφος ἐν τῇ γαστρὶ φύσει τρέφεσθαι, καθάπερ φυτόν· ὅταν δὲ τεχθῇ, ψυχόμενον ὑπὸ τοῦ ἀέρος καὶ στομούμενον τὸ πνεῦμα μεταβάλλειν καὶ γίνεσθαι ζῷον· ὅθεν οὐκ ἀπὸ τρόπου τὴν ψυχὴν ὠνομάσθαι παρὰ τὴν ψύξιν. Ad hanc ψυχῆς notationem laudatur Tertullianus de anima c. XXIV. T. IV. p. 266. Seml. „Hicesius iam natis animam superducit ex aeris frigidi pulsu, quia et ipsum vocabulum animae penes Graecos de refrigeratione respondens." De refrigeratione ad vitam necessaria v. Arist. de resp. 8. 474^b 23. Quinam primi hanc et

---

1) [De iis, qui in etymologia veritatem quaerebant, cf. Steinthal, Geschichte der Sprachwissenschaft bei den Griechen und Römern, p. 80: „Aristoteles spricht von τοῖς ὀνόμασιν ἀκολουθοῦσιν, solchen, welche dem Namen nachgehend philosophiren, worunter aber nicht eine bestimmte Schule verstanden wird; denn Ar. berichtet eben von entgegengesetzten Ansichten über das Wesen der Seele, die sich aber dennoch in gleicher Weise auf die Erklärung des Wortes ψυχὴ stützten; nur dass jede Partei anders erklärte je nach ihrer Ansicht. Liess sich doch selbst der nüchterne Demokrit, der doch die Sprache nicht für φύσει hielt, gelegentlich nicht minder zur Etymologie hinreissen (τὸ ζῆν leitet er ab von ἀναπνεῖν, wofür dialektisch ζάειν gesagt wird). — Auch nicht bloss Philosophen, Historiker nicht minder etymologisirten, wie Herodot. Während Heraklit mit den Pythagoraeern θεός von θεῖν, laufen, ableitet und die Götter als die ewig kreisenden Gestirne erklärt, gibt Herodot II, 52 von demselben Worte eine andre Etymologie: θεοὺς προςωνόμασάν σφεας ἀπὸ τοῦ τοιούτου, ὅτι κόσμῳ θέντες τὰ πάντα πρήγματα."]

ζωῆς et ψυχῆς originem in subsidium vocaverint, ex incerta hac apud Aristotelem rei mentione definiri non potest. Videntur autem οἱ τὸ θερμὸν λέγοντες τὴν ψυχὴν Democritus, Heraclitus, Critias; nec Diogenes Apolloniates ab his removendus est; animantium enim animam aerem statuisse dicitur eumque eo, quo vivimus, calidiorem, eo autem, qui solem ambit, frigidiorem (Simpl. phys. fol. 33 a). Itaque non est, quod Diogenem ad contrarias partes trahas, quamvis, quoniam sententiae summam ab aeris spiritu duxit, illa animae tanquam refrigerationis notatio a Diagene non abhorreat. Qui frigidum animam posuerint (οἱ τὸ ψυχρόν), difficilius est dicere. Si cui Hipponis aquam ad animae dignitatem evehentis in mentem venit, ad hunc certe refrigerandi ratio a vocis natura petita, si quidem in spiritu similitudinis vis sita est, minus pertinet.

Cap. 3.

Citatur huius capitis disputatio in libro de motu an. 6. 700^b 5.

§ 1. 405^b 31. Propositio.

406^a 1. ἢ δυνάμενον κινεῖν] sc. ἑαυτό, ut supplet Themistius, qui citat Plat. de lgb. 10.

§ 2. 406^a 3. πρότερον] cf. I. 2. § 2, ubi significata quidem res est. [Exposita phys. Θ, 5. cf. Bz. ind. Ar. 99^a 1: „quod Trdlbg. de an. I, 2. 403^b 29 respici putat, probari non potest."]

Navis per se movetur; nautae non per se ipsi, sed eo quod in nave sunt; neque enim utuntur pedibus, qui est proprius eorum motus. Philoponus ad h. l.: δῆλόν φησιν ἐκ τοῦ τὰ μόρια δι' ὧν κινεῖται καθ' αὑτὸν κινούμενος ὁ πλωτὴρ ἀκίνητα εἶναι.

406^a 8. [δῆλον δ' ἐπὶ τῶν μορίων[1]) Ingressus, etsi pedibus proprius, ad universos homines pertinet.]

406^a 11. εἰ καθ' αὑτὴν κινεῖται καὶ μετέχει κινήσεως] Cur adiectum sit καὶ μετέχει κινήσεως, non patet. Cave conicias ἢ μετέχει κτλ., eo quidem consilio, ut in illa enunciationis parte motus per se absolutus, in hac is, qui accidit, indicetur. Neque enim e Platonis dicendi consuetudine neque ex Aristotelis (cf. quod sequitur 406^a 21. εἴπερ φύσει

---

1) [In ed. pr. legebatur: μόρια num pro instrumentis habenda sint, potest dubitari. „Partes, quae rei motae adhaerent ita moveri per aliud, facile patet." cf. § 3. Sic album pars potest dici.]

κινήσεως μετέχει) in hac formula, quod tanquam accidens sequatur, unquam quicquam positum est. Philoponus ad h. l. *διατί δὲ εἰπὼν εἰ καθ' αὑτὴν κινεῖται προσέθηκε καὶ μετέχει κινήσεως; διότι τῶν καθ' αὑτὰ κινουμένων τὰ μὲν συνουσιωμένην ἔχει τὴν κίνησιν· καὶ διὰ τοῦτο συμπληρωτικὴν τῆς οὐσίας ὡς τὰ οὐράνια· τὰ δὲ συνουσιωμένην μὲν αὐτὴν οὐκ ἔχει οὐδὲ συμπληρωτικὴν τῆς οὐσίας. τὴν μέντοι δύναμιν τοῦ κινεῖσθαι ἐν τῇ φύσει ἔχουσιν ὥστε δύνασθαι μετέχειν τῆς κινήσεως, ὅταν ᾖ τὸ κινοῦν ὡς ἡ βῶλος. μεθεκτικὴ γάρ ἐστι κινήσεως· οὐκ αὐτὴ ἐν κινήσει οὐσίωται. ζητοῦμεν οὖν περὶ ψυχῆς· εἴτε συνουσιωμένην ἔχει τὴν κίνησιν ὡς οἱ αὐτοκίνητον αὐτὴν λέγοντες· εἴτε συνουσιωμένην μέν, οὐ μετασχεῖν* (l. *μὲν οὔ, μετ. κτλ.*) *μέντοι κατ' οὐσίαν αὐτῆς δύναται.* Quae si vera esset explicatio, disiungenda esset utraque enunciationis pars, nec vero copulanda, ut *ἢ* legendum esset.

§ 3. 406ᵃ 12. *τεσσάρων δὲ κινήσεων οὐσῶν*] cf. met. *Λ*, 2. 1069ᵇ 9. *εἰ δὴ αἱ μεταβολαὶ τέτταρες, ἢ κατὰ τὸ τί ἢ κατὰ τὸ ποιὸν ἢ ποσὸν ἢ ποῦ, καὶ γένεσις μὲν ἡ ἁπλῆ καὶ φθορὰ ἡ κατὰ τόδε, αὔξησις δὲ καὶ φθίσις ἡ κατὰ τὸ ποσόν, ἀλλοίωσις δὲ ἡ κατὰ τὸ πάθος, φορὰ δὲ ἡ κατὰ τόπον, εἰς ἐναντιώσεις ἂν εἶεν τὰς καθ' ἕκαστον αἱ μεταβολαί.* cf. *N*, 1. 1088ᵃ 31. Quibus locis quod primum ponitur movendi genus, ortus et interitus, id aliis locis (met. *K*, 11, 1068ᵃ 1. phys. V, 1. 2.) tanquam non vere motio ita excluditur, ut tria restent (de caelo IV, 3. 310ᵃ 23, de an. II, 4. 415ᵇ 21 sq.) quae, ut loco nostro, quatuor numerari possunt, si *κίνησιν κατὰ τὸ ποσὸν* in duos dividas motus *αὔξησιν* et *φθίσιν*.

Haec si quatuor movendi genera, motus ex loco in locum, mutatio, incrementum, decrementum, ipsam per se animae naturam consequuntur, locus quoque in animam cadit, quoniam in omnibus his movendi generibus locus cernitur. At aliter res se habet, si haec movendi genera per aliud, in quod cadunt, ad animam referuntur, sicut albus color non ex sua natura movetur, sed quod corporis est moti.

§ 4. 406ᵃ 22. *ἔτι εἰ φύσει κινεῖται, κἂν βίᾳ κινηθείη. κἂν εἰ βίᾳ, καὶ φύσει*] Quae per se moventur, etiam pelli possint extrinsecus; quae contra extrinsecus, etiam sua natura. Priora offendunt, si conferas, quae paulo infra leguntur (406ᵇ 7): *οὐ δεῖ δὲ ᾧ τὸ ὑφ' ἑαυτοῦ κινεῖσθαι ἐν τῇ οὐσίᾳ, τοῦτο ὑπ' ἄλλου κινεῖσθαι.* Possunt tamen defendi. Quae enim ita sunt comparata, ut sua vi moveantur, nec prohibere poterunt, quominus vi pellantur. Posteriora falsa omnino.

Quae enim moles vi pelluntur, multum absunt, ut et natura sua moveantur. Agnoscuntur tamen iam ab Alexandro, Ioanne Philopono teste.

Quae ad posteriora tuenda a Ioanne Philopono afferuntur, magis in verbis haerent, quam re ipsa praebentur. Scribit enim: *ὅτι μὲν τὰ βίᾳ κινούμενα καὶ κατὰ φύσιν κινεῖται πρόδηλον. τὸ γὰρ βίᾳ κινούμενον παρὰ φύσιν κινεῖται· τὸ δὲ παρὰ φύσιν ἐκτροπή ἐστιν τοῦ κατὰ φύσιν. οὐδὲν δέ ἐστιν ἀεὶ ἐν τῷ παρὰ φύσιν.* At omnino alia, quae apud Aristotelem leguntur. Aliud est *κατὰ φύσιν*, quod explicari potest, ita ut motus a natura admittatur, aliud *φύσει*, id est, motus, qui, nulla vi extrinsecus pellente, sua naturae vi evenit. Priora Philopono magis negotia facessunt. Ita demum expedit: *ταῦτα δὲ κινεῖται βίᾳ τῶν φύσει κινουμένων ὅσα ἐναντίας ἔχει κινήσεις. ἔχοιεν δ' ἂν καὶ αἱ τῆς ψυχῆς κινήσεις.*

Simplicius fol. 9 a: *ἡ τῶν ἐν γενέσει ζῴων δηλαδὴ ψυχή, περὶ ἧς ὁ λόγος καὶ ἡ ὑπόθεσις τῷ κινεῖσθαι κινεῖν. οὐ γὰρ καθόλου ἠξίωται πᾶν φύσει κινούμενον καὶ βίᾳ κινεῖσθαι. ὅπερ ψεῦδος διὰ τὰ οὐράνια. ἀλλ' ἰδίως περὶ τῆς τοιαύτης εἴρηται ψυχῆς. ἥτις τὰς τοιαύτας κινεῖ κινήσεις τὰς καθ' ὅλον τὸ ζῷον, αἷς καὶ τὸ βίαιον παρυφίσταται κτλ. — καὶ τὸ ἀνάπαλιν εἰ βίᾳ καὶ φύσει. οὐ γὰρ ἂν ἐβιάσθη μὴ πεφυκός, τὸ δὲ πεφυκὸς ἔχοι ἄν τινα κατὰ φύσιν κίνησιν.* At vero ea est in his procedendi via, ut a motu communia ad animam convertantur. Quae si non congruunt, ab anima motum abhorrere apparet. Ita et hoc loco, violenta ratio, quae in communem movendi notionem cadit, ab anima excluditur. Fieri igitur non potest, ut, quae propositio in universum de motu dicta est, ut absurda de anima consequantur, iam ad solam animam restringatur. Infringitur enim rei nervus. Adde, quod Aristoteles violentos animae motus esse aperte negat. Itaque sententia, sive ad mobilia omnia dilates, sive ad animam solam contrahas, undequaque laborat; flagitatur tamen sententia, quae sequentia paret. Fortasse posteriora *κἂν εἰ βίᾳ, καὶ φύσει* eicienda sunt. In quo ut audacia reprimatur, efficit locus non dissimilis. Scribitur enim de caelo III. 2. 300ᵃ 21. *ἐπεὶ γὰρ κινούμενα φαίνεται, κινεῖσθαί γε ἀναγκαῖον βίᾳ, εἰ μὴ οἰκείαν ἔχει κίνησιν· τὸ δὲ βίᾳ καὶ παρὰ φύσιν ταὐτόν. ἀλλὰ μὴν εἰ παρὰ φύσιν ἐστί τις κίνησις, ἀνάγκη εἶναι καὶ κατὰ φύσιν, παρ' ἣν αὕτη· καὶ εἰ πολλαὶ αἱ παρὰ φύσιν, τὴν κατὰ φύσιν μίαν· κατὰ φύσιν μὲν γὰρ ἁπλῶς, παρὰ φύσιν δ' ἔχει πολλὰς ἕκαστον.* Quod verum est, si omnino motum in aliquam rem cadere conceditur.

De quo quoniam in anima admodum dubitatur, loci similitudine difficultas non tollitur. Si vero utrumque locum inter se exaequare velles: lectionem κατὰ φύσιν [1]), quam codex Parisinus (E), cui in ceteris palma defertur, praebere traditur, arripere posses.

406a 25. ὁμοίως δὲ καὶ εἰς ὃ κινεῖται βίᾳ κτλ.] cf. de caelo III, 2. 300a 28. καὶ γὰρ ἠρεμεῖν ἀναγκαῖον ἢ βίᾳ ἢ κατὰ φύσιν· βίᾳ δὲ μένει οὗ καὶ φέρεται βίᾳ, καὶ κατὰ φύσιν, οὗ κατὰ φύσιν.

§ 5. 406a 30. περὶ τῶν μεταξύ. Media inter ignem et terram aër et aqua sunt posita (cf. Plat. Tim. p. 32 C.), ita ut illa, sicut ignis, sursum, haec, sicut terra, deorsum feratur. Cf. Arist. de caelo III, 5. 303b 9 sqq. IV, 2, 3, 4. 308a 34 sqq.

§ 6. 406a 30. Anima, si quid movet, corpus movet. Si, quemadmodum anima, corpus movetur, re inversa recte dixeris, quemadmodum corpus, ita animam moveri. Atqui corpus, si movetur, locum commutat (φορά). Quod si anima idem valeret, et e corpore exire et in corpus redire posset, id quod non potest. Ita quidem Aristoteles sententiam ab hac quoque parte quasi ad incitas redigit. Ex ea, ut solet, consequentia colligit, et quasi nectit, dum ad repugnantiam delabantur. Repugnat autem animam quasi pro arbitrio corpus et occupare et relinquere. In hac repugnantia tanquam omnibus manifesta consistere par est; neque additur, quod leniat et quasi ad vulgarem hominum opinionem accommodet. Quare, quae adiciuntur, sequi, ut quae animantia mortua sint, ad vitam rursus surgant: eo certe consilio addidit Aristoteles, ut sententiam refutaret, si communi experientiae adversari demonstrasset. At verba non temere ea suspicione absolvenda sunt, proficisci a manu Christiani lectoris carnis resurrectionem ex Aristotelis propositionibus cupide concludentis. Adeo verba Christianum [2]) saeculum sapiunt. Fortasse ex ipsis commentatoribus, sui temporis placita respicientibus, redundarunt. Verba quidem non premenda. Illud ἀνίστασθαι iam in Iliade, sed ad rem singularem multo accom-

1) [κατὰ φύσιν legit in codice E Bekkerus, Trendelenburgius post eum καὶ φύσει, sed in rasura; in apparatu critico legas (κατὰ φύσιν E Bekk.)]

2) [Hoc negat Bz. Hermes VII, 428: „Gerade der Anschaulichkeit der Widersinnigkeit derjenigen Folgerungen, zu denen die bestrittene Definition führe, dient dies letzte Sätzchen. Auferstehen von dem Tode erscheint als eine eben solche Umkehrung der bestehenden Weltordnung, wie etwa eine Umkehrung des Laufes der Sonne."]

modatius (XXI. 55) ἦ μάλα δὴ Τρῶες μεγαλήτορες, οὕσπερ ἔπεφνον, αὖτις ἀναστήσονται ὑπὸ ζόφου ἠερόεντος.

406a 32. ἀντιστρέψασιν εἰπεῖν] Saepius apud Aristotelem. Dativus e nota illa similitudine συνελόντι εἰπεῖν.

406b 2. μεταβάλλοι ἂν] i. e. τόπον.[1]) Eodem sensu Platonis Timaeus p. 42. σφαλεὶς δὲ τούτων εἰς γυναικὸς φύσιν ἐν τῇ δευτέρᾳ γενέσει μεταβάλλοι. Arist. hist. anim. VIII, 12. 597a 5. μεταβάλλουσι γὰρ ἐκ τῶν Σκυθικῶν εἰς τὰ ἕλη.

406b 2. ἢ ὅλη] ut si recta moveretur, ἢ κατὰ μόρια, ut si circulo. Ita Conr. Gesner. Minime; neque enim ad motus genus pertinet. Haec potius est sententia: Sequeretur animam vel omnem vel eius inter se facultates tanquam partes locum mutare.

§ 7. 406b 5. Potest quidem fieri, ut aliquid praeter motum, qui sibi proprius est, alium extrinsecus accipiat; hic vero κατὰ συμβεβηκός. [Qui igitur motus a sensibus animo accidit, nihil nisi κατὰ συμβεβηκὸς esset.] Sic bonum, quod ad se solum refertur (καθ' αὑτό), non ad aliud tanquam ad finem revocari debet (ἑτέρου ἕνεκα) nec quod per se bonum est, per aliud esse debet. Ita, verbis, quae inter se respondent, ut saepe fit, commutatis τὸ ἀγαθὸν καθ' αὑτὸ oppositum est τῷ ἀγαθῷ ἑτέρου ἕνεκα, τὸ δι' αὑτὸ τῷ δι' ἄλλο.

Aliter quidem Simplicius et Philoponus. Opponunt inter se τὸ ἀγαθὸν καθ' αὑτό et τὸ ἀγαθὸν δι' ἄλλο, τὸ ἀγαθὸν δι' αὑτὸ et τὸ ἀγαθὸν ἑτέρου ἕνεκα. Philoponus his verbis: εἴληπται δὲ αὐτῷ ἡ μὲν πρώτη ἀντίθεσις ἐκ τῆς διαφορᾶς τῶν ποιητικῶν αἰτίων, ἡ δὲ δευτέρα ἐκ τῆς διαφορᾶς τῶν τελικῶν. οἷον καθ' αὑτὸ μὲν λεγόμεθα ἔχειν τὸ ὁρᾶν. τοῦτο

---

1) [Ut quod hic necessarium sit, τὸ γένος τῆς μεταβολῆς diserte indicetur, Bz. l. l. coniecit: μεταβάλλοι ἂν κατὰ τόπον, omisso τὸ σῶμα. Idem assentitur Gesnero in explicanda sententia verborum, quae sunt (406b 2): ἢ ὅλη ἢ κατὰ μόρια μεθισταμένη: „aus dem Wesen der räumlichen Veränderung aber ergeben sich zwei Möglichkeiten, entweder das Ganze ändert seinen Ort, oder während das Ganze denselben Ort behauptet, ändern, z. B. bei der Drehung die einzelnen Theile ihren Ort. — Sequentia ita scribit: εἰ δὲ τοῦτο, ἐνδέχοιτ' ἂν καὶ ἐξελθοῦσαν εἰσιέναι πάλιν (cod. y et SWX). „Durch μεταβάλλοι ἂν κ. τ. hat Ar. nicht die blosse Möglichkeit der räumlichen Bewegung für die Seele, sondern er hat die räumliche Bewegung als eine aus den Prämissen nothwendig hervorgehende Consequenz für die Seele bezeichnet. Aus dieser, zusammengenommen mit der das Ganze beherrschenden Voraussetzung, dass ein wesentlicher Zusammenhang zwischen Seele und Leib in dieser Erklärung der Seele nicht angenommen ist, ergibt sich dann die Möglichkeit eines beliebigen Aus- und Eingehens der Seele in den Leib."].

οὖν οὐκ ἂν ἡμῖν ποτε δι' ἄλλο τι γένοιτο. ἐξ αὐτῆς γὰρ τῆς φύσεως τὸ ποιητικὸν αἴτιόν ἐστι τοῦ ὁρᾶν. τὸν μέντοι πλοῦτον οὐκ αὐτοὶ ἔχομεν, ἀλλὰ δι' ἄλλο (dicendum potius fuisset *δι' ἄλλου*), *δι' ἐμπορίαν ἢ γεωργίαν ἤ τι τοιοῦτο. κτλ. τὴν ἀρετὴν δι' αὐτὸ ἐπιτηδεύομεν καὶ οὐκ ἄλλου ἕνεκεν.*

Simplicius magis ad rem accommodate: *ὑγίεια καθ' αὑτὴν ἀγαθή, τελειότης οὖσα τοῦ ζῶντος σώματος, τὸ δὲ ὑγιεινὸν διὰ τὴν ὑγίειαν. καὶ ἡ μὲν ἀρετὴ δι' αὑτὴν ἀγαθή. ἐπειδὴ αὐτὴ τὸ οὗ ἕνεκα καὶ τέλος. ὁ δὲ πλοῦτος φέρε ἄλλου ἕνεκα καὶ ὅσα ὀργανικὰ λέγομεν ἀγαθά. οὐκ ἔστιν οὖν τὸ καθ' αὑτὸ ᾗ τοιοῦτον δι' ἄλλο. οὐδὲ τὸ δι' ἑαυτὸ ὡς δι' ἑαυτὸ ἄλλου ἕνεκα, οὐδὲ τὰ ἀντικείμενα ὁμοίως, ἀλλὰ κἂν τὸ αὐτὸ δι' ἑαυτὸ ᾖ αἱρετὸν καὶ δι' ἄλλο, ἀλλ' οὐ κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον.*

§ 8. 406b 11. Ab iis, quae sensus pellunt, animus dicitur moveri. Sed si intima animi natura in eo est posita, ut moveatur ipsa, diffluit et ipsius quasi substantiam ipsa perimit (*ἔκστασις ἐκ τῆς οὐσίας*). Ita Themistius animi naturam, si ita se habet, flumini comparat, quod ne punctum quidem temporis in eadem conditione permanet. Simplicius fol. 10 a. *ἐν μεταβολῇ γὰρ πᾶσα κίνησις. τὸ δὲ μεταβάλλον πᾶν ἐξίσταται πάντως τοῦ ἐν ᾧ πρότερον ἦν. ὥστε καθ' ὃ ἂν γένοιτο γένος ἡ κίνησις κατὰ τοῦτο ἐξίστασθαι τὸ κινούμενον. οἷον κατὰ ποσὸν ἢ κατὰ ποιὸν καὶ κατ' οὐσίαν ἄρα. ἐὰν οὖν καὶ ἡ ψυχικὴ οὐσία μὴ κατὰ συμβεβηκὸς ἀλλὰ καθ' αὑτὴν κινῆται, ἐκστήσεται κατ' οὐσίαν ὡς φθείρεσθαι ἢ γίνεσθαι.* Simili ratione Philoponus, ut *κίνησις*, quale quid sit, spectet, quem motum mutationem et interitum consequi.

Ita quidem universa sententia declarata est; sed in singulis haeremus; quae cum a commentatoribus tanquam per se manifesta praetermittantur, clarius fuisse disposita conicimus — *ἀλλὰ μὴν καὶ εἰ κινεῖ γε αὐτὴ αὑτήν*, sed si anima ipsa semet ipsam movet, in quo omnis per accidens motus excluditur, *καὶ αὐτὴ κινοῖτ' ἄν*, ipsa quoque moveatur, *ὥστ' ἐξίσταιτο*, ut naturam deserat suam. In quo ieiunum videtur illud „ipsa quoque moveatur", consequens enim nihil aliud agit, nisi ut conditionem repetat; ut nova accedat notio, quae quasi media antecedentem conditionem cum conclusione iungat sequenti, interponendum crediderim *οὐσία*, cui voci facile accidere potuit, ut a sequenti eaque simili absorberetur. Quae si inserta est notio, facilius oratio procedit, ut, si omnis motus egressus (*ἔκστασις*) est rei motae, quatenus movetur, anima quoque suam ipsius naturam (*οὐσίαν*) egrederetur. Quod additamentum

si non admittitur (neque enim eius apud Alexandrum Aphrodisiensem *ἀπορ. καὶ λύσ. Β. β'* p. 86 Sp. vestigium), premenda est passivi vis: si se movet anima, non solum agit, sed etiam patitur, ut movens moveatur. Quae patiendi notio praeparat id, quod sequitur, moveri itaque, ut a se desciscat. Alex. Aphr. p. 87, lin. 21 Sp. *ἀλλ' εἰ πᾶν τὸ κατά τι κινούμενόν τε καὶ μεταβάλλον ἐξίσταται τοῦ καθὸ κινεῖται, τὸ μὲν κατὰ τόπον τοῦ τόπου, τὸ δὲ κατὰ πάθος τοῦ πάθους, τὸ δὲ κατὰ μέγεθος τοῦ μεγέθους, καὶ τὸ κατὰ ψυχὴν κινούμενον ἐξίσταται τὸ ἐν τούτῳ, ὥστε καὶ ἡ ψυχὴ εἰ καθὸ ψυχή ἐστιν ἀεὶ κινεῖται, ὑφ' αὑτῆς καὶ μὴ κατὰ συμβεβηκός, ἐξίσταιτο ἂν τῆς οὐσίας τῆς ἐν ᾗ ἐστι καὶ τῆς ψυχῆς καθ' ἣν τὸ εἶναι αὐτῇ.* Quid autem est, quod adicitur (406^b 14) *εἰ μὴ κατὰ συμβεβηκὸς αὑτὴν κινεῖ?* i. e. si *αὑτὴν* legendum est, nisi per accidens se movet anima, ita quidem, ut anima corpus moveat, corpore rursus anima locum commutet, atque ita corpore demum interposito, motus ad animam redeat. Ad protasin redire videtur, quae est constructionis confusio, neque opus erat, ut rediret. Iam enim per se cavet protasis, ne motus per accidens intellegatur. Rursus autem exsistit oppositio, *ἀλλ' ἔστιν κτλ.* Quae si disiungitur, ut universae sententiae obiciatur, plane conturbat. Pertinet, si recte se habet, ad id quod antecedit *εἰ μὴ κτλ.*

Ne haec postrema repeterent, quae in priori conditione posita erant, in mentem venit scribere, interpunctione mutata: *Εἰ μὴ κατὰ συμβεβηκὸς αὐτὴν κινεῖ ἄλλο, ἔστιν ἡ κίν. τ. οὐσ. αὐτ. καθ' αὑτ.* In quo nihil desideres, praeter coniunctionem *γὰρ*, quae artius connectat.

§ 9. 406^b 15. Sequitur ea ratio, ut anima corpus moveat, sicut ipsa movetur. Ita quidem Democritus, quem facete comparat Aristoteles Philippo comoedo, qui Venerem Daedali statuam, argento vivo infuso, motam esse dixit; sic atomos ita comparatas, ut quiescant nunquam, omne secum trahere corpus et movere.

De Philippo, ipso Aristophanis filio v. Meineke in quaestionum scenicarum specimine tertio p. 9, qui quidquid Philippi vel titulorum vel proverbiorum superst, docte digessit.

§ 10. 406^b 22. Quod si tali modo anima sese habeat, quomodo quiescere possit, non apparet.

πῶς ποιήσει] Futurum tempus conditionem respicit, quae intellegitur: si ita est, quomodo efficeret? — Paucis tantum verbis Aristoteles animum a fictis his movendi quasi machinis ad cogitationis et consilii libertatem traducit.

406b 25. *προαίρεσις*] cf. eth. Nicom. III, 2. 3. consilium, ex quo agendi principium, illa est notio, in qua ethicae quasi nervus, quippe in qua voluntatis libertas a naturae necessitate discedat. *προαίρεσιν* ita Aristoteles enucleat tanquam *πρὸ ἑτέρων αἱρετὸν* continentem; est autem *μετὰ λόγου καὶ διανοίας*. (eth. III, 2). Hac quidem ratione hoc loco additur „*καὶ νοήσεως*," quae, magis communi, quam suprema illa vi intellegitur, qua in summa veritate invenienda versatur.

§ 11. 406b 25. *τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ὁ Τίμαιος*] Locum, qui sequitur, ad Platonis Timaeum, nec vero ad Timaeum Pythagoreum pertinere, cuius nulla est apud Aristotelem memoria, pluribus demonstravimus in libello, quem edidimus, Platonis de ideis et numeris doctrina ex Aristotele illustrata p. 17 sqq. Egregie congruit Platonis Timaeus (p. 36 sq.).

Apud Platonem anima re vera est *μικρόκοσμος τοῦ μακροκόσμου*. Animus, si ex universi imagine est conditus, universum cognoscere valet; et contra, si universum mundum in se quasi recipit et concipit, universi naturae particeps esse debet. Itaque easdem rationes, eosdem motus, qui sunt rerum caelestium, animus refert. Platonem in Timaeo quam maxime obscurum illustrare, huius loci non est. Sunt autem haec quatuor, quae Aristoteles recte indicavit, primum corpus animae motibus moveri, deinde eam ex elementis constare, tum ita esse divisam, ut numeros harmonicos, in quibus omne verum inest, habeat, denique ita esse comparatam, ut eosdem ac caelum habeat motus.

406b 26. *τὴν ψυχὴν κινεῖν τὸ σῶμα*] cf. Tim. 34 A. *κίνησιν γὰρ ἀπένειμεν αὐτῷ τὴν τοῦ σώματος οἰκείαν, τῶν ἑπτὰ τὴν περὶ νοῦν καὶ φρόνησιν μάλιστα οὖσαν*. Ex quo loco ne contrarium elucere videatur, conferenda sunt quae sequuntur: *ὁ δὲ καὶ γενέσει καὶ ἀρετῇ προτέραν καὶ πρεσβυτέραν ψυχὴν σώματος, ὡς δεσπότιν καὶ ἄρξουσαν ἀρξομένου συνεστήσατο*.

406b 28. *συνεστηκυῖαν γὰρ ἐκ τῶν στοιχείων*] *στοιχεῖα* latiori significatione, ut non sola materia contineantur. Sunt autem *τὸ αὐτὸ* et *τὸ ἕτερον*, hoc quidem illo magis ad materiam reiectum. Compares Platonis locum: *τῆς ἀμερίστου καὶ ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ἐχούσης οὐσίας καὶ τῆς αὖ περὶ τὰ σώματα γιγνομένης μεριστῆς, τρίτον ἐξ ἀμφοῖν ἐν μέσῳ συνεκεράσατο οὐσίας εἶδος κτλ.*

406b 29. *μεμερισμένην κατὰ τοὺς ἁρμονικοὺς ἀριθμούς*] Iam ex harmoniae numeris mundus est dispositus; ex eorum intervallis caelestia corpora sunt disiuncta; numerus autem

eodem modo animo est inditus, ut universi capax fiat. In illo humana mens legem iusto avidius praeoccupavit; sed etiamsi erravit, ea est in errore veritas, quod legem et rationem suam secuta nusquam sortem et casum, nusquam repugnantiam concordiae plane expertem esse voluit. Hoc autem ad numerorum redit doctrinam, quam superiori capite attigimus. Plato in Timaeo hanc ad harmoniae numeros divisionem magis ponit, quam confirmat. Rationes exponendas lepide sibi condonat, ita ordiens: *πάλιν ὅλον τοῦτο μοίρας ὅσας προσῆκε διένειμεν*, quasi cur hae solae rationes conveniant per se pateret. Conveniunt autem solae utpote summae, quae in rerum naturam cadunt.

406^b 31. *τὴν εὐθυωρίαν εἰς κύκλον κατέκαμψεν*] Hos numeros harmonicos ad rectam dispositos in orbem inflexit, ut ad sphaerarum exemplar animus crearetur. Cf. Timaeus p. 36 C. *ταύτην οὖν τὴν ξύστασιν πᾶσαν, διπλῆν κατὰ μῆκος σχίσας, μέσην πρὸς μέσην ἑκατέραν ἀλλήλαις, οἷον X προσβαλών, κατέκαμψεν εἰς κύκλον, ξυνάψας αὑταῖς τε καὶ ἀλλήλαις ἐν τῷ καταντικρὺ τῆς προσβολῆς*, etc. aperte, ut ecliptica et solis et planetarum via a stellarum fixarum orbe declinans gigneretur. Orbis signifer, in quo cum sole planetae, aequatorem circulum, qui sphaerae, in qua stellae fixae, medius est, quoniam declinat, duobus punctis secare videtur (*δισσαχῇ συννημένους*). Zodiacus rursus in septem orbes dividendus, ut cum sole planetae suam quisque habeant sphaeram. cf. Cleomedes *κυκλικὴ θεωρία μετεώρων*. I. 3. 4. Ex quo ad illud *δισσαχῇ* explicandum hunc laudamus locum: *ἔστι δὲ ὁ ζωδιακὸς κύκλος λοξός, διά τε τῶν τροπικῶν καὶ τοῦ ἰσημερινοῦ* (per aequatorem) *βεβλημένος καὶ ἑκατέρου μὲν τῶν τροπικῶν καθ' ἓν ψαύων σημεῖον, τὸν δὲ ἰσημερινὸν εἰς δύο ἴσα τέμνων.*

Ita quidem animans illud perfectum mundi quasi exemplar creatum; animum cogitantem verique participem ad eandem speciem omnibus numeris absolutam revocasse, ex ipso Platone, etiamsi haec nec distinguenda segreget nec diversa coniungat, facile patet. cf. Timaeus 37 B. *λόγος δὲ ὁ κατὰ ταὐτὸν ἀληθὴς γιγνόμενος περί τε θάτερον ὢν καὶ περὶ τὸ ταὐτὸν ἐν τῷ κινουμένῳ ὑφ' αὑτοῦ φερόμενος ἄνευ φθόγγου καὶ ἠχῆς, ὅταν μὲν περὶ τὸ αἰσθητὸν γίγνηται καὶ ὁ τοῦ θατέρου κύκλος ὀρθὸς ἰών, εἰς πᾶσαν αὐτοῦ τὴν ψυχὴν διαγγείλῃ, δόξαι καὶ πίστεις γίγνονται βέβαιοι καὶ ἀληθεῖς· ὅταν δὲ αὖ περὶ τὸ λογιστικὸν ᾖ, καὶ ὁ ταὐτοῦ κύκλος εὔτροχος ὢν αὐτὰ μηνύσῃ νοῦς ἐπιστήμη τε ἐξ ἀνάγκης ἀποτελεῖται.* Quare etsi Plato, quae illis caeli circumactibus animi facultates respondeant, subtili quadam comparatione exquirere neglexit,

habuit tamen Artstoteles, quod asironomicas has rationes in animi natura perscrutanda proponeret.

§ 12. 407a 2. His significatis magis quam expositis, Aristoteles ad refutationem accedit.

Philoponus D. IV. (b) *δῆλος τοίνυν ἐστὶν ὅτι πάντα συμβολικῶς ἐπὶ ψυχῆς λαμβάνει. καὶ ὁ Ἀριστοτέλης πρὸς τοὺς οὕτω τὸ φαινόμενον λέγοντας ἀποτείνεται·* et antea D. III. (a) bene laudat Platonem *ὡς γὰρ ὁ Πλάτων φησὶ τοῖς κατὰ τὸ φαινόμενον ἐκλαμβάνουσι τοὺς ποιητικοὺς μύθους, οὐδὲν ἂν φανείη καταγελαστότερον. ὥσπερ οὐδὲ τοῖς τὴν κεκρυμμένην ἐν αὐτοῖς διάνοιαν ζητοῦσιν οὐδὲν ἐνθουσιαστικώτερον.* Primum animam magnitudinem dicere non convenit. Est autem universi anima, quam gignit, neque haec anima tanquam vitae parens sed potius mens tanquam sapiens gubernatrix. Non est animus vel sentiens vel appetens; qui enim in his motus inest, non est in orbem motus. Sensus enim a rebus externis pelluntur, et res tanquam externas ponunt, ut motus, sive a sensibus sive a rebus proficiscatur, non in orbem redeat, sed ad lineam dirigi videatur. In sensibus extrinsecus imprimis movendi causa accedere videtur, in cupiditatibus intrinsecus; petunt enim res, non a rebus petuntur. In quo si motum agnoscas, ad rectam ita fieri apparet, ut cupiditatum impetus fere ex mathematica quadam rectae lineae definitione via quam brevissima ad rem sibi propositám deferatur.

E motus igitur ratione et conditione Aristoteles non animam a Platone, sed mentem intellegi concludit. Ex quo Aristotelem mentis motum, si motum dicere licet, orbi comparasse sequitur. Philoponus D. fol. 5 a.: *ἡ δὲ τῆς λογικῆς (ψυχῆς κίνησις) κύκλος τις εἶναι ἔοικεν ὅτι τε ἐνεργεῖ καὶ ἐφιστάνει καὶ αὐτὴ ἑαυτὴν γιγνώσκει· αὐτὴ περὶ αὐτὴν ζητοῦσά τε καὶ εὑρίσκουσα.* Mens, si cogitat, non in sensuum formis acquiescit, ad rerum naturam et legem, quae e mente nata est, descendit, neque a quaerendo desistit, dum semet quasi ipsam vel in sua vel in rerum natura deprehenderit. Rerum universitatem condidit mens, eademque explorat, ut cogitans ad se ipsam redire videatur. Egregie hoc Aristoteles plus uno loco extulit; est vero, si velis, tacita universae eius philosophiae conditio. Inveneris maxime metaphys. *Λ*, 7. 1072b 20. *αὑτὸν δὲ νοεῖ ὁ νοῦς κατὰ μετάληψιν τοῦ νοητοῦ· νοητὸς γὰρ γίγνεται θιγγάνων καὶ νοῶν, ὥστε ταὐτὸν νοῦς καὶ νοητόν. τὸ γὰρ δεκτικὸν τοῦ νοητοῦ καὶ τῆς οὐσίας νοῦς. ἐνεργεῖ δὲ ἔχων.* *Λ*, 9. 1074b 34. *αὑτὸν ἄρα νοεῖ, εἴπερ ἐστὶ τὸ κράτιστον καὶ ἔστιν ἡ νόησις νοήσεως νόησις.* cf. de an. III, 4 sq.

§ 13. 407ª 6. Mens una et continua, quemadmodum mentis actio, cogitatio; cogitatio autem, quemadmodum cogitationis effectus i. e. sententiae cogitatione inventae. Ita *νοῦς*, *νόησις*, *νόημα*, praecedens sequentis causa, sequens praecedentis imago. *Νοήματος* natura apertior, dum *νοῦς* vis in se occulta. *Νοήματα*, i. e. quae mens excogitavit, unum sunt, quoniam partes lege quadam sese excipiunt (*τῷ ἐφεξῆς*), nulla tamen spatii continuitate cohaerentes; sunt igitur, quemadmodum numerus, cuius partes nec extra se positae neque externo vinculo connexae, sed sola cogitationis vi ad unitatem quandam redactae. Itaque mens aut partium ignara est aut certe non tanquam magnitudo continua. Aliter Themistius numerorum comparationem cepit. Themist. fol. 69 a. *ἡ νόησις ταὐτὸν δείκνυται τοῖς νοήμασι, ταῦτα δὲ τῷ ἐφεξῆς τὸ ἓν ἔχει καὶ ὡς ἀριθμός, ἀλλ' οὐχ ὡς μέγεθος καὶ τελευτᾷ εἰς ἓν πολλάκις τὰ πλείω. ὥσπερ ἐν τοῖς συλλογισμοῖς τὰ λήμματα εἰς τὸ συμπέρασμα, ἀλλ' οὐ τῷ συνεχῆ εἶναι οὐδὲ τῷ πρὸς ὅρον κοινὸν συνάπτειν.* At hic consequendi in conclusionibus modus, si in cogitationes cadere potest, in mentem ipsam minus convenit. *ἀλλ' ὡς τὸν ἀριθμὸν εἴποιμεν ἄν, εἰ ἐφεξῆς ἀριθμοίημεν μονάδα, εἶτα δυάδα, εἶτα τριάδα.* At eiusmodi ordo ad cogitationes accommodari non potest. Id tantum ex hoc teneas, in numerorum continuitate non spatii, sed temporis legem valere, quae etiam cogitationum est ratio. Ut Themistius, ita et Philoponus. Sic quidem pergit: *ὡς οὖν τὰ νοήματα τὸ συνεχὲς ἔχουσι, ἔχουσι δὲ τῷ ἐφεξῆς· διαφέροντα γὰρ ἀλλήλων τῇ φύσει τῷ ἐφεξῆς νοεῖσθαι ἔχουσι τὸ συνεχές· οὐ γὰρ δὴ πάντα ἅμα νοεῖ. ὥσπερ ὁ πρώτιστος καὶ ἐξῃρημένος τοῦ παντὸς νοῦς. ἀλλ' ἀχρόνως μέν, ἐπειδὴ μηδ' ἐν χρόνῳ ταὐτοῦ τὸ εἶναι. ἐφεξῆς δὲ ὡς ἀριθμός· οὕτως ἄρα καὶ ὁ νοῦς ἔχει τὸ συνεχές. ἐπειδὴ γὰρ οὐ πρὸς τὸ ἔξω ἀποτείνεται αὐτοῦ ἡ ἐνέργεια, ἀλλ' ἐν ἑαυτῷ ὁρῶν πάντα ὁρᾷ τῷ πάντων εἶναι ἐν αὐτῷ τοὺς λόγους τῶν μὲν πρὸ αὐτοῦ εἰκονικῶς, τῶν δὲ μετὰ αὐτὸν παραδειγματικῶς. ἐπεὶ οὖν ἑαυτὸν ὁρῶν πάντα ὁρᾷ· πλήρωμα γάρ ἐστιν εἰδῶν· τῷ μὲν ὅλως πλείονα εἶναι τὰ νοήματα, εἴη ἂν οἷον ἀριθμός.*

Conr. Gesner: „Rationalis vero in nobis facultas ita una est, ut tamen extendatur *εἰς συνέχειαν οὐ τὴν οἷα μεγεθικήν, ἀλλὰ τὴν χαλάσασαν τὸ καθαρῶς τῶν εἰδῶν ἀμέριστον.* Simplic."

407ª 9. *διόπερ οὐδὲ νοῦς οὕτω συνεχής, ἀλλ' ἤτοι ἀμερὴς ἢ οὐχ ὡς μέγεθός τι συνεχής*] Mera in his est repetitio, si *οὕτω* ad *τὸ μέγεθος* pertinet: „mens non ad

magnitudinis modum continua." Quid enim, si ita est, novi habet illud ἢ οὐχ ὡς μέγεθος? Quare interpretatione succurrendum est, ita quidem, ut ad Timaei rationem referatur „non ita esse continuam, quemadmodum e Timaei sententia necesse sit." Quomodo enim mens, si magnitudo esset, cogitaret? utrum universo orbe an partium suarum quacunque?

Apud Ioannem Philoponum inserta sunt verba πότερον καθόλου ἤ, ut sit interpungendum: πῶς γὰρ δὴ καὶ νοήσει μέγεθος ὤν; πότερον καθόλου ἢ ὁτῳοῦν τῶν μορίων αὐτοῦ; Quod nisi additur, universa loci ratio non expletur. Ita enim Aristoteles procedere solet, ut, quae cogitari possunt, seiungat, seiuncta deinceps pertractet. At, omisso illo καθόλου, omittitur res, quae omnium maxime occurrere debet, ut non partibus, sed universo orbe cogitetur. Ponendum est, cum huc spectent, quae sequuntur τῷ ὅλῳ κύκλῳ θιγόντα atque ἢ καὶ ὅλως μέγεθος ἔχειν; Verba igitur, quae ne habent quidem, unde orta sint, nisi ex ipso Aristotele, restituenda sunt. Confirmantur Themistii paraphrasi.

§ 14. 407ᵃ 13. Aut toto orbe aut partibus cogitare oportet. Partes autem vel magnitudinem vel punctum tenent. Puncta sunt infinita. Quibus si animus cogitaret, nunquam animus percurreret, quippe quod infinito tantum tempore fieri posset. Sin autem partibus, quae certam magnitudinem efficiunt, cogitaret: idem vel saepe vel infinitis vicibus cogitaret. Apparet autem fieri posse, ut aliquid semel tantum cogitetur.

Ita Aristoteles ex iis, quae Plato posuerat, absurda coegit. Materiae affectiones animi actionibus parum respondere demonstravit. Sed quibus rationibus usus est, eae ad mentis quasi ludum redeunt, quo Eleatica quadam ratione ex infinito continui punctorum numero repugnantiae nectuntur. Neque id necessario sequitur, ut, si idem est id, quo cogitatur, idem quoque sit, quod cogitetur.

Si, quacunque est partium, tangere sufficit, quid est, quod orbe moveatur? Cui adicitur: et quid est, quod omnino sit magnitudo? Quae conclusio e protasi non sequitur. Etenim si ad cogitandum parte quadam tangere necesse est, tantum abest, ut magnitudine mens supersedere possit, ut omnino tanquam instrumentum requirat. Agnoscunt tamen veteres interpretes. Philoponus D. fol. 5 b. εἰ γὰρ ἓν σημεῖον ἀρκεῖ εἰς νόησιν, περιττὴ ἡ τοῦ μεγέθους ὑπόθεσις εἰς μηδὲν τῷ νῷ συντελοῦντος.

At vel punctum magnitudo, si re vera est, nec terminus sola mathematica cogitatione definitus. Philop. D. fol. 6 a. οὐδὲν

δὲ αὐτῷ οὐδὲ τὸ μέγεθος εἰς νόησιν συντελεῖ, εἰ ὁτῳοῦν τῶν μορίων νοεῖ. εἰ γάρ τι διαιρούμενον μένει μηδὲν ἔλαττον ἀπαθὲς εἶναι ἐκ τῆς διαιρέσεως διαμένον, ἕτερον τοῦτό ἐστι παρὰ τὸ διαιρούμενον. καὶ καθ' αὑτὸ ἀδιάστατόν τε ἐστὶ καὶ ἀμερές. οἷον διαιρουμένης ἀεὶ τῆς ἐπιφανείας ἡ λευκότης ἐν ἑκάστῳ τῶν μορίων, ἡ αὐτὴ φυλάττεται. καὶ τὸ μὲν ποσὸν ὑπὸ τῆς διαιρέσεως πάσχει καὶ μειοῦται. ἀντὶ τοῦ δίπηχυ εἶναι φέρε εἰπεῖν γίνεται πηχυαῖον. τὸ μέντοι λευκὸν ὡσαύτως ἔχειν ἄλλο ἄρα ἐστὶ τὸ λευκὸν παρὰ τὸ διαιρούμενον. οὕτως ἄρα εἰ ᾡτινοῦν τῶν μορίων τοῦ κύκλου ὁμοία ἡ νόησις γίνεται καὶ ἐν τῷ μεγίστῳ μορίῳ καὶ τῷ ἐλαχίστῳ. ἄρα ἐστὶ τὸ νοοῦν παρὰ τὸ μέγεθος. Eodem modo Themistius. At ratio haec plane nulla. Etiamsi albedo non magnitudo ipsa, tamen non sine magnitudine est, in qua cernitur. Ita et fieri potest, ut animus, si qua est comparatio, non sit magnitudo, sed sine magnitudine cogitari non possit. Simplicius difficultatem praetermittit. Nisi quaedam exciderunt, verba „*καὶ ὅλως κτλ.*" aliunde illata existimo.

407ª 17. *εἰ δ' ἀναγκαῖον νοῆσαι κτλ.*] Si necesse est toto orbe tangere, ut cogites, quid erit, si parte tetigeris? *τίς ἐστιν ἡ τοῖς μορίοις θίξις*, quid eveniet, si parte tetigeris, quod certe cogitari potest.

407ª 18. *ἔτι δὲ πῶς νοήσει τὸ μεριστὸν κτλ.*] Si toto orbe cogitatur, dividi non potest, quatenus cogitatur; quod si est, quomodo cogites, quod dividi potest? sin autem partibus cogitatur, unde id cognoscatur, quod partium est expers. Ne haec quidem obiectio undique firma est. Proficiscitur enim ab ea sententia, quam ipse Aristoteles saepe refutavit, Plato vero admisit, id, quod cognoscat, eiusdem esse naturae, atque id, quod cognoscatur.

407ª 19. *ἀναγκαῖον δὲ τὸν νοῦν εἶναι τὸν κύκλον τοῦτον*] In quo illud *τοῦτον* premendum est. Necesse est, mentem non esse orbem in universum, orbis quandam speciem animo informatam, sed hunc orbem h. e. materia expressum, illis, quae ex Timaeo allatae sunt, legibus descriptum. Additum est ab Aristotele, ne a certa forma ad incertam quandam speciem, ad indefinitum notionis simulacrum confugerent. Quo pertinet Simplicii explicatio fol. 11 a.: *καὶ οὔτε ὡς ἐντελέχειαν αὐτοῦ οὔτε ὡς ὀργάνῳ χρώμενον οὔτε ἔτι μᾶλλον ὡς πάντῃ χωριστόν.*

Philoponus ad h. l.: *τὸ γὰρ τοῦτον δεικτικὸν τὸ αἰσθητὸν αὐτὸ σημαίνει. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ δεικνύμενον.*

§ 15. 407ᵃ 21. Si cogitatio circumactus est, si circuli motum habet, mens etiam circulus, cuius circumactus eiusmodi cogitatio est. Sed semper aliquid cogitaret, si aeternus est motus; est autem in Platonis Timaeo. At vero nulla cogitandi actio circulo similis est. Cogitationes ad agendum pertinentes in fine, cuius gratia sunt, suos habent terminos. Cogitationes contra ad intuendum et cognoscendum natae rationibus finiuntur. Ratio autem duplex vel definitio vel demonstratio. Definitiones omnes sua natura circumscriptae, demonstrationes vero a principio proficiscuntur et in conclusionem desinunt. Etiamsi non terminentur, tamen non ad principium reflectunt, sed potius, notionibus mediis et summis assumptis ad rectam procedunt. In quo non intima spectatur mentis natura, quae, ut ex ipso Aristotele ostendimus, in se ipsam quadammodo redit, sed externa singularum mentis actionum forma et directio. cf. de an. motu 7. 701ᵃ 7 sqq.; eth. Nic. VI, 12. 1143ᵃ 32. *ἔστι δὲ τῶν καθ' ἕκαστα καὶ τῶν ἐσχάτων πάντα τὰ πρακτά· καὶ γὰρ τὸν φρόνιμον δεῖ γινώσκειν αὐτά, καὶ ἡ σύνεσις καὶ ἡ γνώμη περὶ τὰ πρακτά, ταῦτα δ' ἔσχατα. καὶ ὁ νοῦς τῶν ἐσχάτων ἐπ' ἀμφότερα· καὶ γὰρ τῶν πρώτων ὅρων καὶ τῶν ἐσχάτων νοῦς ἐστι καὶ οὐ λόγος, καὶ ὁ μὲν κατὰ τὰς ἀποδείξεις τῶν ἀκινήτων ὅρων καὶ πρώτων, ὁ δ' ἐν ταῖς πρακτικαῖς τοῦ ἐσχάτου καὶ ἐνδεχομένου καὶ τῆς ἑτέρας προτάσεως· ἀρχαὶ γὰρ τὸ οὗ ἕνεκα αὗται·* —

407ᵃ 26. *ὁρισμὸς* et *ἀπόδειξις*] cf. ad I, 1. § 2.

407ᵃ 27. *συλλογισμὸς* et *συμπέρασμα*] de animal. motione 7. 701ᵃ 10. *ὅταν γὰρ τὰς δύο προτάσεις νοήσῃ, τὸ συμπέρασμα ἐνόησε καὶ συνέθηκεν.*

[407ᵃ 29. *προςλαμβάνουσαι*] a principio, quod universale est, si proficiscaris, assumpto termino medio et minori (*ἄκρον ἕτερον*) recta ad singularia cognoscenda tenditur; *προςλαμβάνειν* enim ad subsumptionem retuleris. cf. Bz. ind. Ar. 647ᵃ 37.]

407ᵃ 29. *μέσον. ἄκρον*] Phil. D. fol. 7 b. *ὅτι δὲ οὐκ ἔστιν ἐπ' ἄπειρον χωρῆσαι τὴν ἀπόδειξιν δῆλον καὶ ἐντεῦθεν. ἢ γὰρ ἐκ τῶν γενικωτάτων γενῶν ἄρχεται καὶ λέγει* (l. *λήγει*) *εἰς τὰ εἰδικώτατα εἴδη, ἢ ἔμπαλιν ἐκ τούτων ἄρχεται καὶ λέγει* (l. *λήγει*) *εἰς ἐκεῖνα. τὸ δὲ προσλαμβάνουσαι μέσον ὅρον κακῶς. ὁ Ἀλέξανδρος ἐκλαμβάνει. μέσον γὰρ τῆς προτάσεως τίθησι τὸν ὅρον. οἷον μέσον τοῦ ἀνθρώπου καὶ τοῦ γελαστικοῦ καὶ τοῦ λογικοῦ. οὐκ ἔτι οὖν φυλάττει τὴν ἀπόδειξιν. εἴγε ἔχει πρότασιν προςδεομένην δείξεως διά τινος μέσου ὅρου ἀλλ' ὡς εἴπομεν ὁ μὲν ἄκρος ἔξωθεν πρόσεισι, ὁ δὲ μέσος οὐ πρόσεισι. ἀλλ' ὁ πρὸς τοῦτον ἄκρος τὴν σχέσιν*

ἐναλλάττει καὶ γίνεται μέσος. κἂν οὕτω δ' ἀκούσωμεν ὅτι προσλαμβάνουσι μεταξὺ τῆς προτάσεως ὅρον ὡς ἐφ' ὃν οὐκ ἔστιν ἡ πρότασις ἄμεσος.

§ 16. 407ª 31. Si eodem saepius circumactu utaris, saepius idem cogites.

§ 17. 407ª 32. Cogitatio quieti et statui similior, quam motui. Ita et conclusio. Cogitatio res quasi defigit et sensuum motum cohibet (ἐπίστασις), ut certa exsistat notionis forma. In hoc potius similitudo sita esse videtur, quam in quo Themistius et Philoponus quaerunt, quiete opus esse et tranquillitate, ut recte cogitetur. Conclusio sententiam eodem modo coercet nec vagari sinit. Simplicius f. 12 b: οὐ γὰρ ἐν τῇ μεταβάσει ἀλλ' ἐν τῇ καθ' ἕκαστον ὅρον στάσει ἀεὶ ἡ νόησις. [Cf. Plato Phaedon. p. 96 *B*. ἐκ δὲ μνήμης καὶ δόξης λαβούσης τὸ ἠρεμεῖν κατὰ ταῦτα γίγνεσθαι ἐπιστήμην.]

Illam ἐπίστασιν ad τοῦ ἐπίστασθαι originem respicere probabile est, quamquam, quomodo a Simplicio indicatur, non omnino est vera. Cf. phys. VII, 3. 247ᵇ 11. τῷ γὰρ ἠρεμῆσαι καὶ στῆναι τὴν διάνοιαν ἐπίστασθαι καὶ φρονεῖν λέγομεν. probl. XXX, 14. 956ᵇ 38. ὅτι ἡ αἴσθησις καὶ ἡ διάνοια τῷ ἠρεμεῖν τὴν ψυχὴν ἐνεργεῖ· ὃ καὶ ἡ ἐπιστήμη δοκεῖ εἶναι, ὅτι τὴν ψυχὴν ἵστησιν· κινουμένης γὰρ καὶ φερομένης οὔτε αἰσθέσθαι οὔτε διανοηθῆναι δυνατόν. Uterque autem locus, si persequaris, habet aliquid, quod a re alienum est. Colligit enim puerilem aetatem utpote incitatiorem ad cogitandum minus esse idoneam, donec, sedato aetatis motu, mens sui quasi compos fiat. Sed haec tam singularis res, ut huius quidem loci sententia tantis angustiis premi non debeat.

§ 18. 19. 407ª 34. Ad eum maxime animum quaestio redit, de quo in Timaeo prae ceteris agebatur, ad divinum animum universo mundo innatum. Quod in antecedentibus declaraverat, motum non ex intima animae natura fieri sed praeter hanc accedere, id ad hanc divinam mundi animam transfert. Beatam esse debere, et non esse, dummodo quod sua sponte et vi fiat, id solum sit beatum. Plato porro animam cum corpore coniunxit et quasi copulavit (τὸ περὶ τὰ σώματα). Neque hoc divino, ait, animo convenire, quippe quod laboriosum sit; animum corpore liberum altius evolare. Ita enim ipse in Phaedone. Sic Aristoteles Platoni cum ipso Platone pugnam movet.

§ 20. 407ᵇ 5. Nec constat causa, qua caelum orbe moveatur. Neque animae natura causa est (haec enim solummodo per accidens movetur) neque corpus, animus enim maiore iure.

Graeca non satis perspicua: *ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκὸς οὕτω κινεῖται* h. e. anima, non caelum; refertur enim ad antecedentia, quibus animae per se nullum esse motum demonstratum est (cf. I. 4. § 9). Quod Themistius in Timaeo motum non ex principio in orbem ferri, sed postea demum reflecti, ut extrinsecus et per accidens in orbem motus accedat: id *κατὰ συμβεβηκὸς* dici non potest; est enim motus, qui animae ipsi inditur, licet non habeat ab initio.

407b 8. *ἀλλ' ἡ ψυχὴ μᾶλλον ἐκείνῳ* i. e. anima vero magis caelo movendi est causa. Neque enim alio illud *ἐκείνῳ* referas. Non id agitur, utrum anima corpori an corpus animae movendi sit causa, — quae quaestio esset, si *ἐκείνῳ* ad corpus pertineret, — sed quae esse possit caeli movendi conditio. Turbant qui *ἐκείνῳ*, ut Philoponus, ad Platonem trahunt (*οὐδὲ γὰρ βούλεται ὁ Πλάτων κατὰ φύσιν αὐτῷ εἶναι τὴν κύκλῳ κίνησιν, ἀλλ' ὑπὸ ψυχῆς*) vel ut Themistius et Simplicius, ad *σῶμα*.

μᾶλλον i. e. si inter animam et corpus optio detur, anima potius quam corpus causa est dicenda.

§ 21. 407b 9. Movendi nec naturae causa constat nec consilii finis; animo enim cur motus quiete, atque si motus, cur hic in orbem motus quovis alio praestantior?

[*ἀλλὰ μὴν οὐδ' ὅτι βέλτιον λέγεται, καίτοι ἐχρῆν κτλ.*] Quod Plato (Phaedo p. 97 E.) in Anaxagora desideraverat, id ipsum iam Aristoteles in Platone; rei naturae ita rationem esse reddendam, ut rei ipsi sic melius fuisse appareat, neque aliter. Ita Platonis ipsius quasi pilam retorquet.]

407b 12. *ἑτέρων λόγων*] Quae tandem quaestiones significantur? [1])

Sic igitur Aristoteles Timaeum refutavit, primum ut notiones, quae explicationi insunt, rei parum aptas, deinde ut animae nec orbis nec ullum alium esse motum, tum ut movendi nec causam esse nec rationem ostenderet.

§ 22. 407b 13. Quibus expositis ad aliam rem accedit non huic Platonicae rationi propriam sed Pythagoricis communem. Qui animum et corpus magis tanquam duo diversa componunt, quam unum gignunt, quem animum cui corpori coniungant, plane non curant (cf. II, 2. 414a 22). Intimum vero utriusque esse vinculum, cum hoc agat, illud patiatur, hoc moveat, illud moveatur. Animum quasi artificem, corpus esse instrumentum.

---

1) [Cf. Bz. ind. Ar. 99a 3: „Dubium est, num Ar. quaestionem alibi instituendam promittat."]

Utrumque igitur inter se consentire debere, ut male agant, qui, Pythagoricos sermones secuti, quemlibet animum in quodlibet corpus detrudant. In quo Aristotelem Pythagoreorum μετεμψύχωσιν (Herodot. II. c. 123.) respicere, dubium non est. Egregie sane individuam vitae necessitudinem et animi corporisque consensum ab ipso Platone neglectum tetigit.

§ 23. 407b 20. εἴ τις φαίη τεκτονικὴν εἰς αὐλοὺς ἐνδύεσθαι] Et τεκτονικὴ et αὐλοὶ plures habent significationes, ut, quaenam ars et quodnam instrumentum dictum sit, non facile pateat. At de rebus pugnantibus dici, locus docet. Fortasse „si quis fabrorum artem in tibias descendere dicat." Fabrorum ars, si quo corpore indui posset, in securim, malleum vel talia instrumenta descendere crederetur. Sed tibia non minus a fabrili arte remota, quam musicae mollities a fabrilis sollertiae labore.

De re ipsa bene Philoponus D. fol. 8 b. χαρακτηρίζεσθαι γὰρ ἕκαστον τῶν μορίων οὔτε ἐκ μόνης τῆς ψυχικῆς ἐνεργείας οὔτε ἐκ μόνης τῆς σωματικῆς συνθέσεως· ἀλλ' ἐξ ἀμφοῖν· οἷον ὁ ὀφθαλμὸς οὐχ ἁπλῶς ἐστι τὸ ἐκ τοσῶνδε καὶ τοιῶνδε χιτώνων συγκείμενον μόριον, ἀλλὰ μετὰ τοιᾶσδε ψυχικῆς δυνάμεως. —

407b 25. δεῖ γὰρ τὴν μὲν τέχνην χρῆσθαι τοῖς ὀργάνοις κτλ.] Iam in alienis refellendis suam significat Aristoteles ἐντελέχειαν, quam parat.

Cap. 4.

§ 1—8. 407b 27—408a 30.[1]) Animum esse harmoniam refutatur.

§ 1. 407b 28. 29. λόγους δ' ὥσπερ εὐθύνας δεδωκυῖα] εὔθυναι[2]) eorum sunt, qui magistratus administrati ratio-

---

1) [De toto loco cf. Bz. Hermes VII, 428 sqq.]

2) Cf. Boeckh, Staatshaushaltung I. p. 204 sq. [Bernays Dial. 15—18 ita scribendum esse censet: 407b 28. λεγομένων, ὥσπερ εὐθύνας δὲ δεδωκυῖα καὶ κτλ. De vocibus quae sunt λόγον διδόναι et εὐθύνας διδόναι haec dicit: Nach der einen Seite stossen die beiden Ausdrücke so nahe zusammen, dass sie nicht als verschiedene durch vergleichende Partikeln verbunden werden können, nach der andern, für Ar. Absicht wesentlichen, weichen sie soweit auseinander, dass eine gleichzeitige Anwendung beider am hiesigen Orte unstatthaft wird. Der Nebenbegriff des unglücklichen Ausganges der Prüfung, welcher hier wesentlich sei, hafte niemals an λόγον διδόναι, sondern nur εὐθύνας διδόναι werde auch von der Entrichtung der Strafe gesagt, welche der missliche Ausgang

nem reddunt, ita ut dictio, utrum quis excusatus an damnatus abeat, in medio relinquat. Hoc loco vocem in deteriorem partem vergere, ex oppositione apparet, idque forensi formulae usui consentaneum est; εὐθύνων enim ipse accusator dicitur, atque εὐθύνας διδόναι ad poenae luendae significationem accedit. v. Budaei comm. ling. Gr. p. 45. Sententia, multis quidem probata nec ceteris sententiis minus probabilis, sed iam sermonibus in medio propositis in iudicium vocata, ut factorum rationes reddidisse videatur. Anima re vera harmonia esse potest, ita ut sit virium concentus effectus quidem, non causa. Hoc loco ea potius taxatur sententia, quae concentum animae facit causam, non effectum.

407ᵇ 29. τοῖς ἐν κοινῷ γιγνομένοις λόγοις] sermones in vulgus noti, ut vel Platonis Phaedo (cf. p. 89) sqq. vel ipsius Aristotelis Eudemus [ita Bernays Dial. 21 — 29, Heitz. 200.], qui idem tractavit argumentum (cf. Philop., Simpl., Sophonias) intellegi possit. Simplicius omnium luculentissime ita scribit (fol. 14 a): ἐν κοινῷ δὲ γινομένους λόγους τοὺς συμμέτρως καὶ τοῖς πολλοῖς ἠρωτημένους καλεῖ, αἰνιττόμενος μὲν ἴσως καὶ τοὺς ἐν Φαίδωνι, λέγων δὲ καὶ τοὺς ὑπ' αὐτοῦ ἐν τῷ διαλόγῳ τῷ Εὐδήμῳ γραφέντας ἐλεγκτικοὺς τῆς ἁρμονίας. Similiter reliqui. Si fieri potest, ut Aristoteles τοῖς ἐν κοινῷ γιγνομένοις λόγοις [1]) Platonis Phaedonem significaverit,

---

der Controle zur Folge hat. Also sei λόγους hier unstatthaft. Bonitzius in indice Ar. 435ᵇ 39 de nostro loco haec habet: „λόγους ὥσπερ εὐθύνας δεδωκέναι (? Bernays Dial. p. 17)."]

1) [De vocibus, quae sunt ἐξωτερικοὶ λόγοι, ἐγκύκλια, ἐκδεδομένοι λόγοι, ἐν κοινῷ γιγνόμενοι λόγοι cf. Bz. ind. Ar. 104ᵇ 44 — 105ᵃ 48. — 104ᵇ 56 „non significari hac formula (λ. ἐξωτ.) vulgatas hominum opiniones ac disputationes, nec vero omnino libros Aristotelicos eos, qui cadant extra ambitum eius, quae tum maxime tractetur, quaestionis ac doctrinae, sed certos quosdam Aristotelis libros, demonstravit Bernays, Dial. p. 29 — 73, cf. Heitz p. 122 sqq. Non esse titulum eorum librorum οἱ ἐξωτερικοὶ λόγοι, sed comprehendi eo nomine genus quoddam librorum, quod a severa et accurata philosophicae doctrinae ratione alienius sit, et ex ipsa eos libros citandi forma colligi potest, si quidem ubique etiam (vel iam) οἱ ἐξωτερικοὶ λόγοι sufficere ad aliquam solvendam dicuntur. — 105ᵃ 37 „libros antea iam a se editos Aristoteles adhibet, ubi τοὺς ἐκδεδομένους λόγους citat, poet. 15. 1454ᵇ 17; ac possunt ii quidem esse iidem, quos alibi ἐξωτερικοὺς λόγους appellat, Bernays p. 5, 10. Heitz p. 140. — quos denique Aristoteles τοὺς ἐν τῷ κοινῷ γιγνομένους λόγους appellat (de an. I, 4), eos Bernays p. 15 — 29 et Heitz p. 140, 200 eosdem esse iudicant, ac τοὺς ἐξωτερικοὺς λόγους, editos primum ab Aristotele dialogos; quod quamquam probabile est, manet tamen dubitatio de usu temporis praesentis participii γιγνόμενος qui non videtur explicatus esse."]

a vero non abhorrebit, ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις eth. I. 13. 1102ª 26 eundem Platonem voluisse, praesertim, cum quae ibi de anima concedi videntur, in nostro de anima libro (III. 9. III. 10) refellantur. Hoc eo facilius admittes, si ἐξωτερικὸν generali quadam significatione acceptum id tantum, quod a re remotius est, statueris. cf. quae de hac significatione dicta sunt ab H. Rittero III. 22 a Stahrio Arist. II. p. 272.

§ 2. 407ᵇ 32. Harmonia mixtorum est proportio vel compositio. Neutrum vero est anima. Anima enim οὐσία, ut solummodo relatio (πρός τι) esse non possit. Conferas quae adduntur § 5 sqq.

§ 3. 407ᵇ 34. Qui animae motum tribuunt, harmoniam dicere non possunt. Concentus cum motu nihil commune habet.

§ 4. 408ª 1. Concentus valetudini convenit [Cf. quae Philoponus ex Aristotelis dialogo, cui inscriptum erat Eudemus, excerpsit (frg. 43. p. 1482ª 6 ed. acad.): „τῇ ἁρμονίᾳ, φησί, τοῦ σώματος ἐναντίον ἐστὶν ἡ ἀναρμοστία τοῦ σώματος, ἀναρμοστία δὲ τοῦ ἐμψύχου σώματος νόσος καὶ ἀσθένεια καὶ αἶσχος· ὧν τὸ μὲν ἀσυμμετρία τῶν στοιχείων ἡ νόσος, τὸ δὲ τῶν ἀνομοιομερῶν ἡ ἀσθένεια, τὸ δὲ τῶν ὀργανικῶν τὸ αἶσχος· εἰ τοίνυν ἡ ἀναρμοστία νόσος καὶ ἀσθένεια καὶ αἶσχος, ἡ ἁρμονία ἄρα ὑγίεια καὶ ἰσχὺς καὶ κάλλος· ψυχὴ δὲ οὐδέν ἐστι τούτων οὔτε ὑγίεια φημὶ οὔτε ἰσχὺς οὔτε κάλλος· ψυχὴν γὰρ εἶχε καὶ ὁ Θερσίτης αἴσχιστος ὤν. οὐκ ἄρα ἐστὶν ἡ ψυχὴ ἁμονία." cf. Bernays, Dial. 26, 27]; itaque magis in corpus, quam in animam cadit. Difficile enim ad animae vel actiones vel affectiones accommodes. Quod si quis tentet, Lydiae vel Phrygiae vel Doriae vel Ionicae harmoniae (ἁρμονίᾳ τινὶ) genus ad animi quasi speciem conferre, utriusque rei naturam plane diversam esse clarissime intelleget.

§ 5. 408ª 5. Harmonia ab aptando (ἁρμόζειν) ducta duplicem habet vim, principem in iis, quae locum tenent et loco iunguntur, alteram in iis, quae ipsis elementis miscentur. In illis eorum est harmonia, quae inter se tam arte sunt apposita, ut nihil intermedii suscipiant; in his proportio. Partes quidem corporis inter se loco componuntur idque multiplici modo; nulla vero eiusmodi est mentis compositio nec sensuum nec cupiditatis. ¹)

---

1) Bz. Hermes VII, 430 paragraphis secunda et quinta comparatis has difficultates toti loco inesse ostendit: „Dieselben beiden Bedeutungen von Harmonie, welche vorher (407ᵇ 32) kurz angegeben werden ἡ μὲν ἁρμονία λόγος τίς ἐστι τῶν μιχθέντων ἢ σύνθεσις, sind in diesem fünf-

408ᵃ 7. ἐν τοῖς ἔχουσι κίνησιν καὶ θέσιν] ἁρμονία enim, ut apud Homerum, de apta commissura, vel, ut apud Phocylidem, de membrorum compagine, οὐ καλὸν ἁρμονίην ἀναλυέμεν ἀνθρώποιο.

§ 6. 408ᵃ 13. Restat igitur, ut anima, si harmonia est, mixtionis sit proportio. Elementorum non eadem est mixtio, alia ossium, alia carnis. Si anima esset mixturae proportio, accideret, ut singulis corporibus, quoniam diversas habent partes diverso modo mixtas, multae essent animae.

§ 7. 408ᵃ 18. Empedocli anima non est harmonia (cf. I, 2. § 6), sed Aristoteles, quae dixit, ad Empedoclem, qui cuncta ex elementis suis legibus genuit, convertit. Apud Empedoclem partibus aliis alia elementorum proportio. Sunt ei igitur aut plures animae, si proportio anima, aut aliud inest membris praeter proportionem, quod anima dicatur. Si amor est, qui apud Empedoclem elementa coniungit, utrum causa est, ut elementa, quacunque est ratione, misceantur, an ut certa proportione? Et amor (αὕτη ad μίξιν relata nullum commodum praebet sensum) estne ipsa ratio et proportio, an earum quidem causa, sed aliquid praeter has? Has [1]) quidem Empedoclis ratio habet difficultates.

---

ten Einwande ausführlicher entwickelt 408ᵃ 5. ἔτι δ' εἰ — 9. λόγον; was an erster Stelle einfach als Behauptung ausgesprochen ist τὴν ψυχὴν οὐδέτερον οἷόντ' εἶναι τούτων, das ist an der zweiten Stelle ausführlich entwickelt und begründet, 9. οὐδετέρων μὲν — 18. καὶ ψυχή. Zwischen dem ersten und fünften Einwande besteht auch nicht der Schatten eines sachlichen Unterschiedes, sondern nur der formale Unterschied zwischen einer Skizzirung des Beweisganges und der wirklichen Ausführung des Beweises. Dass nun ein nicht ganz gedankenloser Schriftsteller die Skizze eines Beweises und die Ausführung desselben Beweises als zwei verschiedene Beweise anführe und gar noch zu rechter Trennung in der Aneinanderreihung den einen an der Spitze, den andern an den Schluss der Reihe stelle, wird man als absolute Unmöglichkeit anerkennen. — Mir scheint eine Lösung dieser Schwierigkeiten nur in der Annahme zu liegen, dass zwar das Einzelne der fraglichen Erörterung von Aristoteles abgefasst ist, die Zusammenfügung der Redaction durch einen Aristoteliker angehört, der achtungsvoll keine den Gegenstand betreffende Aristotelische Bemerkung unverwerthet lassen mochte, sondern jede an der ihm passend scheinenden Stelle unterzubringen suchte."]

1) [Bz. l. l. 433 haec verba ad priora refert: „Ueber die Empedokleïsche Lehre, die nur beiläufig erwähnt wird, sind nur Fragen aufgeworfen; es ist nicht entwickelt, dass die eine, oder dass beide Beantwortungen der drei Dilemmen in Schwierigkeiten führen; als Abschluss der Bemerkungen über die Empedokleische Lehre würden daher die Worte ταῦτα μὲν οὖν ἔχει τοιαύτας ἀπορίας nicht der zutreffende Ausdruck sein. Dagegen passen diese Worte genau, wenn man sie, mit Ueber-

§ 8. 408ᵃ 24. Perplexa sunt, quae sequuntur. Agnoscunt locum commentatores, tamen, quo vertant, nesciunt. Quo consilio haec addita sint, difficile est dictu. Adeo rem in utramque partem trahunt, ut Themistius longae expositionis finem faciat his verbis: „Ex iis ergo, quae dicta hactenus sunt, planum est animam neque harmoniam esse neque tamen sine harmonia consistere." Si Themistium consulueris solum, aliqua excidisse opineris; adeo in alia, quae loco non insunt, vagatur. [1]) Si Simplicium et Philoponum, non plura habuisse tibi persuadeas.

Utraque enunciatio per se satis clara. Primum si vita una cum carnis et ceterarum partium natura tollitur, hoc iis inest, ut anima aliquid a mixtione diversum esse non possit. Deinde quoniam corpus corrumpitur ab anima relictum, anima videtur esse proportio mixtionis, qua sublata, quod mixtum est, tollitur. Siquidem non omnis pars animam habet, proportione sublata, universa corporis vita tollitur.

Haec sane ita disputantur, ut non impugnent, sed propugnent. [2]) Tamen quasi his ipsis verbis sententia sit refutata,

---

gehung jener Nebenbemerkung, auf die vorherige Kritik der Definition bezieht: „Diese Ansicht, die Seele als Harmonie des Körpers zu betrachten, führt also zu solcherlei Schwierigkeiten, wie wir sie eben dargelegt haben."]

1) [Cf. tamen Bz. l. l. 435. „Aus den Worten des Themistius darf nicht auf einen vollständigeren Text, noch auf Zweifel über dessen Erklärung geschlossen werden. Zweifel ergeben sich dem Them. nicht in der Erklärung der Aristotelischen Worte, sondern in der weiteren eignen Discussion dieser antinomischen Erörterung."]

2) [Bz. l. l. sententiarum coniunctionem hanc esse exponit: „In solche Schwierigkeiten führt es, die Seele für eine Harmonie des Körpers zu halten. Gibt man dagegen diese Ansicht auf, dass die Seele Harmonie des Körpers sei, so verfällt man ebenfalls in Schwierigkeiten. Denn wenn die Seele nicht die Mischung oder das Mischungsverhältniss der Körpertheile ist, wie kommt es denn, dass mit dem Aufhören des Wesens des Fleisches oder des Blutes (das heisst ja aber, mit Aufhebung des Mischungsverhältnisses) sie selbst aufgehoben wird? Und ferner (πρὸς δὲ τούτοις) wenn nach Aufgeben des Satzes, dass die Seele das Mischungsverhältniss der Körpertheile sei, nicht mehr behauptet werden kann, dass jeder der Körpertheile eine Seele habe (mithin sein einheitliches und wesenbestimmendes Mischungsverhältniss unabhängig von der Seele besteht), so ist nicht zu ersehen, was dann für die Körpertheile mit dem Scheiden der Seele untergehe (es liegt also in dem Scheiden der Seele kein Grund für den Untergang der Körpertheile). Kurz gesagt: wenn man es aufgibt die Seele als Harmonie des Körpers zu betrachten, so ist nicht zu ersehen, warum in ihrem Aufhören beide an einander gebunden sind, also mit Auflösung des Körpers die Seele aufhört, mit dem Scheiden der Seele der Körper sich auflöst." — Qui vero factum sit, ut sen-

excipit conclusio, fieri igitur non posse, ut anima sit concentus. Itaque importune intrusa sunt, quoniam contrariam, atque promittunt ipsa, spectant partem; eoque importunius, quod ne indicatum quidem est, orationem consilium commutasse.

Prima sententia, animam una cum carne interire, ex ipsius Aristotelis mente in dubium vocari potest; intellectui enim immortalitatem vindicat (III, 5. 430ᵃ 17). Debet igitur sententia ad inferiora animantium genera restringi.

Philoponus aliter legit E. fol. 3 a. *τί δήποτε ἅμα τῷ σαρκὶ εἶναι ἀναιρεῖται καὶ τὸ τοῖς ἄλλοις μορίοις τοῦ ζῴου. ἀντὶ τοῦ διατί. ἑνὸς μορίου ἁρμονίας ἀναιρουμένης, ἀναιρεῖται καὶ τῶν λοιπῶν μορίων ἡ ἁρμονία. ἵνα ἔξωθεν ἡμεῖς συλλογισώμεθα· ὅτι τῆς δὲ τῶν μορίων πάντων ἁρμονίας ἀναιρεθείσης συναιρεῖται καὶ ἡ ψυχή.* Ita et Simplicium legisse apparet. Qua lectione recepta per ambages demum ad animam, qui est finis, pervenitur; eoque molestius, quod anima, in qua posita sunt omnia, omittitur. Reicienda igitur.

Cur forma *ἅμα τῷ σαρκὶ εἶναι* adhibita est nec vero *ἅμα τῇ σαρκί*? Ibi locum habere, ubi de notione a re et materia seiuncta, non de re ipsa, quatenus sensibus occurrat, agatur,

---

tentiae, quas inter se repugnare iam Trdlbg. exposuit, se excipiant, ita explicat: „Der Abschluss ᵃ 29, der die Definition *ἡ ψυχὴ ἁρμονία* als widerlegt bezeichnet, passt nicht zu den letzten Sätzen, welche vielmehr indirect zur Vertheidigung dienen. — Es wird kaum der besonderen Hinweisung bedürfen, dass diese Schwierigkeit mit der vorher in dem Verhältnis des ersten und fünften Beweises nachgewiesenen zusammentrifft. Der 408ᵃ 5. *ἔτι δ' εἰ λέγομεν* beginnende Abschnitt, dies ergab sich vorher, ist nicht für die Verbindung mit dem unmittelbar vorausgehenden abgefasst. Er zeigt ausser den Eigenthümlichkeiten, die schon vorher erwähnt werden mussten, noch die Verschiedenheit von den vorhergehenden und folgenden Abschnitten, dass er nicht eine einfach widerlegende Kritik einer psychologischen Ansicht, sondern ein *διαπορεῖν*, eine antinomische Discussion der Ansicht gibt, in ähnlicher Weise, wie metaphysische Fragen im Buche B der Metaphysik behandelt sind. Die Vergleichbarkeit der in Frage stehenden Definition der Seele mit der eigenen des Aristoteles, welche einen oberflächlichen Blick selbst mit dem Scheine der Gleichheit täuschen könnte, war möglicherweise für Ar. der Anlass zu solch antinomischer Behandlung. Hatte nun die Redaction einmal diese an sich interessante und schätzenswerthe Bemerkung an der vorliegenden Stelle aufgenommen, unbekümmert darum, dass sie mit dem nächst vorausgehenden Abschnitte nicht in richtigem Zusammenhange steht, so wird es wohl glaublich sein, dass sie in den Gang der widerlegenden Kritik zurücklenkt durch eine Formel, die wiederum ihrerseits mit dem nächst Vorausgehenden nicht vereinbar ist, sondern bestimmt gewesen sein mochte, die 407ᵇ 27—408ᵃ 5 gegebene Widerlegung dieser Ansicht über das Wesen der Seele abzuschliessen."]

demonstravimus continua exemplorum serie (cf. ad III, 4. § 7). Quod ut sibi constet, non carnem dixisse existimandus est, sed carnis proportionem, qua tanquam eius notione continetur. Philoponus E. fol. 3. *οὐ τὸ ὑποκείμενον αὐτὸ τῶν ὁμοιομερῶν, ἀλλὰ τὸ εἶδος. διὸ οὐκ εἶπεν ἀναιρουμένης σαρκός, ἀλλὰ τῷ σαρκὶ εἶναι.* Sed quorsum hoc loco carnis idea et species?

Hac in difficultate quae ad locum illustrandum commentatores afferunt, subicere non erit alienum:

Philoponus E. fol. 3. *τί δήποτε κτλ. ἀντὶ τοῦ διὰ τί ἑνὸς μορίου ἁρμονίας ἀναιρουμένης, ἀναιρεῖται καὶ τῶν λοιπῶν μορίων ἡ ἁρμονία.* — — — *οὕτω δὲ ἐξηγεῖται ὁ Ἀλέξανδρος πάνυ προσφυῶς ἵνα ἡ ἀπορία αὕτη ἅμα ἐπίλυσις ᾖ καὶ τῶν λοιπῶν τῶν κατὰ τῆς ἁρμονίας εἰρημένων· μᾶλλον δὲ τοῦ ἑνὸς τοῦ λέγοντος ἐκ τοῦ τὴν ψυχὴν ἁρμονίαν λέγειν συμβαίνει πολλὰς ψυχὰς ἔχειν τὸ ζῷον. εἰ γὰρ μὴ εἴη φησὶν ἡ ψυχὴ ἁρμονία ἀλλ' ἕτερόν τι τῆς μίξεως, διὰ τί τῆς μίξεως τῆς σαρκὸς φθειρομένης καὶ ἡ τῶν λοιπῶν μορίων συμφθείρεται μίξις; εἰ γὰρ τοῦτο, δόξειεν ἂν μία μίξις εἶναι πάντων τῶν μορίων καὶ οὐ πολλαί.* — — — Haec expositio ea, quam reiecimus, nititur lectione *τὸ τοῖς ἄλλοις μορίοις.* — *ἐξηγεῖται δὲ καὶ ἄλλως· εἰ μή ἐστιν ἁρμονία ἡ ψυχή, διὰ τί ἅμα ἀναιρεῖται τῆς σαρκὸς ἀναιρεθείσης εἶτα ὡς ἀπὸ ἄλλης ἀρχῆς. ὁμοίως δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις μορίοις ζῴου ἀντὶ καὶ τοῖς ἄλλοις μορίοις συναναιρεῖται ἑκάστου ἀναιρουμένου. μόρια δὲ λαμβάνει τὰ ὁμοιομερῆ, ὀστοῦν, σάρκα, νεῦρον, φλέβας καὶ τὰ λοιπά. τούτων γὰρ οὗ τινος ἀναιρεθέντος συναναιρεῖται τὸ ζῷον.* Quae interpretatio receptam postulat lectionem, ut utraque aequa antiquitatis auctoritate gaudeat. Illam explicationem Simplicius sequitur, hanc Themistius et Sophonias. Simplicius enim fol. 15 a. *καὶ ἀναπέμπει ἡμᾶς εἰς τὸ καὶ πλείους ἅμα τοὺς λόγους τίθεσθαι, καθ' ἕκαστον τῶν ὁμοιομερῶν διαφορουμένους, καὶ ἕνα τὸν τοῦ ὅλου ζῴου ἐκ πάντων συμπληρούμενον, ὡς τῶν ἡγεμονικωτέρων αὐτοῦ φθειρομένων μορίων, καὶ τὸν ὅλον φθείρεσθαι· τὸ δὲ ἐφεξῆς αὐτὸ τοῦτο κατασκευάζειν βούλεται, τὸ τὴν ψυχὴν τὸν τῆς μίξεως εἶναι λόγον, διά τε τὸ ἕκαστον μόριον ψυχὴν ἔχειν καὶ διὰ τὸ ἀπολειπούσης τῆς ψυχῆς φθείρεσθαι τὰ ὄργανα ὡς ἀπολλύντα τοὺς λόγους.* Themistius fol. 70 a. *Πιθανότητα δὲ πολλὴν ὁ λόγος ἔχει, καθάπερ καὶ πρότερον ἔφην· πάλιν γάρ, εἰ παντελῶς ἕτερον ἡ ψυχὴ τῆς μίξεως καὶ τῆς κράσεως, διὰ τί τούτων φθειρομένων, φθείρεται εὐθὺς ἡ ψυχή; λυομένου γὰρ τοῦ λόγου τῆς σαρκὸς καὶ τῶν ἄλλων ἑκάστου τῶν τοιούτων, λύεται*

εὐθὺς καὶ ἡ ψυχή. Sophonias: *εἰ γὰρ ἕτερον φασὶν ἡ ψυχὴ τῆς κατὰ λόγον μίξεως τί δή ποτε ἅμα τῷ σαρκὶ εἶναι ἀναιρεῖται καὶ αὐτὴ συναναιρεῖται, ταῦτα δὲ κἂν τοῖς ἄλλοις πάσχει τοῖς ὁμοιομερέσι, συναναιρεῖται γὰρ ἑκάστῳ ἀναιρουμένῳ καὶ τελεία φθορὰ παρακολουθεῖ τοῦ ζῴου.*

§ 9 — 16. 408ᵃ 31 — ᵇ 32. Ad motum oratio redit; quaeritur enim, an sint animi affectus motus et quomodo sint.

§ 9. 408ᵃ 31. Repetuntur, quae de animi motu constituta sunt.

§ 10. 408ᵃ 34. Animi et affectus, quemadmodum gaudium tristitia, audacia metus, et actiones, ut ira, sensus, cogitationes, motus dici possunt. Sed propterea non necessario animus movetur.

§ 11. 408ᵇ 5. [1]) Motus sunt et ab animo tanquam causa proficiscuntur, sicut cor in ira vel metu certa quadam ratione afficitur et movetur. Cuius generis motus eorum sunt, quae vel loco feruntur vel movendo mutantur, *τὸ διανοεῖσθαι*, ut aliquem corporis motum trahere videatur, Simplicius adeo dilatat, ut etiam odium et amorem complectatur; Philoponus cogitabundi vultus admonet.

§ 12. 408ᵇ 11. Rectius homo animo moveri dicitur, quam animus ipse, ita ut motus vel ab animo nascantur, ut in recordatione, vel ad animum tendant, ut in sensibus.

408ᵇ 17. *ἡ δ' ἀνάμνησις ἀπ' ἐκείνης ἐπὶ τὰς ἐν τοῖς αἰσθητηρίοις κινήσεις ἢ μονάς.*] Philoponus ad h. l. (E. fol. 4 b.): *ἡ μέντοι ἀνάμνησις ἀρξαμένη ἀπὸ τῆς ψυχῆς διαβαίνει καὶ ἐπὶ τὸ ἐζωωμένον σῶμα. ἀναμνησθέντες γὰρ φοβεροῦ τινος ἡμῖν γενομένου ὠχριάσαμεν πολλάκις καὶ τοῦ πλοῦ ἀναμνησθέντες ἐναντιάσαμεν.* (lego *ἐναυτιάσαμεν*). Quomodo vero hic motus a recordatione proficiscens in ipsis sensibus inesse dicitur? Quae a Philopono adduntur, eo magis per-

1) [408ᵇ 5 — 15 unam comprehensionem efficiunt secundum Bz. stud. Ar. II, III. 22. — 408ᵇ 9 scribit: *τὸ δὲ διανοεῖσθαι ἢ τὸ τοῦτο ἴσως ἢ ἕτερόν τι.* „Es ist der Absicht dieser ganzen Beweisführung widersprechend, dass das Denken „etwas anderes" sei, nämlich als Bewegung, sondern die Ueberzeugung, dass *τὸ διανοεῖσθαι κινεῖσθαί τί ἐστι* muss festgehalten werden; folglich kann *ἕτερόν τι* nur zur Bezeichnung eines anderen Substrates des *κινεῖσθαι*, im Vergleiche zu dem im Vorigen enthaltenen *τὴν καρδίαν ὡδὶ κινεῖσθαι*, oder einer andern Art des Bewegtwerdens gemeint gewesen sein." Weil ferner die Affecte etc. als Bewegungen bezeichnet sind, *κινήσεις εἰσὶ, ἕκαστον τούτων ἐστὶ κινεῖσθαι*, ist auch in der speciellen Ausführung der Nominativ zu setzen: (ᵇ 8) *τὸ τὴν καρδίαν κινεῖσθαι.* ᵇ 11 ist mit den codd. ST für *τὸ δὲ λέγειν* zu schreiben *τὸ δὴ λέγειν*, um eine wirkliche Satzfügung zu gewinnen.]

tinent, ut recordationem, quomodo fiat, explicent, quam ut Aristotelis verba proponant. Simplicius ad h. l. fol. 15 b. ἡ δὲ — μονάς. ὅτε ἡ κινοῦσα ἀφ' ἑαυτῆς διὰ τῆς ἀναμνήσεως ἐγειρομένη κινεῖ ἢ ἠρεμίζει τὸ ζῷον. ὅπερ αἰσθητήριον ἔφη. Quod si accipitur, motus est per accidens, nec motus in sensibus ipsis. Recordatio cum imaginandi facultate intime coniuncta (cf. comment. 142, 143). Memoria non inanime quoddam receptaculum, e quo notionem, ubicunque velis, depromas. Ita inest vita, ut, quod meminimus, videre vel audire nobis videamur. Quod in recordatione motus ad ipsa usque sensuum instrumenta procedere dicuntur, id ultra veri fines dictum esse videatur. At, sive clare cogitavit Aristoteles, sive obscure sensit, intima imaginandi facultas si agit, sensus ipsi externi quodammodo agunt. Si, quod visu percipimus, animo obversatur, re vera videmus, si, quod auribus, audimus. Aristoteles, qui imaginationem motum esse ostendit ab efficaci sensu profectum (III, 3. 428b 25 sqq.), quoniam recordatio imaginationem excitat, recordationi motum [1]) ab anima versus sensus inesse, iure suo dicere potuit.

§ 13. 14. 408b 18. Anima non talis est motus, qualem mutatio consequitur. Iam Aristoteles praeludit, quae tertio libro certius positurus est (cf. III. 4 sqq.). Intellectus nihil patitur; est atque manet. Innascitur mens tanquam substantia. Si vocem ἐγγίνεσθαι urgere velis, in qua extrinsecus intrandi vim deprehendas, conferre possis locum de gen. anim. II, 3. 736b 28. λείπεται δὲ τὸν νοῦν μόνον θύραθεν ἐπεισιέναι καὶ θεῖον εἶναι μόνον. De quo loco in commentario p. 148 diximus. Sed hoc fortasse argutius. Intellectus, si qua re, senectute certe obscuraretur; sed non perditur. Habet se, sicut sensus.

---

1) [Cf. Freudenthal über den Begriff des Wortes φαντασία bei Aristoteles p. 7: „Gegen Trdlbgs Erklärung ist einzuwenden, dass zwar die Bewegung der Sinne (κινήσεις), aber nicht die Ruhe (μονάς), welche durch Rückerinnerung erzeugt werden soll, erwiesen worden ist. — Der Sinn der Stelle scheint zu sein: In den Sinnesorganen bleiben nach dem Verschwinden der Sinneswahrnehmungen Affectionen zurück, die Ar. κινήσεις oder auch μονὰς an mehreren Stellen nennt (anal. post. II, 19. 99b 36. de insomn. 3, 461a 18). Die ἀνάμνησις, eine Rückerinnerung durch Ideenassociation, gleicht dem Schlusse (de mem. 2. 453a 9), geht also von der Seele aus hin zu den Affectionen, die in dem Sinnesorgane, einem allerdings „inanime receptaculum (Trend.)", zurückgeblieben sind. Die Stelle ist also zu übersetzen: „So geht die Wahrnehmung von den Einzeldingen, die Rückerinnerung aber von der Seele aus hin zu den in den Sinnesorganen befindlichen Affectionen oder Rückständen." Aehnlich Themistius. Cf. Trdlb. comm. p. 144, 145 et notam ad III, 3. 428b 10.]

Exstinguitur oculus, sed videndi vis interna non exstinguitur. Ita etiam aliquid intus perit, ut cogitare non possit, at mens ipsa manet intacta. Est enim οὐσία. Si mens est, dum sua ipsius natura i. e. facultate cogitandi privatur, in punctum quasi contrahitur mens alioqui in rerum universitatem exspatians. Adeo perit, dum servatur. Ad nobilis quaedam inest pertinacia, ut, quidquid obstat, ex materiae periculis animum conserves incolumem.

408ᵇ 21. ὄμμα τοιονδὶ —] talis oculus, qualis ad videndum aptus est.

408ᵇ 22. ὥστε τὸ γῆρας κτλ.] ut senectus non eo exsistat, quod anima, sed quod id patitur, in quo inest, i. e. corpus, sicut in ebrietate et morbis. Adeo ex horum similitudine omnia impedimenta ad corpus reicit. Quod cogitare, amare, odisse, non mentis dicit, sed eius, quod mentem habet et quatenus habet: primum τὸ διανοεῖσθαι et τὸ νοεῖν discrevisse videtur, hoc (ἐκεῖνο) enim mentem ipsam aequat, illud magis cum sensu coniunctum, deinde non tam illorum causam, quae animi est, quam effectum, quatenus cernuntur, significat; prudenter propterea πάθη scripsisse videtur. Quod Themistius in h. l. fine de harum vocum discrimine affert, id, etsi per se non reiciendum, ad huius quaestionis rationes parum habet momenti. Ita enim scribit fol. 71 b.: τὸ νοεῖν μὲν ὅταν τοὺς ἁπλοῦς ὅρους καταλαμβάνῃ, τὸ διανοεῖσθαι δὲ ἐν τῷ συντιθέναι τούτους καὶ διαιρεῖν. — τὸ ψεῦδος ἐν τῇ συνθέσει καὶ τὸ ἀληθές. καὶ νοεῖν μὲν οὐχ οἷόν τε ψευδῶς, διανοεῖσθαι δὲ οἷόν τε. κἀκεῖνο μὲν ἐπιβολὴ καὶ θίξις ἐστὶ τοῦ νοουμένου, τοῦτο δέ, ὥσπερ κίνησις περὶ αὐτὸ καὶ ἐπέλευσις καὶ ἀσθένεια τοῦ κατασχεῖν ἄθρουν. Quid autem hoc discernendi vel componendi officium cum corpore commune habet?

Quid sit, quod intus [1]) perire dicatur, commentatores quaerunt; sed nihil definiendum, nisi quod oculi similitudini respondeat. Philoponus E. 6. τοῦτο γίνεσθαί φησι τοῦ πνευματικοῦ σώματος, ἐν ᾧ πρώτως ἐλλάμπουσιν αἱ ψυχικαὶ δυνάμεις, φθοράν τινα ὑπομένοντος. Simplic. fol. 16 a. ἄλλου τινὸς ἔσω φθειρομένου ἢ πνεύματος ἢ κράσεως μαραίνεται τὸ νοεῖν.

§ 16. — C. V. § 3. 408ᵇ 32 — 409ᵇ 11. Animam non esse numerum se moventem.

---

1) [Bz. l. l. pro ἔσω coni. ἐν ᾧ, quoniam corporis instrumentum, si cum mentis vi comparatur, non internum, sed externum est. Cf. quod modo (23) ab Ar. dicebatur ἀλλ' ἐν ᾧ.]

§ 16. 408^{b} 32. Contra Xenocratem anal. post. II, 4. 91^{a} 37 sqq. top. 6, 120^{b} 3, Stob. ecl. I. 62. Plutarch. de anim. procr. I. Plutarch. quaest. Plat. IX. 1. cf. Ritter hist. philos. II. p. 488 sq. Veteres quoque interpretes ad Xenocratem trahunt. Sententiam e quinto Xenocratis de natura volumine sumptam esse Themistius testatur (ex interpr. Hermol. Barbar. p. 449), Andronicum refellens, qui Aristotelem sententiam in peius interpretatum esse accusaverat.

§ 17. 409^{a} 3. Incommoda sequuntur tum ex eo, quod in anima, si numerus dicitur sese movens, movendi notio, tum quod numerus inesse dicitur. Monas per se spatio caret, ut motum excludat; adeo simplex est, ut discrimen non admittat. Monas autem, si vel movet vel movetur, differre debet; differt enim vel vi vel spatio.

Monas si spatium occupat, si quasi figuram induit, punctum est (cf. met. XIII, 8. 1084^{b} 26; V, 6. 1016^{b} 30). Illo loco: *ἡ γὰρ μονὰς στιγμὴ ἄθετός ἐστιν*, hoc *στιγμὴ καὶ μονὰς ἡ μὲν ἄθετος μονάς, ἡ δὲ θετὸς στιγμή*. Punctum si movetur, lineam describit. Cum ea monas, quae anima vocatur, alicubi sit et spatium occupet (*θέσιν ἔχει*): hanc, si moveatur, lineam gignere necessario sequitur.

409^{a} 4. *ἐπεί φασι κινηθεῖσαν γραμμὴν ἐπίπεδον ποιεῖν*] Quinam sunt qui dicant? Utrum universi geometrae? An Pythagorei? De quo nihil apud veteres commentatores.

§ 18. 409^{a} 7. Iam rursus Aristoteles ad vivum resecat, quae magis translate, quam proprie dicta sunt. Numero de numero detracto alius restat numerus. Ea vero animantium, quae dissecta vivunt, eandem specie servant animam.

§ 19. 409^{a} 10. Monades punctis cognatae, ut Democrito sententia possit conferri. Ita in hanc, atque in Democritum, eadem cadunt. Etiamsi Democriti corpuscula ad puncta redierint, ut sola magnitudo restet: tamen in his quod movet et quod movetur dignosci potest. Necessario igitur etiam esse debet, quod monades moveat. Quod si est, non numerus, sed potius quod numerum moveat, anima est.

409^{a} 13. *ἔσται τι ἐν αὐτῷ*] i. e. *τῷ ποσῷ*.

409^{a} 14. *ὥσπερ ἐν τῷ συνεχεῖ*] Philop. E. fol. 6 b. *συνελάσαι βούλεται τὴν Ξενοκράτους δόξαν εἰς τὴν Δημοκρίτου. — οὕτω δὲ καὶ Ξενοκράτης οὐκ ἐπειδὴ ἀμερῆ ὑπετίθετο τὰ ἐξ ὧν ἡ ψυχή, τὰς μονάδας λέγω, διὰ τοῦτο ἔλεγεν αὐτὰς κινεῖσθαι. ἀλλὰ διότι ποσὸν ἦν τὸ ἐξ αὐτῶν ὁ ἀριθμός. — δέδεικται γὰρ αὐτῷ ἐν τῷ ζ′ καὶ ἡ τῆς φυσικῆς, ὅτι τὸ αὐτὸ κατὰ τὸ αὐτὸ ἀδύνατον καὶ κινεῖν καὶ*

κινεῖσθαι. οὔτε ἐπὶ τοῦ συνεχοῦς ποσοῦ οὔτε ἐπὶ τοῦ διωρισμένου. Quo pertinere videtur illud *λεχθὲν* — his enim libris Democriti sententiam ab hac parte non tetigit.

Ad verba *ὥσπερ ἐν τῷ συνεχεῖ* haec faciunt, quae Philoponus affert: *οὐδὲν δὲ τὴν ὑπόθεσιν Δημοκρίτου λυμαίνεται τὸ ἀφελεῖν τῶν ἀτόμων τὸ συνεχές. οὐδὲ γὰρ διὰ τὸ συνεχῆ σώματα εἶναι ἔλεγεν αὐτὰ κινεῖσθαι, ἀλλὰ διὰ τὸ πλῆθος αὐτῶν τῇ ἀντωθήσει τῇ πρὸς ἄλληλα.* At si verum spectas, atomi non erant continuae; maiore quidem forma, sed inter se distantes.

409ᵃ 16. *τὸ κινῆσον*] i. e. *ὃ κινήσει*, conditionali significatione.

§ 20. 409ᵃ 18. In ipso numero esse debet, quod moveat i. e. anima. Haec numeri anima monas esse nequit, quia huius monadis a ceteris eiusdem numeri nullum est discrimen. Ex quo cogitationum ordine facile patet tantum in verbis *ἐνδέχεται δὲ δή πως μονάδα ταύτην εἶναι*, quae plane contrarium spectent, negationem esse quaerendam, ut *πως* enclitica in particulam interrogativam convertenda sit, *ἐνδέχεται δὲ δὴ πῶς μονάδα ταύτην εἶναι;* Ita et Themistius paraphr. fol. 72 b. *πῶς δὲ δὴ καὶ δυνατὸν μονάδας εἶναι τὴν ψυχήν; τίνι γὰρ διοίσουσι τῶν ἄλλων μονάδων;* Simplic. fol. 17 a. *φησὶ δὲ μὴ ἐνδέχεσθαι μονάδα εἶναι τὴν κινοῦσαν.* Io. Philoponus, quamquam idem textus sit appositus, colligens quae dixerat: *οὐκ ἄρα ἐνδέχεται ἀριθμὸν ἢ μονάδα εἶναι τὴν ψυχήν.*

Monades non differunt, nisi solo spatio, quod occupant. Si alia sunt corporis puncta, aliae animae monades: hae illorum spatium tenent, cum eas in corpore esse oporteat. Eodem igitur in loco duo essent puncta, si duo, quidni plura?

409ᵃ 20. *στιγμὴ μοναδική*] cf. 409ᵃ 6. *ἡ γὰρ στιγμὴ μονάς ἐστι θέσιν ἔχουσα* et ad § 18. Vox *στιγμὴ μοναδικὴ* id sibi velle videtur, ut punctum per se seorsim cogitetur nec tanquam lineae vel plani terminus, quod quidem punctum monadi non respondet.

409ᵃ 24. *ὧν γὰρ ὁ τόπος ἀδιαίρετος, καὶ αὐτά*] Themist. fol. 71 b. *ὧν γὰρ ὁ τόπος ἀδιαίρετος, καὶ αὐτὰ συντιθέμενα διαιρετὸν οὐ ποιεῖ μέγεθος οὐδὲ δεῖ πλείονος τόπου.* Quorum nihil neque in verbis inest, neque inesse potest, cum id agatur, ut, quomodo illa sibi inter se repugnent, clarius dicatur. Nec apparet, quomodo, quae dividi non possunt, spatium plane excludant.

Io. Philoponus E. fol. 7 a. ad h. l. *ἐπειδὴ εἶπεν ὅτι οὐδὲν κωλύσει ἐν τῷ αὐτῷ σημείῳ τοῦ σώματος ἄπειρα τῆς ψυχῆς*

ἐφαρμόσαι σημεῖα ὡς γίνεσθαι σημεῖον ἓν τὴν ψυχήν, αὐτὸ τοῦτο κατασκευάσαι βούλεται. εἰ γὰρ ὁ τόπος τῶν ἀπείρων στιγμῶν τῆς ψυχῆς τὸ σημεῖόν ἐστι τὸ τοῦ σώματος, τοῦτο δὲ ἀδιαίρετον· καὶ τ' ἄπειρα δηλονότι σημεῖα τὰ ἐφαρμόσαντα τῷ σημείῳ τοῦ σώματος ἀδιαίρετα ἔσται. ὡς γὰρ ἂν ἔχοι ὁ τόπος, οὕτω καὶ τὰ ἐν αὐτῷ. ὥστε ἓν σημεῖον ἔσται ἡ ψυχή· καὶ καθ' ἓν σημεῖον ἔμψυχον τὸ σῶμα. Simpl. fol. 17 b. τί κωλύει εἰ δύο ἐν ταὐτῷ γίνονται στιγμαί, μὴ καὶ πλείους γίνεσθαι, ὡς καὶ πάσας τὰς ψυχικὰς ἐν μιᾷ εἶναι σωματικῇ; ἣν κοινότερον τόπον ἐκάλεσεν ὡς δεκτικὴν ἐκείνων. οὕτω δὲ συμβήσεται μόνον τὸ σωματικὸν σημεῖον εἶναι ἔμψυχον. Uterque interpres in eandem fere sententiam disputat, ut animam in unum punctum contrahi sequatur. Sed hoc neque ita absurdum esse patet, ut universam, ex qua ducitur, sententiam labefactet, neque aliter, nisi per ambages, concluditur.

Weisse p. 175 in hanc fere sententiam: „Aristotelem inter duo sibi contraria optionem dare, aut animae puncta a corporis punctis esse diversa, aut una esse eademque. Hoc non admitti, quod alioqui omnia corpora animantia esse oporteret, illud, quod, si cum corporis punctis animae puncta unum spatium teneant, id, cuius locus dividi non possit, simplex esse debeat." — Cuius sententiae nexum plane non intellego. Locus hac fortasse ratione expediri potest. Aristoteles nihil posuit, sed tanquam quod fieri non posset, ex propositis collegit, infinita in unum punctum concurrere. Refutat sententiam, non affirmat. Quod ut manifestius esset, restituimus τί κωλύσει. Repetitur eadem fere sententia tanquam absurda sequenti capite (§ 1): ἐν τῇ μιᾷ στιγμῇ πολλὰς στιγμὰς ἢ πᾶν σῶμα ψυχὴν ἔχειν. Quod loco, de quo agitur, adiectum est: ὧν γὰρ ὁ τόπος ἀδιαίρετος, καὶ αὐτά, id, cur absonum sit, significat. Infinita puncta in unum concurrere non possunt. Nam si locus tanquam individuus discerni nequit, nec puncta, quippe quae solo loco diversa, discerni possunt, ita ut plura non sint. γάρ, ut saepius, interiecta sententia explicandum est, ita fere: absurdum est, nam etc.

§ 22. 409ᵃ 28. χωρίζεσθαι] ex ipsa Platonica sententia contra Platonis discipulum coniectum. Punctum mente et cogitatione a linea avocatur, sed re vera per se sola esse non potest; linea enim in puncta, quippe quae nihil sunt, nisi termini, non dividitur. Unde sequitur, animam, si ad mathematicas puncti rationes redactum fuerit, a corpore separari non posse. Themist. fol. 71 b. διὰ τί οὐ πάντα ψυχὴν ἔχει τὰ σώματα;

ἔτι δὲ πῶς ἂν ἀπολύοιντο τῶν σωμάτων, εἴπερ μηδὲ αἱ στιγμαὶ τῶν γραμμῶν. μηδὲ αἱ γραμμαὶ τῶν ἐπιπέδων. Eadem habet Ioannes Philoponus ad h. l. *Ὁ Ξενοκράτης ὅτε δὴ Πλάτωνος ὢν μαθητὴς χωριστὴν ἔλεγεν εἶναι τὴν ψυχὴν τοῦ σώματος· ᾧ δῆλον ὅτι οὐκ ἀριθμὸν τοῦτον τὸν συνεγνωσμένην αὐτὴν ἔλεγε. πῶς γὰρ ἐγχωρεῖ ἀριθμὸν καθ' αὑτὸν εἶναι ἀλλὰ κατὰ ἐπίνοιαν. πρὸς δὲ τὸ φαινόμενον ὁ Ἀριστοτέλης ἀπαντῶν εἰ ἡ ψυχή φησι χωριστή, τὰς δὲ στιγμὰς ἀδύνατον χωρισθῆναι τοῦ σώματος, οὐκ ἄρα ἀριθμὸς ἡ ψυχή. εἵπετο γὰρ τῷ ἀριθμὸν λέγειν τὸ στιγμὰς λέγειν. ὁ γὰρ ἀριθμὸς μονάδες. αὗται δὲ θέσιν ἔχουσαι στιγμαί εἰσιν. ἀδύνατον δὲ χωρισθῆναι τὰς στιγμὰς τὰς ἐν τῷ σώματι. ἐπειδὴ οὐ διαιροῦνται αἱ γραμμαὶ εἰς στιγμάς, ὥσπερ οὐδὲ τὰ ἐπίπεδα εἰς γραμμὰς οὐδὲ τὰ σώματα εἰς ἐπιφανείας. γραμμῆς γὰρ μέρος γραμμή, στιγμὴ δὲ πέρας γραμμῆς. διαιρεῖται δὲ τὰ διαιρούμενα εἰς τὰ μέρη, οὐ τὰ πέρατα, τὸ γὰρ πέρας ἀχώριστον οὗ ἐστι πέρας.*

Simplicius in eandem sententiam (fol. 17 b.) *εἰ μὴ διαιροῦνται αἱ γραμμαὶ εἰς στιγμάς. οὕτω γὰρ ἂν μόνως χωρίζοιντο αἱ ψυχαί, εἰ τὰ μὲν σώματα εἰς ἐπιφανείας, αὗται δὲ εἰς γραμμάς, αἱ δὲ γραμμαὶ εἰς σημεῖα διαιροῖντο. ἔσονται γὰρ οὐκέτι μετὰ συνεχείας. ἀδύνατοι δὲ αἱ τοιαῦται διαιρέσεις, ὅτι οὐ μέρη, ἀλλὰ πέρατα αἱ στιγμαὶ τῶν γραμμῶν καὶ αὗται τῶν ἐπιφανειῶν, κἀκεῖναι τῶν σωμάτων.* Sophonias: *ἔτι εἴπερ χωριστὴ ἡ ψυχὴ πῶς οἷόντε χωρίζεσθαι τὰς στιγμὰς καὶ ἀπολύεσθαι τῶν σωμάτων ἃς δὴ ψυχὴν ὑπετίθεντο;*

Cap. 5.

Cap. 5. § 1—4. 409ª 31—ᵇ 18. Pertractant, quae caput antecedens tractavit, nec nova adoriuntur.

§ 1. 409ª 31. Xenocratis sententia, in qua refellenda Aristoteles versabatur, ea erat, ut animam non solum numerum, sed moventem se numerum diceret. Numeri naturam, quatenus in animam cadere ferebatur, percensuit. Ut ad motum, qui numero inditus erat, transiret, quae in numerum coniecerat, in pauca contulit, ita quidem, ut isti sententiae, quae animam subtile quoddum corpus significaverat, componeret. Id enim inter se commune habent, ut, si illam acceperis, in uno eodemque spatio duo sint corpora, si numerum statueris, in uno puncto duo puncta. Praeter hoc aliud quoque consequebatur, fieri posse, ut omne corpus, quoniam puncta, animam quoque haberet.

409ᵇ 5. εἰ μὴ διαφέρων τις ἀριθμὸς ἐγγίνεται καὶ ἄλλος τις τῶν ὑπαρχουσῶν ἐν τῷ σώματι στιγμῶν] i. e. nisi aliae sint monades animae, alia corporis puncta.

§ 3. 409ᵇ 11. Xenocrates e motu et numero sententiam connectit. Motum Aristoteles ad ea delegat, quae de moventibus Democriti atomis dixerat. Sunt autem et propria incommoda, quae numerus motus in se habet, ut nec animi naturam definiat et constituat, nec tanquam accidens sequatur. Frustra enim labores, ut ex iis, quid propriae animi sint actiones, quid cogitatio, quid sensus, eruas. Nihil enim commune habent.

409ᵇ 17. ὥσπερ γὰρ εἴπομεν κτλ.] Cf. I. 3. § 4. et I. 3. § 8.

§ 5. 409ᵇ 23. Aristoteles eam, quae restat, aggreditur sententiam, ut, quomodo ex elementis anima esse dicatur, examinet; quae nititur fundamento pluribus communi, similia similibus cognosci. — Quodsi anima ex elementis constat, est tanquam res ipsae.

409ᵇ 28. οὐκ ἔστι δὲ μόνα ταῦτα κτλ.] Fortasse ἔσται. Si animae natura, ut omnia cognoscantur, ex elementis constare ponitur, non solum res, sed infinita alia, quae ex rebus sequi oporteret (τὰ ἐκ τούτων hypothetice), rerum rationes puta et causarum commercium, notiones rebus oppositae, ex his sequerentur; ea autem sequi non possunt.

§ 6. 409ᵇ 29. Si animus ex elementis constat, cognoscendi officina ita comparata cogitatur, ut elementum elementum trahat, elementum animo innatum idem ut in rerum est natura cognoscat. Ita partes partibus moventur et percipiuntur. Animam ea, ex quibus est, cognoscere concedatur. Unde tandem mens eius, quod totam et integram rem constituit, habet notitiam, et omnino eius, quod compositum est et quatenus compositum? Neque enim quolibet modo elementa conflata sunt; sed ex ipsa Empedoclis sententia certa ratione temperata et composita.

Cuius rei exemplum Empedoclis versus affertur, in quo quid in hac miscendi ratione secutus sit, altius inquirendum est. cf. metaphys. A. 10. 993ᵃ 17. ad quem locum Alexander Aphrodisiensis haec habet, quae nondum edita nobiscum communicavit Brandisii humanitas. Alex. Aphrodis. ad Aristot. metaph. A. 10. 993ᵃ 17. e cod. regio 1876. ὅτι δὲ ταῦτα ἔλεγον οὐ διαρθροῦντες Ἐμπεδοκλέους μέμνηται λέγοντος τὸ ὀστοῦν κατὰ τὸν λόγον ὀστοῦν εἶναι, οὐ κατὰ τὴν ὕλην. ἡ μὲν γὰρ ὕλη κοινὴ καὶ τοῖς ἄλλοις κατ' αὐτόν (τὰ γὰρ τέσσαρα στοιχεῖα), ὀστοῦν δὲ ἐν τῇ ποιᾷ τούτων καὶ ποσῇ κράσει φησὶ γίγνεσθαι, λέγων· Ἡ δὲ χθὼν ἐπίηρος ἐν εὐτύκτοις χοά-

νοισι | *τὰς δύο τῶν ὀκτὼ μερέων λάχε Νήστιδος αἴγλη* | *Τέσσαρα δ' Ἡφαίστοιο· τὰ δ' ὀστέα λεῦκ' ἐγένοντο.*

410ᵃ 4. *ἡ δὲ χθὼν ἐπίηρος κτλ.*] cf. Sturz. p. 409 sqq. p. 599. De epitheto cf. Buttmanni lexilogus I. p. 157. qui *ἐρίηρος* scribere iubet, advocans Philoponi interpretationem *εὐάρμοστος*, quae vulgaris est vocis *ἐρίηρος*. De voce *ἐπίηρος* dubitat Buttmannus, in quid apta sit terra. Ceteris sane elementis, cum de elementis miscendis agatur. Quare vox *ἐπίηρος* non temere movenda videtur. Simplicius interpretatur *ἐναρμόνιος*.

410ᵃ 5. *τὰ δύο τῶν ὀκτώ*] Ita Casaubonus, Sylburg., Bekker. Tollitur versus brevi in initio syllaba (*τὰ δύο*, qui dactylus esse debet). Cui vitio quomodo medendum est? Alii (ut Rixner) *τῶν δύο τῶν ὀκτώ* nullo plane sensu. Num et in Empedocle ea licentia admittenda est, quae est Homeri versum a voce *ἐπειδὴ* (Il. XXII, 379) incipientis. cf. Spitzner de vers. gr. her. p. 78. Quoniam Alexandri et Asclepiae codices *τὰς δύο* constanter tuentur, quibus unus Aristotelis consentit, fortasse legendum est: *τὰς δύο τῶν ὀκτὼ μοιρῶν*, praesertim cum tres Aristotelis codices *μοιράων* habeant. Aberraret quidem *τέσσαρα* neutro genere; sed hoc ad sensum. (*τά* si sit femininum dualis numeri producitur; lege igitur *μοιρέων*. G.).

410ᵃ 5. *λάχε νήστιδος αἴγλης*]. *Νῆστις* apud Empedocl. I. 27 dea.

τέσσαρα τῶν πάντων ῥιζώματα πρῶτον ἄκουε,
Ζεὺς ἀργὴς Ἥρη τε φερέσβιος ἠδ' Ἀϊδωνεύς.
Νῆστις θ' ἣ δακρύοις τέγγει κρούνωμα βρότειον.

Sed cum *αἴγλης* adiectum sit, hoc quidem loco vox ad adiectiva detrudenda est: liquidus splendor. Sturz. p. 317. „Aerem et aquam nominabat *Νῆστιν αἴγλην*. *Νῆστιν μὲν διὰ τὸ ὑγρόν, ἀπὸ τοῦ νάειν καὶ ῥεῖν· αἴγλην δὲ ὡς διαφανῆ*, ut inquit Simplic. ad Aristot. de anima I. p. 18 b. Io. Philoponus ad eundem locum p. 41 a.: *Σημαίνει δὲ διὰ μὲν τῆς Νήστιδος, παρὰ τὸ νάειν, τὸ ὑγρὸν τοῦ ὕδατος καὶ τοῦ ἀέρος· διὰ δὲ τῆς αἴγλης, τὸ διαφανές.* Possumus in hac interpretatione acquiescere. Quamquam, cum Aegle apud Virg. Ecl. 6, 21 sit Naiadum una, formula Empedoclea videatur potius Aquam solam significare. Dubium enim est, utrum nominativus constituendus sit, *Νῆστις αἴγλη*, id quod a vett. grammat. factum videmus, an potius *Νήστιδος αἴγλη* h. e. *Νῆστις αἰγλήεσσα.*" cf. Sturz. p. 212.

Simplicius fol. 18 b. *δεῖ οὖν καὶ τὸν ἑκάστου ἐνυπάρχειν λόγον, εἰ μέλλοι καὶ τὸ σύνολον τουτέστι τὸ σύνθετον γνωρίζειν, θεὸν δὲ κατ' Ἐμπεδοκλέα λέγει, ἐκ τῶν στοιχείων*

ὄντα καὶ αὐτόν, τὸν σφαῖρον. καὶ μαρτύρεται καὶ Ἐμπεδοκλέα ἐπὶ τῶν ὀστῶν καὶ τὸν λόγον τῆς συνθέσεως παραδιδόντα. ἐπίηρος δὲ τουτέστιν ἐναρμόνιος, εἴρηται ἡ γῆ ὡς κύβος κατὰ τὴν πυθαγόρειον παράδοσιν. τὸν γὰρ κύβον διὰ τὸ δώδεκα μὲν ἔχειν πλευρὰς (i. e. laterum lineas) ὀκτὼ δὲ γωνίας, ἓξ δὲ ἐπίπεδα, τὴν ἁρμονικὴν ποιοῦντα ἀναλογίαν ἁρμονίαν ἐκάλουν. χόανα δὲ καὶ παρὰ τῷ ποιητῇ ἐν οἷς ἡ τῶν μιγνυμένων γίνεται κρᾶσις, ἀγγεῖα. φῦσαι δ' ἐνὶ χοάνοισιν ἐείκοσι πᾶσαι ἐφύσων. (i. e. Iliad. XVIII, 470) ἃ καὶ εὔστερνα ὡς πλατέα διὰ τὸ χωρητικὸν καλεῖ. μίγνυσι δὲ πρὸς τὴν τῶν ὀστῶν γένεσιν, τέσσαρα μὲν πυρὸς μέρη, διὰ τὸ ξηρὸν καὶ λευκὸν χρῶμα ἴσως, πλείστου λέγων αὐτὰ μετέχειν πυρός, δύο δὲ γῆς. καὶ ἓν μὲν ἀέρος ἓν δὲ ὕδατος. ἃ δὴ ἄμφω νῆστιν αἴγλην προσαγορεύει. νῆστιν μὲν διὰ τὸ ὑγρὸν ἀπὸ τοῦ νάειν καὶ ῥεῖν, αἴγλην δὲ ὡς διαφανῆ.

Philoponus ad h. l. E. fol. 8 a. ὀκτὼ μοίρας παραλαμβάνει εἰς τὴν τῶν ὀστῶν γένεσιν ὁ Ἐμπεδοκλῆς. ὧν τέσσαρας μὲν πυρός, δύο δὲ γῆς, ἀέρος δὲ καὶ ὕδατος ἀνὰ μίαν. διὰ τί δὲ ὀκτὼ λέγομεν, ἴσμεν ὅτι εἰς τὴν γένεσιν τῶν ὄντων τοὺς ἁρμονικοὺς οἱ Πυθαγόρειοι παρελάμβανον ἀριθμούς. εἰς τὴν γένεσιν οὖν τῶν ὀστῶν παρελαμβάνει (l. παραλαμβάνει) τὸν ὀκτὼ διότι πρῶτος κύβος ὁ η. τὸ δὲ κυβικὸν σχῆμα ἀπονέμουσι τῇ γῇ. οὐχ ὅτι κυβικὸν τὸ σχῆμα τῆς γῆς ἀλλὰ διὰ τὸ ἀκίνητον. ὡς οὖν γηΐνων τῶν ὀστῶν ὄντων, εἰκότως τὸν κύβον εἰς τὴν αὐτῶν γένεσιν παρέλαβεν. ὁ δὲ κύβος σύγκειται ἐξ ἁρμονικῶν ἀριθμῶν. ἔχει γὰρ πλευρὰς μὲν δώδεκα, γωνίας δὲ ὀκτώ, ἐπίπεδα δὲ ἕξ. ἔχουσιν οὖν τὰ μὲν δώδεκα πρὸς τὸν ὀκτὼ τὸν ἡμιόλιον λόγον. πρὸς δὲ τὸν ἓξ τὸν διπλάσιον. ὁ δὲ ὀκτὼ πρὸς τὸν ἓξ τὸν ἐπίτριτον. οὗτοι δὲ οἱ ἀριθμοὶ ποιοῦσιν ἁρμονικοὺς λόγους. ὁ μὲν γὰρ διπλασίων λόγος ποιεῖ τὴν διὰ πασῶν καλουμένην ἁρμονίαν. διὰ πασῶν δὲ καλεῖται ὅτι σύγκειται ἐξ ὁμιολίου καὶ ἐπιτρίτου λόγου. ὅταν γὰρ οὕτως ἔχωσιν αἱ χορδαί, ὥστε τὴν μὲν πρώτην πρὸς τὴν δευτέραν τὴν ἡμιολίου ἔχειν λόγον, τὴν δὲ δευτέραν πρὸς τὴν τρίτην τὸν ἐπίτριτον, τότε ἡ πρώτη πρὸς τὴν τρίτην τὸν διπλάσιον ἕξει λόγον. ὡς ἔχει ὁ ιβ. η̄ ϛ̄. διὰ πασῶν οὖν ὡς πάντας ἔχουσα τοὺς ἁρμονικοὺς λόγους. ἡ δὲ ἐν ἐπιτρίτῳ λόγῳ ἁρμονία καλεῖται διὰ τεσσάρων. δύο γὰρ τιθεμένων πλευραὶ μὲν οὖν εἰσιν ἐν τῷ ὑποκειμένῳ κύβῳ αἱ ἀπὸ τοῦ α′ ἕως τοῦ μ′. γωνίαι δὲ αἱ ἀπὸ τοῦ ν′ ἕως τοῦ υ′. τὸ δὲ τῶν ἐπιφανειῶν ὅτι στ′ πρόδηλον. τριῶν γὰρ οὐσῶν διαστάσεων ἑκάστη δύο πέρατα ἔχει. ὅτι δὲ ὁ ὀκτὼ κύβος, πρόδηλον. κύβος γάρ ἐστιν ὁ ἔχων τὰς τρεῖς

διαστάσεις ἴσας, μῆκος, πλάτος, βάθος. μετρεῖται δὲ οὕτως. λαβόντες τὴν πλευρὰν τῆς μιᾶς διαστάσεως, πολλαπλασιάζομεν ἐφ' ἑαυτήν. οἷον εἰ ἔχει ἑκάστην πλευρὰν τριῶν πηχῶν, τὴν μίαν ἐφ' ἑαυτὴν πολλαπλασιάσαντες, οιον τρεῖς (l. τρὶς) τὰ τρία ἐννέα. εἶτα πάλιν τὴν πλευρὰν ἐπὶ τὸ γενόμενον πολλαπλασιάσαντες. τρεῖς ἐννέα φαμὲν εἰκοσιεπτὰ στερεῶν πηχῶν εἶναι τὸν κύβον. οὕτως οὖν καὶ ἐπὶ τοῦ ἀριθμοῦ. ὅταν γὰρ τρεῖς ἀριθμοὶ ἴσοι ἐφ' ἑαυτοὺς πολλαπλασιασθῶσιν, ὁ γινόμενος ἐξ αὐτῶν κύβος ἐστίν, οἷον δὶς δύο τέσσαρα καὶ δὶς τέσσαρα η̄. διὸ καὶ ὁρίζονται αὐτὸν κύβον λέγοντες εἶναι, ἀριθμὸν ἴσον ἰσάκις ἴσον. καὶ πάλιν ὅταν ὁ ποιήσας τὸν τετράγωνον ἀριθμὸν ἐπὶ τὸν τετράγωνον πολλαπλασιασθῇ κύβον ποιεῖ, πᾶς δὲ ἀριθμὸς ἐφ' ἑαυτὸν πολλαπλασιαζόμενος τετράγωνον ποιεῖ, δὶς δύο τέσσαρα καὶ δὶς τέσσαρα η̄. ἡ δὲ χθὼν ἐπίηρος τουτέστιν εὐάρμοστος. εὐάρμοστος δὲ ὡς κυβική. διότι ἐξ ἁρμονικῶν ὁ κύβος ἀριθμῶν. ἐν εὐστέρνοις χοάνοισιν ἀντὶ τοῦ πλατέσι. καὶ γὰρ τὰ στέρνα πλατύτερα τῶν ἄλλων τοῦ ζῴου μερῶν. ὥσπερ δὲ ὁ ποιητὴς ὑποτίθεται τὸν Ἥφαιστον ἐν χονείᾳ (l. χοανείᾳ s. χωνείᾳ) βάλλοντά τε χρυσὸν καὶ τὸν χαλκὸν καὶ τὰ λοιπά, οὕτω καὶ αὐτὸς τὴν χονείαν ἐν τῇ γῇ ὑποτίθεται τῶν δύο τῶν ὀκτὼ μοιράων λάχε νήστιδος αἴγλης. λέγει δὲ ὕδατος καὶ ἀέρος δύο μοίρας ἐν τῇ γῇ ἐμβληθῆναι. σημαίνει δὲ διὰ μὲν τῆς νήστιδος παρὰ τὸ νάειν τὸ ὑγρὸν τοῦ ὕδατος καὶ τοῦ ἀέρος. διὰ δὲ τῆς αἴγλης τὸ διαφανές. τέσσαρα δέ φησιν Ἡφαίστοιο. ὥστε τὰ λειπόμενα δύο, γῆς εἶεν ἂν ἅπερ ὁ ἀὴρ καὶ τὸ ὕδωρ ἐμβληθέντα ἐν τῇ γῇ, ως ἐν χονείᾳ ἀποδιέλαβε καὶ ἐκέρασεν. ἐπειδὴ δὲ καὶ ξηρὰ καὶ λευκά ἐστι τὰ ὀστᾶ, πλεῖον παραλαμβάνει γῆς καὶ πυρός. δύο μὲν γῆς, τέσσαρα δὲ πυρός· τῇ πυρίᾳ γὰρ οὐσίᾳ τὸ λευκὸν ἀποδιδόασιν· ἑκατέρας δὲ τῶν ὑγρῶν οὐσιῶν τῆς τε τοῦ ἀέρος λέγω καὶ τῆς τοῦ ὕδατος ἀνὰ μίαν μοῖραν. καὶ ἄλλως. εἰ ἔδει τὸν ὀκτὼ εἰς ἁρμονικοὺς κατατεμεῖν ἀριθμούς, οὐχ οἷόν τε ἦν εἰς ἄλλους διαιρεθῆναι ἢ εἰς οὓς διεῖλεν. ἔδει μὲν γὰρ εἰς δ' διαιρεθῆναι ἵνα ἑκάστῳ τῶν στοιχείων ἀποδοθῇ τις μοῖρα. εἰς ἴσα δὲ οὐκ ἔδει διὰ τὸν εἰρημένον λόγον. περιελείπετο οὖν ἢ εἰς δύο τριάδας καὶ δύο μονάδας, ἢ ὡς αὐτὸς διεῖλεν. ἄλλαι δύο τριάδες οὐκ ἔχουσιν ἁρμονικὸν λόγον πρὸς ἀλλήλας. ὥσπερ οὐδὲ αἱ δύο μονάδες. ἐκεῖ μέντοι πλείους αἱ ἁρμονικαὶ σχέσεις. καὶ γὰρ ἡ τετρὰς πρὸς τὴν δυάδα καὶ αὐτὴ πρὸς τὰς μονάδας ἁρμονικὸν σώζει λόγον.

Itaque sequitur, non solum elementa, sed et elementorum rationes et compositiones vel potius ipsas res in animo inesse

debere, quod fieri non posse facile patet. Eodem modo boni et mali se habet existimatio, quae ab elementis plane est aliena.

§ 7. 410ª 13. Si elementa a manifesta materia revocaveris, communes restant categoriae. Animus non esse potest, quod harum categoriarum sit commune; nihil enim est commune, quod complectatur cunctas. Itaque quaeritur, an e cunctis sit animus; omnium vero non una eademque origo, non una eademque elementa. Neque quicquam lucratus fueris, si ad vitanda materiae elementa ad generales has classes confugeris. Neque enim fieri potest, ut aliquid e quanti elementis constet neque ipsum sit quantum. Anima igitur numero et quanto subiceretur.

[410ª 17. *ὅσα τῶν οὐσιῶν ἐκ τούτων-μόνον.* — Ex categoriis quatuor priores magis ad ea pertinent, quae sunt; posteriores ad ea, quae agunt (*ποιεῖν, πάσχειν, ἔχειν, κεῖσθαι*). Si illa sola animo inessent, quomodo, posita hac cognoscendi ratione, haec possent cognosci?

410ª 20. 21. In ed. pr. et in omnibus scriptis et impressis haec ita legebantur: *ἔσται ἄρα ποσὸν καὶ ποιὸν καὶ οὐσία. ἀλλ' ἀδύνατον ἐκ τῶν τοῦ ποσοῦ στοιχείων οὐσίαν εἶναι καὶ μὴ ποσόν.* Quae in hunc modum transponere 1) praestat: *ἀλλ' ἀδύνατον ἐκ τῶν τοῦ ποσοῦ στοιχείων οὐσίαν εἶναι καὶ μὴ ποσόν. ἔσται ἄρα ποσὸν καὶ ποιὸν καὶ οὐσία.* Hoc enim illud consequens, quod e categoriarum elementis, si animo inseveris, colligitur. Sed haud facile colligas, nisi interiecto illo *ἀλλ' ἀδύνατον κτλ.* Neque haec ut debent adversantur, si illa *ἔσται ἄρα* antecesserint.

410ª 20. *στοιχεῖα τοῦ ποσοῦ*] numerum, lineas, figuras fingas; *τοῦ ποιοῦ* colores, sonos, succos etc. Haec in animo esse non possunt, nisi ex horum generibus animus esse aliquid ipse.

410ª 22. *ἐκ πάντων*] at etiam singula commemorata sunt.]

§ 8. 410ª 23. Omnes praeter Democritum physici contraria a contrariis moveri et pati constituerunt. Testatur Aristoteles de gen. et corr. I, 7. 323ᵇ 3 sqq. (cf. de an. II, 4. 416ª 32. *ὡς ἀπαθοῦς ὄντος τοῦ ὁμοίου ὑπὸ τοῦ ὁμοίου*). Ipse vero rem ita decernit, ut, quod inter se agere et pati velit, genere sit idem, specie diversum vel contrarium. Itaque si iidem sen-

---

1) Quod in apparatu critico numeri linearum e priore editione servantur, id errore factum est. Hoc igitur ordine eos, benevole lector, scriptos putes: 410ª 20. *ἐκ* om. UV. ‖ *εἶναι οὐσίαν* V. ‖ 21. *ἐστὶν* X. ‖ *ἄρα καὶ π* W. ‖ *δὲ* V. ‖ 22. *ταῦτά τε καὶ* om. V. ‖ *κτλ.*

sibus percipere pati definierunt, sibimet ipsis repugnant, hoc a contrariis, illud a rebus similibus ducentes.

§ 9. 410ᵃ 27. *πολλὰς δὲ ἀπορίας καὶ δυσχερείας ἔχοντος τοῦ λέγειν, καθάπερ Ἐμπεδοκλῆς, ὡς τοῖς σωματικοῖς στοιχείοις ἕκαστα γνωρίζεται καὶ πρὸς τὸ ὅμοιον μαρτυρεῖ τὸ νῦν λεχθέν.*] Liquet quidem, quid sibi verba velint. Sed qualis nunc est periodus? Inepta paene, quippe conclusione et obiecto carens. An ferri potest obiectum genetivo absoluto collocatum? Remedium non in promptu; longius enim repetitum est, si scripseris *μαρτυρεῖ (πρὸς) τὸ νῦν λεχθὲν (καὶ*[1] *ἄλλο)*. (Nihil inesse videtur viti, si *τοῦ λέγειν* genetivus pendeat ab *ἔχοντος* hoc vero a *δυσχερείας*, hic ut sensus sit: eius vero qui in opinione Empedoclis perseveret (*ὃς ἔχει τοῦ λέγειν καθάπερ Ἐμπεδοκλῆς*) multas esse difficultates testatur et hoc quod dicturi sumus. G.) Restat ratio, ut *τὸ νῦν λεχθὲν* ad ea, quae iam sequentibus exponuntur, trahatur. „Cum res per se difficultates habeat, tum iis, quae sequuntur, refellitur." Io. Philop. F. 1. *τὸ νῦν λεχθέν φησιν ἀντὶ τοῦ, τὸ λεχθησόμενον. σημαίνει δὲ ὁ γάρ σύνδεσμος ἐπαγόμενος αἰτιολογικὸς ὤν.* Simplicius fol. 19 a. *ἐν δὲ τῇ λέξει τῇ, μαρτυρεῖ δὲ τὸ νῦν λεχθὲν, ἀντὶ τοῦ λεχθησομένου ἀποδεκτέον. ὡς δηλοῖ ἐπιφερόμενος ὁ γὰρ σύνδεσμος αἰτιολογικὸς ὤν.* Quae omnium maxime elementorum naturam referre videntur, ut crines, ossa (terrae enim similia, ex Aristotelis sententia (III, 13. 435ᵃ 25), non ex Empedoclis temperie), ea plane non cognoscunt.

§ 10. 410ᵇ 2. Si quadam rerum et animi affinitate cognitio efficitur, si suo quaeque principio trahuntur, si sui cuique principii fines: maior inest cuique principio ignorantia, quam scientia. Plura enim dissimilia, quam similia; plura igitur a singulis principiis quasi repelluntur et excluduntur, quam attrahuntur et suscipiuntur. Ita defertur Aristoteles ad consequentiam quandam ab Empedocle, contra ipsum Empedoclem exsistentem. Empedocles a Deo contentionem amori contrariam exclusit. Unum enim illud, quod est Deus, solo amore rerum universitatem creat et quasi penetrat. Ille est concentus omnis pugnae expers. Pugna vero rebus omnibus finitis, rebus mortalibus inest. Si a

---

1) [*μαρτυρεῖ* — argumentum est ex usu et experientia repetitum, eiusmodi enim testimonium (*μαρτυρίαι* in numero *τῶν πίστεων ἀτέχνων* habentur rhet. *A*, 15. 1375ᵃ 22 sqq.). Quae antecedebant, rationes erant, non testimonia. Supersedeas igitur addita copula *καί*. Est enim novi aliquid, nec vero prioribus tanquam simile adiectum.]

suo quodque principio cognoscitur, sequitur ipsum numen pugnam, cuius est nescium, cognoscere non posse; mortales igitur divino ipsi numini cognitione antecellere. Cf. metaphys. III, 4. 1000a 24. *καὶ γὰρ ὅνπερ οἰηθείη κτλ.* (1000b 3) *διὸ καὶ συμβαίνει αὐτῷ τὸν εὐδαιμονέστατον θεὸν ἧττον φρόνιμον εἶναι τῶν ἄλλων. οὐ γὰρ γνωρίζει τὰ στοιχεῖα πάντα. τὸ γὰρ νεῖκος οὐκ ἔχει, ἡ δὲ γνῶσις τοῦ ὁμοίου κτλ.* cf. Sturz. p. 287.

Qua in re non est, quod eam controversiam attingamus, utrum hic Deus, in quem pugna non admittitur, Sphaerus sit nec ne.[1]) Est enim numen, quod pugnae est expers, quod igitur, si Empedoclea doctrina sibi constat, pugnam i. e. omnes res finitas (pugna enim ortae sunt) cognoscere non possit.

410b 7. [*ἐκ πάντων γὰρ ἕκαστον.* — Quidquid mortale sentit — de alia re non agitur —, id ex omnibus elementis, discordia non excepta. Quare opus non est, cum Torstrikio interpretamentum interpolatoris de Anaxagora somniantis putare. Recte eodem modo *τὰ δὲ θνητὰ πάντα* (intellege *γνωρίζει*). Cf. Dittenberger in progr. Rudolstadtensi 1869. p. 19 sq.]

§ 11. 410b 7. Omnia ex elementis constant; itaque omnes res, si elementis cognitio deberetur, cognoscerent.

§ 12. 410b 10. Si animus ex elementis constat, quid est, quod elementa constringat, ut unum efficiant? Fieri enim non potest, ut aliquid aut anima aut mente sit potentius. Animae igitur ex Aristotelis sententia eae partes mandandae videntur, ut elementa cohibeat et coniungat. Nullum autem est elementum, cuius haec sit in reliqua vis. Commentarii rationis nervum in eo ponunt, quod materiam forma superiorem facere absurdum sit.

410b 14. *εὔλογον γὰρ τοῦτον* (*τὸν νοῦν*) *εἶναι προγενέστατον καὶ κύριον κατὰ φύσιν*] Ad Anaxagorae sententiam accedere videtur. *προγενέστατον*, mentem omnium primam esse creatam.

§ 13 sqq. 410b 16. Quae sequuntur, ab antecedentibus sunt segreganda, neque enim unam, sed universas de anima sententias respiciunt. Neque ea est ratio, ut animam propterea ex elementis faciant, ut et moveatur et sentiat. Alia enim animantia non moventur, alia nihil sentiunt. Itaque quod illi de

1) Themistius: *ὁ μὲν γὰρ Σφαῖρος αὐτῷ θεὸς παριὼν ἐκ τῆς κατὰ τὴν φιλίαν συγκρίσεως.* Simplicius fol. 19 a. *πλὴν τοῦ Σφαίρου ὃν Ἐμπεδοκλῆς θεὸν ὑμνεῖ κτλ.* Ita et Philop.

anima statuerunt, non de universa et omni anima dixerunt, nec communem animae notionem conceperunt.

410^b 20. *καίτοι δοκεῖ*] Themistius fol. 72 b. *καίτοι τὰς ἄλλας μὲν κινήσεις, λέγω δὲ τὴν αὔξησιν καὶ τὴν αἴσθησιν, εἰ καὶ κινεῖται ὡς ἔμψυχα (τὰ ζῷα) ἀλλ' οὐχ ὑπὸ μόνης τῆς ψυχῆς. ἀλλὰ συναίτια γίνεται αὐτοῖς καὶ τὰ ἔξωθεν· τοῦ μὲν τρέφεσθαι τὰ τρέφοντα. τοῦ δὲ αἰσθάνεσθαι τὰ αἰσθητά· τῆς δὲ κατὰ τόπον κινήσεως ἡ ψυχὴ μάλιστα κυρία εἶναι δοκεῖ*, ut *μόνη* legisse videatur, quod sententiae magis congrueret.

§ 14. 410^b 24. Quis sit, qui omni animae mentem tanquam partem tribuit, non facile est definire. Sed quisquis est, nec generatim de omni anima dixit (sunt enim multa animantia, quae mente non gaudent), nec de tota (praetermittuntur enim animae facultates, ut nutriendi), nec de una (siletur enim quomodo diversae facultates in unum coaluerint).

§ 15. 410^b 27. Ita et Orphicis carminibus accidit, ut in parte et singulis haereant, totum et genus neglegant. Ducunt enim animam a spiritu e rerum universitate ducto. Ex universo animam, quae a ventis feratur, spirantibus intrare. Sed nec plantae nec omnia spirant animalia.

411^a 1. *τοῦτο δὲ λέληθε κτλ.*] *τοῦτο* a solo Simplicio ad antecedentia, a Themistio, Philopono, Sophonia ad sequentia trahitur. Res ambigua est. Nobis in priorem rationem animus inclinat, praesertim si sequentibus *εἰ δὲ* legas, ut aliqua sequentium sit oppositio. Orphica praeterea commemorata sunt ab Aristotele de gener. anim. II, 1. 734^a 19. *ὥσπερ ἐν τοῖς καλουμένοις Ὀρφέως ἔπεσιν. ἐκεῖ γὰρ ὁμοίως φησὶ γίγνεσθαι τὸ ζῷον τῇ τοῦ δικτύου πλοκῇ.* Utroque loco quid dubitationis insit verbis *τὰ καλούμενα ἔπη*, ut Orphei vocari nec vero esse significentur, facile intellegitur. Quam sententiam Aristoteles de ipsis Orphicis tulerit, doctissime examinavit Lobeckius in illo Aglaophami libro, qui post messem ne spicas quidem legere patietur. cf. Aglaoph. I. p. 339. p. 348 sqq. Quo loco Ciceronis testimonium (de n. D. I, 38) et Philoponi ad hunc de anima locum adnotatio inter se contenduntur. Cicero enim ita scribit: „Orpheum poetam docet Aristoteles nunquam fuisse et hoc Orphicum carmen Pythagorei ferunt cuiusdam fuisse Cercopis." Philoponus vero: *καλουμένοις εἶπεν, ἐπειδὴ μὴ δοκεῖ Ὀρφέως εἶναι τὰ ἔπη, ὡς καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς περὶ φιλοσοφίας λέγει· αὐτοῦ μὲν γὰρ εἰσι τὰ δόγματα· ταῦτα δέ φησιν Ὀνομάκριτον ἐν ἔπεσι κατατεῖναι.* Quae non tantopere repugnant, quantopere h. l. iudicatur. Neque enim ullus omnino

fuisse Orpheus negatur, sed Orpheus poeta. Quod alter Aristotele auctore Cercopem, alter Onomacritum carmina condidisse tradit, id facile componitur, cum Cicero de certo quodam carmine Orphico loquatur, aliud vero Philoponus significare videatur. De loco ipso, quatenus docta antiquitate illustrari potest, cf. Lobeckii Aglaoph. I. p. 753 sqq., qui Themistio et Simplicio Iamblichum addit in libro de anima apud Stob. ecl. ph. I. c. 52. § 34. 898. *οἱ μὲν μίαν οὐσίαν τῆς ψυχῆς ἀριθμῷ τιθέμενοι, πληθύοντες δὲ αὐτὴν (ἤ, ὡς Ἀμέλιος οἴεται, σχέσεσι καὶ κατατάξεσιν, ἢ ὡς οἱ Ὀρφικοὶ, ἐπιπνοίαις ἀπὸ τῆς ὅλης) ἔπειτα ἀνασχέοντες* (leg. *ἀναστοιχειοῦντες*) *ἀπὸ τοῦ πλήθους τῆς ὅλης ἐπὶ τὴν μίαν ψυχὴν ἀποθεμένης τὰς σχέσεις καὶ τὰς εἰς ἕτερον κατατάξεις καὶ ἀναλύοντες ἀπὸ τῆς εἰς τὰ μεταλαβόντα διαιρέσεως*[1]) *τηροῦσιν αὐτὴν ὅλην πανταχοῦ τὴν αὐτὴν, μίαν τε οὐσίαν αὐτῇ διδόασι καθ' ἓν πεπερασμένην*. Iambl. ap. Stobaeum ecl. I, 52. 868. *τινὲς τὴν ψυχὴν ὑπὸ (ἀπὸ) τοῦ ἀναψύχεσθαι ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ ὠνομάσθαι ἀποφαίνονται καὶ τὸν ἀναπνεόμενον ἀέρα ψυχὴν νομίζουσιν, ὥσπερ Ἀριστοτέλης παρὰ Ὀρφέως ἐν τοῖς φυσικοῖς ἔπεσι λέγεσθαι τὴν ψυχὴν ὡς εἰσιέναι ἐκ τοῦ ὅλου ἀναπνεόντων ἡμῶν φερομένην ὑπὸ τῶν ἀνέμων. Ἔοικέ γε μὴν ὁ Ὀρφεὺς χωρὶς ὑπολαμβάνειν εἶναι διαιρέσεις, πολλὰς δὲ καὶ μέσας ἐπιπνοίας καθήκειν ἐπὶ τὰς μεριστὰς ψυχὰς ἀπὸ τῆς ὅλης ψυχῆς*. Animi igitur nostri ex universa mundi anima hausti et delibati sunt; afflatu autem ventorum, qui omnia vitali spiritu animant, extrinsecus gignuntur. *Ἄνεμοι οὐ τὰ φυτὰ μόνον ἀλλὰ πάντα ζωογονοῦσι* Geoponicus IX, 3, 573 et *πνοιαὶ ψυχοτρόφοι* Orph. H. XXXVIII, 22. *αὖραι ζωογόνοι* Pallad. epigr. CXXII. Haec quidem ex Aglaophamo (p. 760), ad quem eos quoque reicimus, qui quomodo hi venti generationis causae mythologicis Tritopatorum nominibus ornati sint, doceri volunt. Hoc enim parum ad locum, quem tractamus. Id nobis quaerendum restat, Orphica utrum animam a primo spiritus ductu et primo hoc quasi ventorum commercio an a continua respiratione traxerint. Themistius quidem p. 72 b. *παρὰ τὴν πρώτην ἀναπνοήν*. Simplicius et Philoponus primam urgere omittunt.

§ 16. 411ᵃ 2. *εἰ δὲ* e codd. Requiritur enim aliqua oppositio. Si animam ex elementis condere necesse sit, non omnia tamen advocanda. Unum sufficit ex contrariis, ut et hoc et alterum iudicetur. Ad recti normam etiam curvum exigitur.

---

1) Hoc est, Lobeckius addit, illud *ἀναστοιχειοῦν*, quod legi iusserat, in elementa resolvere.

Verum sui index et falsi, ut Spinoza loquitur. — Talis autem oppositio a materiae elementis aliena ad mentis potius categorias traducenda est, si de regulae cuiusdam negatione agitur. Simplicius fol. 9 a: *τοῦτο δὲ οὐχ ἁπλῶς ἀληθὲς οἶμαι, ἀλλ' ὅταν θατέρου στέρησις ᾖ. τῷ γὰρ εἴδει ἡ στέρησις γινώσκεται ὡς τῇ ὑγιείᾳ ἡ νόσος. ἢ — ὅταν δὲ ἄμφω εἴδη τὰ ἐναντία — οὐ καθ' ἕτερόν τι, ἀλλὰ καθ' αὑτὸ γνωριζόμενον — βούλεται καὶ διὰ τούτων δηλοῦν εἰδητικὴν εἶναι τὴν γνῶσιν ἐνέργειαν.*

§ 17—20. 411ª 7—13. Sunt etiam, qui animam in universo mixtam inesse censeant. Haec autem, ut ea quae contra dicta sunt probant, non ea est sententia, quae mundi animam statuat, qualis in Timaeo est, quae universum ab anima perfundi et penetrari dixerit, quemadmodum Stoici existimarunt. Quae huc falso a Themistio trahuntur. Universis enim elementis, qualia secreta in rerum sunt natura, animam ab Aristotele tribui commemoratur. Hoc autem eo refellitur, quod elementa, si anima inesset, etiam animalia esse deberent, idque eo magis, si anima, quae meris et puris inesset elementis, praestantior crederetur.

§ 17. 411ª 7. Quae ab interpretibus afferuntur, nihil historici de Thalete testimonii continent. Argumenta, quae in communi ratione ab Aristotele praeposita collocata sunt, denuo evolvuntur. Sed illud *ἴσως*, quod aliquid dubitationis relinquit, non neglegendum est, ut ne Aristotelis causam Thaleti tanquam propriam subiciamus, id quod interpretibus accidit. Ceterum conferas Cic. de legg. II, 11, § 26. „Thales qui sapientissimus in septem fuit, homines (dicit) existimare oportere, omnia quae cernerentur Deorum esse plena; fore enim omnes castiores, veluti qui in fanis essent maxime religiosis." — Quo loco sententia si ad hominum pietatem suscitandam et fovendam a Thalete proposita videtur, ab Aristotele discrepat. Stob. ecl. phys. I. p. 54: *Θαλῆς νοῦν τοῦ κόσμου τὸν θεόν, τὸ δὲ πᾶν ἔμψυχον ἅμα καὶ θεῶν πλῆρες· διήκειν δὲ καὶ διὰ τοῦ στοιχειώδους ὑγροῦ δύναμιν θείαν κινητικὴν αὐτοῦ.* Diog. Laert. I. § 27: *ἀρχὴν δὲ τῶν πάντων ὕδωρ ὑπεστήσατο καὶ τὸν κόσμον ἔμψυχον καὶ δαιμόνων πλήρη.*

[§ 18. 411ª 11. *ἐν τούτοις* — e sequentibus patet, *ταῦτα* ad elementa, non ad mixta trahendum esse.]

§ 20. 411ª 13. Philoponus F. 3: *παραβολώτερος ὁ λόγος τουτέστι τολμηρὸς καὶ ἐπικίνδυνος ῥᾴδιον ἔχων ἐκ τῆς αἰσθήσεως τὸν ἔλεγχον.* Quod Sophonias *ἐμπλήκτων* reddit, id magis *παραβολώτερον* quam *παραλογώτερον* sapere videtur.

Themistius in paraphrasi παραλογωτέρων, unus eius codex (1851) παραβολωτέρων.

ἄτοπον in Aristotelis apud Simpl. textu superscripto ad ὑπολαβεῖν ἐοίκασι. Sed vulgata praestat.

§ 21. 22. 411ᵃ 16. Aristoteles elementa animata esse negaverat. Sed si concesseris, elementorum anima ceteris praestantior esse non potest. Quod ita demonstrat, ut rationes ad elementorum animam probandam allatas adversus ipsorum causam convertat. Elementa propterea animata dixerant, quod, si in animantibus causa sint vitae, ipsa quoque vivere necesse sit; alioqui enim aliam esse partium, aliam totius naturam. Sed si rursus et elementi et animantis animam diversam putes, dum aëris in utraque naturam h. e. causam eandem ponas, haec inter se repugnant. Sequeretur enim aliquid animae subesse, aliud abesse. Cuius nulla est causa, cum aër sit idem.

411ᵃ 22. ἀναγκαῖον οὖν αὐτὴν ἢ ὁμοιομερῆ εἶναι ἢ μὴ ἐνυπάρχειν ἐν ὁτῳοῦν μορίῳ τοῦ παντός.] Aliquid deesse videatur, fortasse τὴν αὐτήν. Quae coniectura quamquam his Philoponi verbis εἰ γὰρ μὴ εἴη ὁμοιομερής, οὐκ ἔσται ἐν ὁτῳοῦν μορίῳ τοῦ παντὸς ἡ αὐτή confirmari possit et periodum facilius expediat: tamen non plane est necessaria. Hoc enim dici potest: Necesse igitur aut animantis animam adeo unam habere naturam, ut nulla partium sit varietas, quemadmodum elementa se habent, aut nullam esse elementorum animam. Illud multiplici animae naturae repugnat, hoc itaque ponendum est.

411ᵃ 23. ἐν ὁτῳοῦν μορίῳ τοῦ παντός] de singulis elementis et de aëre maxime dictum est. Neque enim de mundi anima sermo est. Retulit tamen ad eam Simplicius, ut elementorum vitam in Aristotelica philosophia tueretur fol. 20 b. οὕτως ἐμοί γε δοκεῖ μᾶλλον τὴν Ἀριστοτελικὴν καθιστάνειν λέξιν, ἢ ὡς καταγιγνώσκοντος ἀζωίαν τῶν ὅλων στοιχείων.

Ad lectionem βούλεσθαι (411ᵃ 28) a Bekkero allatam confirmandam haec e commentatoribus interponantur. Themistius fol. 73 a. καὶ πᾶσα ἡμῖν ὁμοίως αἰσθήσεως τε αἰτία καὶ ἐπιστήμης καὶ δόξης καὶ ἐπιθυμίας καὶ θυμοῦ καὶ βουλήσεως καὶ τῶν ἄλλων ἃ διηρίθμηται. Io. Philopon. F. 5. τῶν ἀπηριθμημένων τὰ μέν ἐστι τῆς λογικῆς ψυχῆς ἡ γνῶσις καὶ ἡ δόξα καὶ ἡ βούλησις. τὰ δὲ τῆς ἀλόγου αἴσθησις καὶ ἡ ἐπιθυμία καὶ ἡ ὄρεξις καὶ ἡ κίνησις ἡ κατὰ τόπον. Simpl. fol. 21 a. διακρίνας δὴ τὰς γνωστικὰς τῆς ψυχῆς ἐνεργείας ἀπὸ τῶν ὀρεκτικῶν καὶ ποικίλας εἶναι ἀμφοτέρας δηλώσας, τὰς μὲν ὡς δοξαστικὰς καὶ νοητικὰς καὶ αἰσθητικὰς,

τὰς δὲ κατὰ τὸ λογικὸν καὶ παθητικὸν, παθητικὴ γὰρ ὄρεξις ἐπιθυμία, λογικὴ δὲ ἡ βούλησις. Sophonias: εἴτε γὰρ μίαν εἴπομεν φέρε εἰπεῖν τὴν ἐν ἀνθρώπῳ πᾶσαν διαφόρους δὲ ἔχειν τὰς ἐνεργείας καὶ τοῦτό ἐστιν αὐτῇ τὸ θυμοῦσθαι καὶ λογίζεσθαι καὶ αἰσθάνεσθαι καὶ τἄλλα πάσχειν τε καὶ ποιεῖν τῷ πολυδύναμιν εἶναι κτλ.

§ 23. 24. 411a 26. Aristoteles, diversis animae actionibus enumeratis, ad eam redit quaestionem, utrum omnes ab universa anima, an a sua quaeque parte proficiscantur. Esse enim, qui dicant, alia parte animam cogitare, alia concupiscere (cf. Plato in rep., Timaeus, quem Themistius laudat). Cui sententiae quid tandem sit, quod partes, ut ne diffluant, contineat, obiciendum esse censet. Corpus esse non potest, quippe quod ipsum ab anima contineatur: hac enim discedente corpus dilabitur (in quo ea quidem subit quaestio, utrum anima expellatur a corpore tabescente, an discedat voluntaria). Si quid est aliud praeter corpus, quo anima coalescat, ad hoc potius animae dignitatem detuleris. Quid autem, si de hoc ipso, unum sit an multa, quaestio movenda est? Ita, nisi in principio constiteris, alterum ad alterum te abripiat.

411b 9. διαπνεῖται] Proprie: difflatur. Plato Phaed. p. 80 C. ἐπειδὰν ἀποθάνῃ ὁ ἄνθρωπος τῷ μὲν νεκρῷ προσήκει διαλύεσθαι καὶ διαπίπτειν καὶ διαπνεῖσθαι.

§ 25. 411b 14. Si anima corpus continet, ab animae partibus, si sunt, corporis partes contineantur. At tale quid de reliquis animi facultatibus fingi non potest, nedum de mente. Etenim si sensibus moderatrix aliqua animi facultas responderet, mens adeo supra corporis sortem evecta, ut nullam excogitares partem, in qua tanquam sua dominaretur.

§ 26. 27. 411b 19. De lectione apud commentatores haec adnotantur: Simpl. fol. 22 a.: εἰ δὲ αἱ ἔσχαται ζωαὶ ἀμερίστως ἀλλήλαις συνυπάρχουσι, μειζόνως αἱ κρείττους καὶ ὁμοειδεῖς εἰσιν. οἷον αἱ ψυχαὶ ἀλλήλαις τε καὶ τῇ ὅλῃ. ψυχὰς νῦν οὐ τὰς ἐν πλείοσι ζῴοις καλῶν, ἀλλὰ τὰς ἐν ἑκάστῳ ζῴῳ διαφόρους ζωάς. οἷον τὴν φυτικήν, τὴν αἰσθητικήν, τὴν λογικήν. εἶναι δὲ ταύτας καὶ ἀλλήλαις καὶ τῇ ὅλῃ ὁμοειδεῖς. οὐχ ὅτι τὸ φυτικὸν καὶ τὸ αἰσθητικὸν τῷ εἴδει ταὐτόν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀχώριστον πρὸς ἀλλήλας σύμφυσιν. — — — ἡ δὲ λέξις ἡ ἀλλήλων μὲν οὐ χωριστὰ ὄντα, τῆς δὲ ὅλης ψυχῆς ὡς διαιρετῆς οὔσης, ἀκαταλλήλως εἴρηται, ὅτι τε ἀπὸ τῶν ψυχῶν ἐπὶ τὰ μόρια μετενήνεκται καὶ ὅταν ἀντὶ δοτικῆς γενικῇ πτώσει χρῆται. δέον γὰρ ἀλλήλοις φάναι ἀλλήλων εἶπεν. — Philoponus F. 6. καὶ ὁμοειδεῖς εἰσιν ἀλλήλαις καὶ

τῇ ὅλῃ, ἀλλήλων μὲν ὡς οὐ χωριστὰ ὄντα τῆς δὲ ὅλης ψυχῆς ὡς διαιρετῆς οὔσης. τὰ γὰρ μόρια τοῦ ἐντόμου ὁμοίως δὲ καὶ τῶν φυτῶν ἑαυτοῖς τέ εἰσιν ὁμοειδῆ ὅτι οὐ χωριστὰς ἔχουσι τὰς δυνάμεις τῆς ψυχῆς. ἀλλὰ πᾶσαι αἱ δυνάμεις ἐν ἑκάστῳ εἰσί. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ἀλλήλων μὲν ὡς οὐ χωριστὰ ὄντα. εἰσὶ δὲ καὶ τῇ ὅλῃ ψυχῇ ὁμοειδῆ τῇ πρὸ τῆς τοῦ ζῴου διαιρέσεως, εἰσὶ δὲ αὐτῇ διὰ τοῦτο ὁμοειδῆ ὡς διαιρετῆς οὔσης της ὅλης εἰς ὁμοιομερῆ. Ex quibus etsi verba ὁμοειδεῖς εἰσιν ἀλλήλαις laudantur, quid Philoponus ipse, cum statim τὰ μόρια subiciat, legerit, non satis patere arbitramur. Themistius fol. 73 a. ἐξ ὧν ἁπάντων δῆλόν ἐστιν, ὅτι ὁμοειδῆ τὰ μόρια τῆς ψυχῆς καὶ ἀλλήλοις καὶ τῇ ὅλῃ· ἀλλήλοις μὲν, τὰ ἐν τοῖς μέρεσι τοῖς διῃρημένοις τοῦ σώματος, ὅλῃ δέ, τῇ πρὸ τῆς διαιρέσεως ἐνυπαρχούσῃ τῷ ζώῳ. Sophonias: καὶ ὁμοειδῆ εἰσιν ἀλλήλοις τὰ διαιρεθέντα σωμάτια καὶ τῇ ὅλῃ, ἀλλήλοις μὲν ὡς οὐ χωριστὰς τὰς ψυχικὰς δυνάμεις συνούσας ἔχοντα ἀλλὰ πάσας ὅλα, τῆς δὲ προτέρας καὶ ὅλης ψυχῆς ὡς διαιρετῆς εἰς ὁμοειδῆ.

[§ 26. 411^{b} 20. *ἔντομα*] de nomine cf. hist. an. I, 1. 487^{a} 33. καλῶ δ' ἔντομα, ὅσα ἔχει κατὰ τὸ σῶμα ἐντομάς, ἢ ἐν τοῖς ὑπτίοις ἢ ἐν τούτοις τε καὶ τοῖς πρανέσιν. Cf. Bz. ind. Ar. 255^{b} 7 sqq.].

411^{b} 26. *ἀλλήλων μὲν ὡς οὐ χωριστὰ ὄντα, τῆς δ' ὅλης ψυχῆς ὡς διαιρετῆς οὔσης*]. Si in quavis horum animantium parte distracta anima inest eaque integra: facultates quidem inter se segregari non possunt, sed universa anima ita divisa est, ut pars nomen et rationem universae tueatur.

§ 26. 27. Quo vinculo ea, quae de anima in laceratis adhuc animalium partibus vivente et de anima altrice sine ceteris facultatibus plantis insita dicta sunt, cum antecedentibus, quae animae partes esse negarunt, coniuncta sunt? Illud animae esse partes confirmare videatur, hoc ex animae actionibus alias ab aliis seiungi.

Ita res in utramque partem versatur, dubia autem relinquitur.

§ 27. 411^{b} 27. Supra (§ 23) proposita erat quaestio altera, utrum vita in omnibus simul animae actionibus consistat, an in quibusdam, an in alia quadam causa. Ad quam hic quaestionem paucis respicitur.

LIBER II.

Cap. 1.

Secundi libri initium id agit, ut, sepositis reliquorum sententiis, quid sit animus, proponatur. Definitio adeo Aristoteli est propria, et cum universa eius philosophiae ratione coniuncta, ut per se sola vix intellegatur. In *δυνάμεως* et *ἐνεργείας* et *ἐντελεχείας* discrimine est sita. Quae notiones cum nusquam (anno scilicet 1832) sint expositae, qualis sit earum ratio ex universo Aristotele colligendum est, ne aliena tanquam domestica intrudantur. In explicandis his notionibus ex ipso philosophiae secessu depromptis latinae linguae in philosophicis et laxa remissio et laeva inopia in angustias quasdam nos rediget, ut perspicuitatis gratia ad scholasticos terminos confugiendum sit.

Δύναμις [1]) et *ἐνέργεια* sive *ἐντελέχεια* (utrumque enim confunditur, etsi est aliquod discrimen, de quo postea dicendum erit) in eo positae sunt, quod vel fieri potest vel re vera fit („Möglichkeit, Wirklichkeit"), ita vero, ut *δύναμις* non cogitatione fingatur, sed ad ipsam rei naturam referatur. *Δύναμις* non illa est veri similitudo, quam mentis cogitatione assequaris, sed rei facultas, quatenus ipsis rei conditionibus continetur; *ἐντελέχεια* has conditiones, hanc rei facultatem ad ipsius rei veritatem extollit, ut e *δυνάμει* nascatur et *δύναμιν* quasi consummet et absolvat.

Mirum est, has notiones in iis Aristotelis scriptis, quae suo iure logica vocanda sunt, raro reperiri; [2]) in iis autem, quae sive rerum naturam sive ultima rerum initia spectant, tanquam propriam Aristotelici ingenii notam omnibus fere rerum

---

1) [Cf. de dynami Bz. ind. Ar. 206^a 32 sqq., de energia 251^a 2 sqq., de entelechia 253^b 35 sqq.].

2) Vid. exempli gratia de interpr. c. 10. 15.

notitiis esse impressam. Quod adeo memorabile videtur, ut ex hoc ipso, in quo haec verba ambitu suam habeant sedem, consequatur. *Δύναμις* et *ἐντελέχεια* a notionibus, quatenus per se solae considerantur, remotae in ipso nascendo, in rerum natura cernuntur. Cum earum vis et potestas in iis libris, quos habemus superstites, nusquam exhauriatur, e re esse videtur, e locis, ubi tanquam notae adhibentur, universam earum imaginem, quoad eius fieri potest, colligere et quasi componere.

A verborum notatione ordiendum esse videtur. *Ἐντελέχεια* unde descendat, saepe disputatum est. Io. Philop. ad Ar. de an. II, 1. *ἐντελέχεια παρὰ τὸ ἓν καὶ τέλειον καὶ τὸ συνέχειν.* In qua notatione vocis elementa dissoluta et arbitrario iterum conflata esse, facile apparet. Accedimus ad eam derivationem, quae fere agnita est, ita *ἐντελέχειαν* ab adiectivo *ἐντελεχής* esse ductam, ut *νουνέχεια* a *νουνεχής*, *συνέχεια* a *συνεχής*. [1]) Ita *ἐντελέχεια*, quatenus verbi origine significationem indicat suam, eum statum denotat, quo quid ad perfectionem perductum est. Unde fit, ut Aristoteles phys. III, 3. 202ᵃ 24. *ἐντελέχειαν* explicans *ἔργον καὶ τέλος* dicat. Cf. Metaphys. *Θ*, 8. 1050ᵃ 23. Quae quidem accurata est definitio; *ἐντελέχεια* enim ita a *δυνάμει* differt, ut *δύναμιν* et ad rem et ad finem evehat suum.

Miscentur [2]) inter se *ἐντελέχεια* et *ἐνέργεια*. Sed an ab origine eaedem sint, quaerendum est. Si vocabulorum rationem et conditionem consulueris, *ἐνέργεια* magis ipsum rei actum, *ἐντελέχεια* statum ex actu exortum significat: *ἐνέργεια* in ipsa adhuc actione versatur, *ἐντελέχεια* contra ex actione in statu quodam acquievit, ut *ἐντελέχεια* aliquanto ulterius processerit, quam *ἐνέργεια*. Ita actio differt ab eo, quod agendo effeceris.

Quod discrimen ab Aristotele indicatum est. Ita phys. III, 3. 202ᵃ 12. *καὶ τὸ ἀπορούμενον δὲ φανερόν, ὅτι ἐστὶν ἡ κίνησις ἐν τῷ κινητῷ· ἐντελέχεια γάρ ἐστι τούτου, καὶ ὑπὸ τοῦ κινητικοῦ. καὶ ἡ τοῦ κινητικοῦ δὲ ἐνέργεια οὐκ ἄλλη ἐστί.* Quo loco *ἐντελέχεια* adscribitur *τῷ κινητῷ*, *ἐνέργεια* vero *κινητικῷ*. Illud autem quod moveri potest, hoc quod

---

1) [In ed. pr. Trdlbg. hic locum citaverat de gen. et corr. II, 10. 336ᵇ 32, ut vocem, quae est *ἐντελεχὴς* Aristotelicam esse probaret: *συνεπλήρωσε τὸ ὅλον ὁ θεός, ἐντελεχῆ ποιήσας τὴν γένεσιν.* Sed ipse adnotavit, scribendum esse *ἐνδελεχῆ* cum codd. FH. „Deus enim ita absolvit universum, ut cum in hac sphaera animantia perpetuo esse non possent, generationem continuaret." Assentitur Bz. in ind. Ar. 254ᵃ 21; legit autem *ἐνδελεχῆ ποιήσας τὴν γένεσιν.* Testes adhibet Philoponum et Ar. 336ᵃ 17: *ἡ γὰρ φορὰ ἐνδελεχῆ ποιήσει τὴν γένεσιν.*]

2) [Cf. Bz. ind. Ar. 253ᵇ 46 sqq.]

movere valet; illa facultas quaedam in patiendo posita, haec ab agendo proficiscens. Ita *ἐνέργεια* actioni propior, *ἐντελέχεια* ad statum quendam vergens. Eadem ratione paulo post *ποίησις* et *πάθησις* respondent *τῇ ἐνεργείᾳ*, *ποίημα* et *πάθος* *τῇ ἐντελεχείᾳ*, si quidem verum est, id quod et loci continuitate et aliis exemplis demonstratur, *ἐντελέχειαν* dici *ἔργον καὶ τέλος*. Quid autem inter *ποίησιν* et *ποίημα*, inter *πάθησιν* et *πάθος* interest, nisi quod abstracta in *σις* desinentia ipsam verbi actionem, cetera vero in *μα* exeuntia id significant, quod actione efficitur, rem verbi actione genitam? Sed sicut linguae in huius formae substantivis non tenaciter eiusmodi discrimen tuentur sed saepius significationes inter se commutant, ut altera ab altera non sit seiuncta (v. c. *οἴκησις* pro voce *οἴκημα* in Sophoclis Philoctete, v. 31. *κίνημα* pro voce *κίνησις* in Plutarchi Alexandro M. V. Lobeck Phryn. p. 351): ita etiam *ἐνέργεια* et *ἐντελέχεια* differentiam, quam posuimus, non religiose servant, sed plerumque inter se miscentur, cum in eundem finem concurrant. Ita phys. III, 3. 202ª 12. *καὶ τὸ ἀπορούμενον δὲ φανερόν, ὅτι ἔστιν ἡ κίνησις ἐν τῷ κινητῷ. ἐντελέχεια γάρ ἐστι τούτου καὶ ὑπὸ τοῦ κινητικοῦ. καὶ ἡ τοῦ κινητικοῦ δὲ ἐνέργεια οὐκ ἄλλη ἐστί. δεῖ μὲν γὰρ ἐντελέχειαν εἶναι ἀμφοῖν.* phys. III, 2. 201ª 10. *διῃρημένου δὲ καθ' ἕκαστον γένος τοῦ μὲν ἐντελεχείᾳ τοῦ δὲ δυνάμει, ἡ τοῦ δυνάμει ὄντος ἐντελέχεια, ᾗ τοιοῦτον, κίνησίς ἐστιν, οἷον τοῦ μὲν ἀλλοιωτοῦ ᾗ ἀλλοιωτὸν ἀλλοίωσις.* In quo observandum est, consentire cum eo, de quo diximus, discrimine, quod non *ἐνέργεια*, sed *ἐντελέχεια* dicta est; *κίνησις* quidem per se est actio i. e. *ἐνέργεια*, sed quatenus ad rem, quae movetur, referenda est, eius rei potius perfectio (*ἐντελέχεια*), quam actio dicitur. Sed paulo infra oratio ab hac subtilitate desciscit et res plane invertitur. 201ᵇ 8. *ἐνδέχεται γὰρ ἕκαστον ὅτε μὲν ἐνεργεῖν ὅτε δὲ μή, οἷον τὸ οἰκοδομητὸν καὶ ἡ τοῦ οἰκοδομητοῦ ἐνέργεια, ᾗ οἰκοδομητόν, οἰκοδόμησίς ἐστιν.* Ita quidem eadem ratione utrumque ponitur. Ubi vero subtilius loqui interest, discrimen facile observaveris.

Δύναμιν, quid sit apud Aristotelem, non per se spectamus, sed tantum, quatenus *ἐνέργειαν* et *ἐντελέχειαν* oppositas habet, ut ab harum societate avelli non patiamur. Alia plane *δυνάμεως* significatio, si per se ponitur. Quo pertinet metaph. *Δ*, 12. 1019ª 15. Ea est vis, a qua mutatio proficiscitur neque ea sui ipsius, sed in alia re facta. *Δύναμις λέγεται ἡ μὲν ἀρχὴ κινήσεως ἢ μεταβολῆς ἡ ἐν ἑτέρῳ ἢ ἕτερον, οἷον ἡ οἰκοδομικὴ δύναμίς ἐστιν ἣ οὐχ ὑπάρχει ἐν τῷ οἰκοδο-*

μουμένῳ etc. Aedificandi vis in aedificandi materia agit. Vis medica non in medicum, sed in eum, cui medetur, sese exserit. Quapropter Aristoteles hanc colligit definitionem (1020ᵃ 5) *ὁ κύριος ὅρος τῆς πρώτης δυνάμεως ἂν εἴη ἀρχὴ μεταβλητικὴ ἐν ἄλλῳ ᾗ ἄλλο.* Cf. metaph. *Θ*, 2. 1046ᵇ 3. *διὸ πᾶσαι αἱ τέχναι καὶ αἱ ποιητικαὶ καὶ ἐπιστῆμαι δυνάμεις εἰσίν· ἀρχαὶ γὰρ μεταβλητικαί εἰσιν ἐν ἄλλῳ ᾗ ἄλλο.* Quam facultatem non temere primam facultatem [1]) dixisse videtur; agit enim; altera vero, quae ex *ἐντελεχείας* oppositione iudicatur, magis patitur, quam agit. *Δύναμις* igitur *πρώτη*, quae per se sola mutandi est principium, hoc quidem loco missa facienda est.

Δύναμις, cum ea, de qua agimus, significatione, a sola logica cogitatione avocata et ad res physicas remissa sit, ad rei pertinet conditiones, quatenus ante rem in ipsa rerum natura exstant. Unde fit, ut materiae maxime [2]) respondeat. Est enim materia, ex qua actio res gignit. Dum cogitatio rem praevertit, ita ut, etsi nondum est, eam antecapiat, res *δυνάμει* esse dicitur, modo adsit materia, ex qua fieri possit. Rei igitur alicuius materia *δύναμις* dicitur; potest enim res e materia fieri. Luculentum exemplum [3]) laudamus metaphys. *Θ*. 1049ᵃ 15. *Ὅταν δ' ἤδη διὰ τῆς αὐτοῦ ἀρχῆς ᾖ τοιοῦτον, ἤδη τοῦτο δυνάμει.* Si quid alicuius est generis (*τοιοῦτον*), iam hoc ipsum certi quid *δυνάμει* est, in quo, sicuti in universo Aristotele, quae

---

1) Cf. *Θ*, 1. 1046ᵃ 9. *ὅσαι δὲ πρὸς τὸ αὐτὸ εἶδος, πᾶσαι ἀρχαί τινές εἰσι, καὶ πρὸς πρώτην μίαν λέγονται, ἥ ἐστιν ἀρχὴ μεταβολῆς ἐν ἄλλῳ ᾗ ἄλλο. ἡ μὲν γὰρ τοῦ παθεῖν ἐστὶ δύναμις, ἡ ἐν αὐτῷ τῷ πάσχοντι ἀρχὴ μεταβολῆς παθητικῆς ὑπ' ἄλλου ᾗ ἄλλο·* — — — 15. *ἐν γὰρ τούτοις ἔνεστι πᾶσι τοῖς ὅροις ὁ τῆς πρώτης δυνάμεως λόγος.* *Θ*, 8. 1049ᵇ 13. *τῷ γὰρ ἐνδέχεσθαι ἐνεργῆσαι δυνατόν ἐστι τὸ πρώτως δυνατόν, οἷον λέγω οἰκοδομικὸν τὸ δυνάμενον οἰκοδομεῖν, καὶ ὁρατικὸν τὸ ὁρᾶν, καὶ ὁρατὸν τὸ δυνατὸν ὁρᾶσθαι.*

2) [*δύναμιν* latius patere, quam materiem, Trdlbg. ostendit in libro: Geschichte der Kategorienlehre 159, n. 2: „Wenn die Materie *δύναμις* ist, so darf man den Satz nicht, wie gewöhnlich geschieht, umkehren, als ob die *δύναμις* nur die Materie wäre. Vielmehr kann im Endlichen jeder der aristotelischen Gründe, einzeln und für sich allein genommen, *δύναμις* sein."]

3) Alia exempla haec sunt e multis: metaph. H, 2. 1042ᵇ 9. *ἐπεὶ δ' ἡ μὲν ὡς ὑποκειμένη καὶ ὡς ὕλη οὐσία ὁμολογεῖται, αὕτη δ' ἐστὶν ἡ δυνάμει κτλ.* *Λ*, 5. 1071ᵃ 9. *ἐνεργείᾳ μὲν γὰρ τὸ εἶδος ἐὰν ᾖ τὸ χωριστόν, καὶ τὸ ἐξ ἀμφοῖν, στέρησις δὲ οἷον σκότος ἢ κάμνον, δυνάμει δὲ ἡ ὕλη· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ δυνάμενον γίγνεσθαι ἄμφω.* *Θ*, 6. 1048ᵃ 32. *λέγομεν δὲ δυνάμει οἷον ἐν τῷ ξύλῳ Ἑρμῆν καὶ ἐν τῇ ὅλῃ τὴν ἡμίσειαν, ὅτι ἀφαιρεθείη ἄν, καὶ ἐπιστήμονα καὶ τὸν μὴ θεωροῦντα, ἂν δυνατὸς ᾖ θεωρῆσαι· τὸ δὲ ἐνεργείᾳ.*

propria sit pronominum vis, probe spectandum est. *τοιοῦτο* materiae tantum genus, ad quod pertinet, indicat, *τοῦτο* [1]) materiam ipsam digito monstrat. *ἐκεῖνο δὲ ἑτέρας ἀρχῆς δεῖται, ὥσπερ ἡ γῆ οὔπω ἀνδριὰς δυνάμει· μεταβάλλουσα γὰρ ἔσται χαλκός.* Aes, ex quo statua, statua *δυνάμει*, terra, ex qua aes, aeris *δύναμις.* Unde *δύναμιν* ad eam materiam trahi apparet, ex qua quid fit, nulla alia re interposita. Non terra statuae *δύναμις*, sed aes, etsi aes ad terram rursus remittitur. *ἔοικε δὲ ὃ λέγομεν εἶναι οὐ τόδε ἀλλ' ἐκείνινον, οἷον τὸ κιβώτιον οὐ ξύλον ἀλλὰ ξύλινον, οὐδὲ τὸ ξύλον γῆ ἀλλὰ γήινον· πάλιν ἡ γῆ* (vel potius *πάλιν ἡ γῆ·* maiore interpunctione), *εἰ οὕτως μὴ ἄλλο ἀλλ' ἐκείνινον, ἀεὶ ἐκεῖνο δυναμει ἁπλῶς τὸ ὕστερόν ἐστι. ἐκείνινον*, vox, ut videtur, ad adiectivorum materiam significantium similitudinem facta, sicut haec, materiam indicat: inest tamen aliqua ambiguitas, modo materiam ipsam, modo materiae alicuius tantum genus et quasi cognationem denotans. Ita cista, si *ξυλίνη* dicitur, e vero ligno, lignum autem, si *γήινον*, terrae tanquam universi elementi speciem tantum et similitudinem refert. Quam ambiguitatem ne ipsa quidem *δυνάμεως* notio effugit. Quod materia *δυνάμει* dicitur *τὸ ὕστερον*, posterius illud est, quod tanquam nova forma statim materiam sequitur et excipit. *οἷον τὸ κιβώτιον οὐ γήινον οὐδὲ γῆ, ἀλλὰ ξύλινον· τοῦτο γὰρ δυνάμει κιβώτιον καὶ ὕλη κιβωτίου αὕτη, ἁπλῶς μὲν τοῦ ἁπλῶς, τουδὶ δὲ τοδὶ τὸ ξύλον. εἰ δέ τί ἐστι πρῶτον, ὃ μηκέτι κατ' ἄλλου λέγεται ἐκείνινον, τοῦτο πρώτη ὕλη.* Ex quo loco si *δύναμιν* materiae respondere satis constat, materia, ut diximus, duplici ratione intellegitur, ita ut modo materia sit haud mutata sed certa tantum forma signanda, modo materia in aliam materiam conversa. Ita phys. IV, 5. 213ª 1. *οὕτω δὲ καὶ ὁ ἀὴρ ἔχει πρὸς ὕδωρ· οἷον ὕλη γάρ, τὸ δὲ εἶδος, τὸ μὲν ὕδωρ ὕλη ἀέρος, ὁ δὲ ἀὴρ οἷον ἐνέργειά τις ἐκείνου· τὸ γὰρ ὕδωρ δυνάμει ἀήρ ἐστιν, ὁ δ' ἀὴρ δυνάμει ὕδωρ ἄλλον τρόπον* (quatenus aer in pluviam abit).

Sicut *δύναμις* materiae, ita *ἐντελέχεια* formae (quae est *εἶδος*) respondebit. Testem laudamus de an. II, 2. 414ª 15. *τριχῶς γὰρ λεγομένης τῆς οὐσίας, καθάπερ εἴπομεν, ὧν τὸ μὲν εἶδος, τὸ δὲ ὕλη, τὸ δὲ ἐξ ἀμφοῖν· τούτων ἡ μὲν ὕλη δύναμις, τὸ δὲ εἶδος ἐντελέχεια.* met. *Λ*, 5. 1071ª 8. *ἐνεργείᾳ μὲν γὰρ τὸ εἶδος, ἐὰν ᾖ τὸ χωριστόν, καὶ τὸ ἐξ ἀμ-*

1) [In Bz. ind. Ar. hic usus vocis *οὗτος* non invenitur, cf. ad 403ª 14.]

φοῖν. phys. III, 2. 202ª 9. εἶδος δὲ ἀεὶ οἴσεταί τι τὸ κινοῦν ἤτοι τόδε ἢ τοιόνδε ἢ τοσόνδε, ὃ ἔσται ἀρχὴ καὶ αἴτιον τῆς κινήσεως ὅταν κινῇ οἷον ὁ ἐντελεχείᾳ ἄνθρωπος ποιεῖ ἐκ τοῦ δυνάμει ὄντος ἀνθρώπου ἄνθρωπον, quo loco εἶδος et ἐντελέχεια inter se referuntur. De an. II, 2. 414ª 9. τούτων δ' ἡ μὲν ἐπιστήμη τε καὶ ὑγίεια μορφὴ καὶ εἶδός τι καὶ λόγος καὶ οἷον ἐνέργεια τοῦ δεκτικοῦ. Quae verba μορφὴ καὶ εἶδος Aristoteles interdum in ἐνεργείας locum substituisse videtur, cf. metaph. *M*, 2. 1077ª 33. οὔτε γὰρ ὡς εἶδος καὶ μορφή τις, οἷον εἰ ἄρα ἡ ψυχὴ τοιοῦτον, οὔτε ὡς ἡ ὕλη. οἷον τὸ σῶμα. Sed si δύναμις ὕλη, ἐντελέχεια εἶδος dicitur, cur non Aristoteles in his notionibus a Platone quasi hereditate acceptis acquievit? quid erat, cur novas easque difficiles procuderet? Cavendum est, ne, quae sibi respondent, neve una eademque putemus, neve, quae similia sunt, geometrico modo congruere existimentur. Δύναμις materiam ad logicam cogitationem traducit, non materiam per se segregatam et seiunctam considerans, sed certa ratione ad ea, quae inde exsistunt, relata. Ἐνέργεια et ἐντελέχεια non formam ponit tanquam a materia alienam et quasi extrinsecus accedentem, sed actum potius, quo certum aliquid gignitur, unde forma tanquam necessaria conditio consequitur. Erat igitur, cur materiam et formam in has novas notiones flecteret. [cf. p. 245. n. 2.]

Itaque δύναμις indefinita, utpote materia, ἐντελέχεια certa et finita, utpote formam afferens. Δύναμις innumera admittit, quae ex ea fieri possunt, ἐντελέχεια unum ex his, ut sit, ad effectum perducit. Δύναμις ipsa contraria, quorum alterum altero excluditur, non recusat; ἐντελέχεια, quae sibi repugnant, expellit, uno tantum contrariorum accepto. Illa late patet ut cogitatio, haec in angustum contracta ut veritas. Illa rem, quae nondum est, cogitando anteceptam, in conditionibus ponit suis. Haec conditiones, quae olim et aliarum rerum esse poterant, nunc sibi vindicat uni. Ita metaphys. *Γ*, 4. 1007ᵇ 28. τὸ γὰρ δυνάμει ὂν καὶ μὴ ἐντελεχείᾳ ἀόριστόν ἐστιν. *Z*, 13. 1039ª 3. ἀδύνατον οὐσίαν ἐξ οὐσιῶν εἶναι ἐνυπαρχουσῶν ὡς ἐντελεχείᾳ. οὐδέποτε ἓν ἐντελεχείᾳ ἀλλ' ἐὰν δυνάμει δύο ᾖ, ἔσται ἕν, οἷον ἡ διπλασία ἐκ δύο ἡμίσεων δυνάμει γε. ἡ γὰρ ἐντελέχεια χωρίζει. Secernit ἐντελέχεια, ut nihil mixti nihil confusi esse patiatur. phys., III, 5. 204ª 28. ἀλλ' ἀδύνατον τὸ ἐντελεχείᾳ ὂν ἄπειρον. ποσὸν γάρ τι εἶναι ἀναγκαῖον. metaph. *Θ*, 6. 1048ª 35. Δῆλον δ' ἐπὶ τῶν καθ' ἕκαστα τῇ ἐπαγωγῇ ὃ βουλόμεθα λέγειν, καὶ οὐ δεῖ παντὸς ὅρον ζητεῖν ἀλλὰ καὶ τὸ ἀνάλογον συνορᾶν, ὅτι ὡς τὸ οἰκοδομοῦν

πρὸς τὸ οἰκοδομικόν, καὶ τὸ ἐγρηγορὸς πρὸς τὸ καθεῦδον, καὶ τὸ ὁρῶν πρὸς τὸ μῦον μὲν ὄψιν δὲ ἔχον, καὶ τὸ ἀποκεκριμένον ἐκ τῆς ὕλης πρὸς τὴν ὕλην, καὶ τὸ ἀπειργασμένον πρὸς τὸ ἀνέργαστον. ταύτης δὲ τῆς διαφορᾶς θατέρῳ μορίῳ ἔστω ἡ ἐνέργεια ἀφωρισμένη, θατέρῳ δὲ τὸ δυνατόν. phys. III, 1. 200ᵇ 25. *καὶ πρῶτον, καθάπερ εἴπαμεν, περὶ κινήσεως. ἔστι δή τι τὸ μὲν ἐντελεχείᾳ μόνον, τὸ δὲ δυνάμει καὶ ἐντελεχείᾳ, τὸ μὲν τόδε τι, τὸ δὲ τοσόνδε, τὸ δὲ τοιόνδε καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν τοῦ ὄντος κατηγοριῶν ὁμοίως.* In quo, qui est Aristotelicae brevitatis mos, pronominibus demonstrativis certa et definitae res individuae significantur. Phys. VIII, 8. 262ᵃ 20. *τριῶν γὰρ ὄντων ἀρχῆς μέσου τελευτῆς, τὸ μέσον πρὸς ἑκάτερον ἄμφω ἐστί, καὶ τῷ μὲν ἀριθμῷ ἕν, τῷ δὲ λόγῳ δύο. ἔτι δὲ ἄλλο ἐστὶ τὸ δυνάμει καὶ τὸ ἐνεργείᾳ. ὥστε τῆς εὐθείας τῶν ἐντὸς τῶν ἄκρων ὁτιοῦν σημεῖον δυνάμει μέν ἐστι μέσον, ἐνεργείᾳ δ' οὐκ ἔστιν, ἐὰν μὴ διέλῃ ταύτην καὶ ἐπιστὰν πάλιν ἄρξηται κινεῖσθαι.* Quo exemplo, si *δυνάμει* quodvis punctum medium est (sunt autem infinita), unum vero *ἐνεργείᾳ*, *δύναμιν* et *ἐνέργειαν*, quemadmodum innumera ad unum se habere apparet (cf. de sensu 6, 445ᵇ 30). Adeo ipsa inter se contraria *δύναμις* complectitur. metaph. *Γ*, 5. 1009ᵃ 35. *δυνάμει μὲν γὰρ ἐνδέχεται ἅμα ταὐτὸ εἶναι τὰ ἐναντία, ἐντελεχείᾳ δ' οὔ. Θ*, 9. 1051ᵃ 6. *ὅσα γὰρ κατὰ τὸ δύνασθαι λέγεται, ταὐτόν ἐστι δυνατὸν τἀναντία· οἷον τὸ δύνασθαι λεγόμενον ὑγιαίνειν ταὐτόν ἐστι καὶ τὸ νοσοῦν καὶ ἅμα* (cf. *Θ*, 3. 1047ᵃ 21). 1)

Sed hae notiones, *δύναμις* et *ἐντελέχεια*, si non ita distinendae sunt, ut ab illa in hanc via sit nulla, si in ipso nascendo locum habent, quaeritur, quomodo *δύναμις* in *ἐντελέχειαν* transeat, quale sit utriusque vinculum. Hic a *δυνάμει* in *ἐντελέχειαν* transitus motus naturam continet, i. e. *κίνησιν*, si tam late patet, quam Aristoteles definivit. Is est naturae motus, qualis quidem a vi differt, ut res e *δυνάμει* ad *ἐντελέχειαν* pellat. Phys. VIII, 4. 255ᵃ 29. *τὸ δὴ πῦρ καὶ ἡ γῆ κινοῦνται ὑπό τινος βίᾳ μέν, ὅταν παρὰ φύσιν, φύσει δὲ ὅταν εἰς τὰς ἑαυτῶν ἐνεργείας δυνάμει ὄντα. Κίνησις*, si utramque

---

1) At excutias Aristot. metaphys. *Θ*, 2. 1046ᵇ 5. *καὶ αἱ μὲν μετὰ λόγου (δυνάμεις) πᾶσαι τῶν ἐναντίων αἱ αὐταί, αἱ δ' ἄλογοι μία ἑνός. οἷον τὸ θερμὸν τοῦ θερμαίνειν μόνον, ἡ δὲ ἰατρικὴ νόσου καὶ ὑγιείας.* Quem locum si *δυνάμει*, quam simpliciter contraria continere diximus, obicere velles, de eius vi et potestate cavendum est. Neque enim ea *δύναμις* tangitur, quae *ἐντελεχείᾳ* opponitur, sed *δύναμις*, quae, iam ipsa *ἐντελέχεια* rei vel gignendae vel mutandae causa est.

notionem tanquam duos rerum ordines seiunxeris, neutri prorsus convenit, neque *δυνάμει* neque *ἐντελεχείᾳ* accommodata. Quod Aristoteles ita confitetur, ut ad definitionem descendat, quae sibi ipsi non plane satisfacere videtur, *κίνησιν* esse imperfectam quandam *ἐνέργειαν*. Sed mirum non est, *κίνησιν* adeo esse versatilem, ut neque intra *δύναμιν* neque intra *ἐντελέχειαν* contineri possit, siquidem verum est, quod diximus, motum, qualem Aristoteles extendit, ab altera ad alteram notionem esse transitum. Motum Aristoteles (phys. III, 1. 201ᵃ 11.) definit his verbis: *ἡ τοῦ δυνάμει ὄντος ἐντελέχεια, ᾗ τοιοῦτον, κίνησίς ἐστιν*, vel 201ᵇ 5. *ἡ τοῦ δυνατοῦ ᾗ δυνατὸν ἐντελέχεια.* In eo quidem, ut, quid sit *ᾗ τοιοῦτον, ᾗ δυνατόν*, exponat, diu versatur. Quod, si accuratius consideraveris, propterea urgere videtur, quod in ipso *δυνατῷ*, in eo, quod vel agere vel agi posse dicimus, aliquam movendi cogitationem praecipimus. Haec vero ea est, qua a *δυνάμει* in *ἐντελέχειαν* via paratur. Phys. III, 2. 201ᵇ 28. *τοῦ δὲ δοκεῖν ἀόριστον εἶναι τὴν κίνησιν αἴτιον ὅτι οὔτε εἰς δύναμιν τῶν ὄντων οὔτε εἰς ἐνέργειάν ἐστι θεῖναι αὐτὴν ἁπλῶς· οὔτε γὰρ τὸ δυνατὸν εἶναι ποσὸν κινεῖται ἐξ ἀνάγκης οὔτε τὸ ἐνεργείᾳ ποσόν, ἥ τε κίνησις ἐνέργεια μέν τις εἶναι δοκεῖ, ἀτελὴς δέ* (cf. eth. Nic. X, 3. 1174ᵃ 19; de an. II, 5. 417ᵃ 16). *αἴτιον δ' ὅτι ἀτελὲς τὸ δυνατὸν οὗ ἐστιν ἐνέργεια κίνησις. καὶ διὰ τοῦτο δὴ χαλεπὸν αὐτὴν λαβεῖν τί ἐστίν.* cf. metaphys. Θ, 6. 1048ᵇ 29. *πᾶσα γὰρ κίνησις ἀτελής, ἰσχνασία, μάθησις, βάδισις, οἰκοδόμησις· αὗται δὲ κινήσεις, καὶ ἀτελεῖς γε. οὐ γὰρ ἅμα βαδίζει καὶ βεβάδικεν, οὐδ' οἰκοδομεῖ καὶ ᾠκοδόμηκεν, οὐδὲ γίγνεται καὶ γέγονεν, ἢ κινεῖται καὶ κεκίνηκεν· ἀλλ' ἕτερον καὶ κινεῖ καὶ κινεῖται. ἑώρακε δὲ καὶ ὁρᾷ ἅμα τὸ αὐτό, καὶ νοεῖ καὶ νενόηκεν. τὴν μὲν οὖν τοιαύτην ἐνέργειαν λέγω, ἐκείνην δὲ κίνησιν.*

Quae res in humanae mentis potestatem cadunt, in iis voluntas est, quae e *δυνάμει* in *ἐντελέχειαν* moveat. In hac movendi vi id quasi medium positum est, quo via a *δυνάμει* in *ἐντελέχειαν* munitur. metaph. Θ, 7. 1049ᵃ 5. *ὅρος δὲ τοῦ μὲν ἀπὸ διανοίας ἐντελεχείᾳ γιγνομένου ἐκ τοῦ δυνάμει ὄντος ὅταν βουληθέντος γίγνηται μηθενὸς κωλύοντος τῶν ἐκτός.*

Ita ipsa *ἐνεργείας* ratio ad primam *ἐνέργειαν* fert. Omnia e *δυνάμει* fiunt, sed *κίνησις*, quae aliquatenus *ἐνέργεια* est, esse debet, quae e *δυνάμει* ad *ἐνέργειαν* moveat. (cf. de gen. an. II, 1. 734ᵃ 30. *ὅτι ὑπὸ τοῦ ἐντελεχείᾳ ὄντος τὸ δυνάμει ὂν γίνεται ἐν τοῖς φύσει ἢ τέχνῃ γινομένοις*). In quibus causis si proceditur, pervenias ad *τὸ πρῶτον ἐντελεχείᾳ* (metaph.

Λ, 5. 1071ᵃ 18, Θ, 8. 1049ᵇ 26). Ita hae notitiae ad primum illum Aristotelis motorem ducunt.

Hoc loco physica (VII. 3. 245ᵇ 3 sqq.) commemoranda esse videntur, ubi de mutatione agitur (ἀλλοιώσει). Quaeritur enim, an ἐντελέχεια, quae ex δυνάμει fiat, ἀλλοίωσις sit. In quo premenda est Graecae vocis notatio; significat enim ἀλλοίωσις quasi alienationem, ita ut res in aliam rem abeat. Quam ἀλλοίωσιν Aristoteles ad res, quae sensibus percipiuntur, amandat, ab iis, quae ad animum pertinent, removens. Quae enim rei perfectio est, ea non alienatio; ita nec virtus aut vitium nec affectio animi naturam commutat. Quod eodem modo de cogitando contendit; cogitandi enim ἐνεργείᾳ animi facultatem exerceri nec vero novam existere. Ita verba intellegenda sunt: οὐδὲ δὴ ἡ ἐνέργεια γένεσις· quae si sola et sua sede mota consideraveris, obscura sunt.

Sicut δύναμις et ἐντελέχεια inter se respondent, ita utraque στερήσει opponuntur. Quae inter has notitias ratio intercedat, tum demum elucescet, cum στέρησις accuratius excussa fuerit. Quod in alium locum differendum esse censemus.[1]) Aristotelica autem στέρησις eam habet difficultatem, ut nunc tanquam per se ipsa sola gignat e. c. tenebras, nunc cum forma demum et materia coniuncta aliquam vim habere videatur (phys. I, 9. 192ᵃ 3; met. Θ, 2. 1046ᵇ 9 sqq.). Inter eos locos, in quibus στέρησις iuxta δύναμιν et ἐντελέχειαν ponitur, commemoramus phys. III, 2. 201ᵇ 31, ubi, cum de motus notione agitur, quae certum ordinem effugiat, haec adduntur: ἥ τε κίνησις ἐνέργεια μέν τις εἶναι δοκεῖ, ἀτελὴς δ' ἐστί· αἴτιον δ' ὅτι ἀτελὲς τὸ δυνατόν, οὗ ἐστιν ἐνέργεια κίνησις. καὶ διὰ τοῦτο δὴ χαλεπὸν αὐτὴν λαβεῖν τί ἐστιν· ἢ γὰρ εἰς στέρησιν ἀναγκαῖον θεῖναι ἢ εἰς δύναμιν ἢ εἰς ἐνέργειαν ἁπλῆν. τούτων δ' οὐθὲν φαίνεται ἐνδεχόμενον. In quo disiunctio tres notiones diversas et distinctas tenet. Quo etiam pertinent metaphys. Λ, 5. 1071ᵃ 8. πίπτει δὲ καὶ ταῦτα εἰς τὰ εἰρημένα αἴτια. ἐνεργείᾳ μὲν γὰρ τὸ εἶδος, ἐὰν ᾖ χωριστόν, καὶ τὸ ἐξ ἀμφοῖν, στέρησις δὲ οἷον σκότος ἢ κάμνον, δυνάμει δὲ ἡ ὕλη· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ δυνάμενον γίγνεσθαι ἄμφω. ἄλλως δ' ἐνεργείᾳ καὶ δυνάμει διαφέρει, ὧν μή ἐστιν ἡ αὐτὴ ὕλη, ὧν οὐκ ἔστι τὸ αὐτὸ εἶδος ἀλλ' ἕτερον, ὥσπερ ἀνθρώπου αἴτιον τά τε στοιχεῖα, πῦρ καὶ γῆ ὡς ὕλη, καὶ τὸ ἴδιον εἶδος καὶ εἴ τι ἄλλο ἔξω, οἷον ὁ πατὴρ καὶ παρὰ ταῦτα ὁ

1) [Trdlbg. Geschichte d. Kategorienlehre 103 sqq. Cf. Bz. ind. Ar. 699ᵇ 36 sqq.]

ἥλιος καὶ ὁ λοξὸς κύκλος, οὔτε ὕλη ὄντα οὔτ' εἶδος οὔτε στέρησις οὔτε ὁμοειδές, ἀλλὰ κινοῦντα κτλ. Qui locus, quamquam suas habet difficultates, id saltem probat, quomodo δύναμις, ἐνέργεια, στέρησις ita coniuncta cogitentur; ut altera alteram excludat.

His de δυνάμει et ἐντελεχείᾳ generatim expositis, interest cum harum notionum exempla recensere, ut universim dicta in propriis cernantur, tum difficultates, quae, si notiones ad rem collatae fuerunt, exsistant, percurrere.

Exempla, quae per se simplicia illustrare non opus est, laudamus phys. I, 2. IV, 3. de caelo III, 3. meteor. I, 3. de somno et vigil. I.

Aliis exemplis, quantos haec notionum distinctio fructus Aristoteli tulerit, magis liquet. Comparentur prae aliis metaph. Θ, 9. 1051ᵃ 15. Δύναμις contraria adhuc in se inclusa tenet, ut in utrumque abire possit; ἐνέργεια alterum excludit. Malum sola ἐνεργείᾳ exsistit. Fit igitur, ut a principio non sit. Adeo igitur haec patent, ut ipsum Deum a mali in mundo crimine vindicent, si theodiceam ad hunc Aristotelis locum transferre licet. ἀνάγκη δὲ καὶ ἐπὶ τῶν κακῶν τὸ τέλος καὶ τὴν ἐνέργειαν εἶναι χεῖρον τῆς δυνάμεως· τὸ γὰρ δυνάμενον ταὐτὸ ἄμφω τἀναντία. δῆλον ἄρα ὅτι οὐκ ἔστι τὸ κακὸν παρὰ τὰ πράγματα· ὕστερον γὰρ τῇ φύσει τὸ κακὸν τῆς δυνάμεως. οὐκ ἄρα οὐδ' ἐν τοῖς ἐξ ἀρχῆς καὶ τοῖς ἀϊδίοις οὐθέν ἐστιν οὔτε κακὸν οὔτε ἁμάρτημα οὔτε διεφθαρμένον· καὶ γὰρ ἡ διαφθορὰ τῶν κακῶν ἐστίν.

In ipso cognoscendo harum notionum vis cernitur. Mathesis nihil aliud agit, nisi ut, quae δυνάμει insunt, lineis ductis ad ἐνέργειαν revocet. Figurarum conditio et natura dividendo perspicitur; divisio vero ἐνέργεια. met. Θ, 9. 1051ᵃ 22. Εὑρίσκεται δὲ καὶ τὰ διαγράμματα ἐνεργείᾳ· διαιροῦντες γὰρ εὑρίσκουσιν. εἰ δ' ἦν διῃρημένα, φανερὰ ἂν ἦν· νῦν δ' ἐνυπάρχει δυνάμει. διὰ τί δύο ὀρθαὶ τὸ τρίγωνον; ὅτι αἱ περὶ μίαν στιγμὴν γωνίαι ἴσαι δύο ὀρθαῖς. εἰ οὖν ἀνῆκτο ἡ παρὰ τὴν πλευράν, ἰδόντι ἂν ἦν εὐθὺς δῆλον. διὰ τί ἐν ἡμικυκλίῳ ὀρθὴ καθόλου; διότι ἐὰν ἴσαι τρεῖς, ἥ τε βάσις δύο καὶ ἡ ἐκ μέσου ἐπισταθεῖσα ὀρθή, ἰδόντι δῆλον τῷ ἐκεῖνο εἰδότι. ὥστε φανερὸν ὅτι τὰ δυνάμει ὄντα εἰς ἐνέργειαν ἀναγόμενα εὑρίσκεται. Cognoscuntur, quae figuris insunt, si, quae insunt implicita, ita ad veritatem traducuntur, ut explicita oculis subiciantur. αἴτιον δ' ὅτι νόησις ἡ ἐνέργεια· ὥστ' ἐξ ἐνεργείας ἡ δύναμις· καὶ διὰ τοῦτο ποιοῦντες γιγνώσκουσιν· ὕστερον γὰρ γενέσει ἡ ἐνέργεια ἡ κατ' ἀριθμόν. Quae his verbis

tanquam causam addit, ex ipsis cognoscendi quasi penetralibus depromuntur. Cogitatio ipsa actus est, ut, cum a cogitatione profecta sint omnia, ad huius cogitationis actum cognitio redire debeat. Posterius (ὕστερον) enim facultate is solus actus, qui in singulis quibusque cernitur (ἡ κατ' ἀριθμόν), non ille, qui mentis vi rerum naturam genuit.

Addimus locum non minus memorabilem metaph. *Θ*, 10. 1051ᵇ 27. ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τὰς ἀσυνθέτους οὐσίας· οὐ γάρ ἐστιν ἀπατηθῆναι. καὶ πᾶσαί εἰσιν ἐνεργείᾳ, οὐ δυνάμει· ἐγίγνοντο γὰρ ἂν καὶ ἐφθείροντο· νῦν δὲ τὸ ὂν αὐτὸ οὐ γίγνεται οὐδὲ φθείρεται· ἔκ τινος γὰρ ἂν ἐγίγνετο. ὅσα δή ἐστιν ὅπερ εἶναί τι καὶ ἐνεργείᾳ; περὶ ταῦτα οὐκ ἔστιν ἀπατηθῆναι, ἀλλ' ἢ νοεῖν ἢ μή. Quae ita intellegenda esse censeo. Error ex duplici causa exsistere potest, ut aut in sola cognoscendi aberratione, cui res occasionem praebuit nullam, positus sit aut e diversis ipsius rei formis, e re propter ea, quae fieri possunt, incerta exoriatur. Quodsi res non δυνάμει est, si notio non admittit, ut alia ratione fieri posse cogitetur, si cogitationem in diversas vias exspatiari non sinit, si denique notio simplex est in sola sua ipsius vi posita; humanae quidem mentis festinatio ad errorem ubique prona est, sed res ipsa errori locum dat nullum.

Met. *Λ*, 7, 9, 10. 1072ᵃ 19 sqq. Deus ita fere definitur οὐσία ἀΐδιος καὶ ἐνέργεια ἄνευ δυνάμεως. Dei actio non nascitur ita, ut ab externis conditionibus pendeat, sed est ipse actio aeterna suique causa.

Ita quidem δυνάμεως et ἐνεργείας distinctio tantum abest ut Aristoteli otiosa sit, ut in difficillimis et spinosis philosophiae locis vim habeat moderatricem. Sed notiones sicut hinc difficiliora explanant: ita illinc, dum sibi res subicere laborant, implicantur, ut magis vi quam arte expediendae sint. Talia, ubi eveniunt, antinomiis, ut recentiori philosophiae vocabulo utar, sunt similia. In quibus dialectica Aristotelis ars notiones, ut undique conspiciantur, hinc illinc versans, huc illuc coniciens, admiranda est. Cuius rei exempla phys. III, 3. 202ᵃ 13 sqq.; III, 6. 206ᵃ 9 sqq. de gen. I, 2. 315ᵃ 26 sqq. laudamus. Phys. III, 3. Motus tum moventis tum eius, quod movetur, ἐντελέχεια est; discere et docere in eandem ἐνέργειαν redeunt. Ita diversae res, quarum altera agit, altera patitur, unam eandemque habent ἐντελέχειαν. Quae etsi sibi repugnare agnoscuntur, tamen repugnantia in ipso motu ponuntur. 202ᵇ 19. ὅλως δ' εἰπεῖν οὐδ' ἡ δίδαξις τῇ μαθήσει οὐδ' ἡ ποίησις τῇ παθήσει τὸ αὐτὸ κυρίως, ἀλλ' ᾧ ὑπάρχει ταῦτα, ἡ κίνησις. τὸ γὰρ τοῦδε ἐν

τῷδε καὶ τὸ τοῦδε ὑπὸ τοῦδε ἐνέργειαν εἶναι ἕτερον τῷ λόγῳ. Haec de motu generatim exposita, in sensuum actione utpote propria motus specie singillatim redeunt. cf. de an. III, 2. 425[b] 26 sqq.

Phys. III, 6. 206[a] 9 sqq. De infinito, quomodo sub *δύναμιν* et *ἐντελέχειαν* cadat, agitur. Quomodo infinitum re vera et actu esse dici possit, magna est quaestio. Est enim infinitum, si verum consulis, *δύναμις* sine *ἐντελεχείᾳ*, aliquid quod fieri posse cogitatur, nunquam vero ad veritatis exitum perducitur, quod mente percipitur, nusquam vero conspicitur; quod enim conspicitur, necessario finitum est. In quam sententiam in metaphysicis *Θ*, 6. 1048[b] 14. leguntur: *τὸ δ' ἄπειρον οὐχ οὕτω δυνάμει ἐστὶν ὡς ἐνεργείᾳ ἐσόμενον χωριστόν, ἀλλὰ γνώσει.* Difficultates quidem insunt in physicorum loco una plures; haec autem summa est sententia. Rem sive divides sive augebis addendo, infiniti notio exsistet; at sola cogitatione; *δύναμις* enim ad *ἐντελέχειαν* non perducitur. Si dividendo infinitum gignas, res infiniti est materia, sin autem addendo, infiniti materia non adest, sed cogitatione adstruitur. Itaque si dividas, infinitum re vera *δυνάμει* subest; si addas, minus. Si ad infinitum *ἐντελέχειαν* transferre volueris, nunquam adest totum, sed tantum partes eius, ut infinitum tanquam totum sola cogitatione praecipere possis. Ita ad diem vel pugnam *ἐντελέχεια* adhibetur. Nunquam re vera est dies, totus et integer, adsunt eius partes, momenta, ex quibus consistit; haec mente comprehensa diem dicimus neque *ἐντελεχείᾳ* esse negamus. Nec secus pugna. Universa eius imago solis mentis oculis proponitur; ipsa pugna non nisi fugaci momentorum vicissitudine adest. Sic etiam infinitum partibus adest et viget; totum vero sola mente colligitur et quasi praecluditur (cf. de gen. et corr. I, 3. 318[a] 20. *κατ' ἐνέργειαν μὲν γὰρ οὐδέν ἐστιν ἄπειρον, δυνάμει δ' ἐπὶ τὴν διαίρεσιν*).

Quae loco, quem modo reliquimus, de dividenda materia ponebantur, ea, si ad physicas res applicantur, in novam *δυνάμεως* et *ἐντελεχείας* pugnam ferunt. de gen. et corr. I, 2. 315[a] 26 sqq.; est autem illa pugna, quae alia atque alia facie inter eos, qui statuerunt et eos, qui negarunt atomos, recrudescebat. Quem locum sive excutere sive componere a proposito abhorret.

Restat, ut *ἐνέργειαν* a cognata *ἕξεως* notione certis finibus segregemus. Utramque ita confinem esse, ut saepius inter se confundantur, topica docent IV, 5. 125[b] 15. *Ἕξις* habitus est universus, communis actionum fons, ut corporis valetudo, animi virtutes. Hae communes sunt multarum actionum conditiones

(cf. metaphys. *Δ*, 12. 1019ᵇ 7. *εἰ δ' ἡ στέρησίς ἐστιν ἕξις πως, πάντα τῷ ἔχειν ἂν εἴη τι. ὁμωνύμως δὲ λεγόμενον τὸ ὄν. ὥστε τῷ ἔχειν ἕξιν τινὰ καὶ ἀρχήν ἐστι δυνατόν, καὶ τῷ ἔχειν τὴν τούτου στέρησιν, εἰ ἐνδέχεται ἔχειν στέρησιν*). Inde fit, ut, si plures sunt actiones (*ἐνέργειαι*), una sit *ἕξις* tanquam communis mater. phys. V, 4. 288ᵃ 14. *μία γὰρ ἀριθμῷ ἐνέργεια ἑνὸς ἀριθμῷ· εἰ δ' ἡ ἕξις μία, ἴσως οὐκ ἄν τῳ δόξειέ πω μία καὶ ἡ ἐνέργεια εἶναι.* (cf. top. IV, 5. 125ᵇ 15).

Nec tamen *ἕξις* et *δύναμις* una est eademque. *Δύναμις* latius patet, ut magis ad materiam pertineat et ipsa contraria e se gignere possit. *Ἕξις* vero, a materia prorsus aliena, est actio quaedam universa, ut certas actionum formas gignat. Praeclare igitur in ethicis Nicomacheis (V, 1. 1129ᵃ 13), *δύναμιν* contrariorum esse eandem, *ἕξιν* vero minus: *δύναμις μὲν γὰρ καὶ ἐπιστήμη δοκεῖ τῶν ἐναντίων ἡ αὐτὴ εἶναι, ἕξις δ' ἡ ἐναντία τῶν ἐναντίων οὔ.* Itaque *ἕξις* ab *ἐνεργείᾳ* quam *δυνάμει* propior. Sicut materia iners vim tum attrahentem tum repellentem admittit: ita *ἕξις* vi sua innata aut attrahit aut repellit. Actiones (*ἐνέργειαι*) sicut ab *ἕξει* proficiscuntur, ita quodammodo in *ἕξιν* redeunt, et redeuntes *ἕξιν* confirmant. Natura, quae actiones efficit, agendo sibi satisfacit. Ita, quae in ethicis (eth. Nic. III, 10. 1115ᵇ 20) proprie de moribus dicuntur, universe accipere licet. *τέλος δὲ πάσης ἐνεργείας ἐστὶ τὸ κατὰ τὴν ἕξιν. καὶ τῷ ἀνδρείῳ δὲ ἡ ἀνδρία καλόν. τοιοῦτον δὴ καὶ τὸ τέλος.* Fortitudo forti agendi et principium et finis.

Ἕξιν communem esse actionum fontem, *ἐνέργειαν* singulas quasque actiones, ex exemplis in topicis (IV, 5. 125ᵇ 15. allatis facile probes. *Πάλιν εἰ τὴν ἕξιν εἰς τὴν ἐνέργειαν ἔθηκεν ἢ τὴν ἐνέργειαν εἰς τὴν ἕξιν, οὐκ ἔστι γένος τὸ τοιοῦτον οἷον εἰ τὴν αἴσθησιν κίνησιν διὰ σώματος. ἡ μὲν γὰρ αἴσθησις ἕξις, ἡ δὲ κίνησις ἐνέργεια.* Quo loco *αἴσθησις* sensus est, nec vero singulae sentiendi perceptiones, quae quidem illae sunt sensus actiones. *ὁμοίως δὲ καὶ εἰ τὴν μνήμην ἕξιν καθεκτικὴν ὑπολήψεως εἶπεν· οὐδεμία γὰρ μνήμη* (i. e. recordatio, non memoria) *ἕξις, ἀλλὰ μᾶλλον ἐνέργεια.*

Si eodem loco *ἕξις* a *δυνάμει* discernitur, non illa est *δύναμις*, quae *ἐνεργείᾳ* sive *ἐντελεχείᾳ* opponitur, sed vera vis et facultas (metaph. *Δ*, 12). *Διαμαρτάνουσι δὲ καὶ οἱ τὴν ἕξιν εἰς τὴν ἀκολουθοῦσαν δύναμιν τάττοντες κτλ.* Lenitas plus valet quam irae moderatio, fortitudo plus quam timoris temperantia, iustitia plus quam mali lucri abstinentia. Si ille habitus plura complectitur, haec singula, quasi animi facultates,

ex illo tanquam necessario consequentia colliguntur (*ἀκολουθοῦσι*). Qui fortis est, necessario eam quoque vim habet, ut timorem contineat.

Haec quae de universa *δυνάμεως* et *ἐντελεχείας* ratione attulimus, iam ad locum, de quo agitur (de an. II, 1. 412ª 9 sqq.) transferenda sunt, ut, quomodo tum illustrent tum illustrentur, videamus.

Si corpus *δύναμις* dicitur, animus vero *ἐντελέχεια*, *δύναμις* non inconditam materiam significat, ex qua animus exsistat, sed externas tantum conditiones, sine quibus animi vita est plane nulla.[1]) Animus vero ad corpus relatus vera eius est *ἐντελέχεια*. Facit enim, ut corpus per se iners finem consequatur suum. Haec quidem *ἐντελέχεια* praestantior et ad maiorem dignitatem evecta, quam reliqua. Aes statuae, quae ex eo fit, *δύναμις* est, statua aeris *ἐντελέχεια*. Altera materia, altera forma, materiam, quae per se contempta iacet, ad suum finem dirigens. Utraque tamen aliunde nata et extrinsecus vitam accipiens, si qua vita dici potest. Aliter vero animus. Quemadmodum oculus visu viget, quemadmodum hic illius est *ἐντελέχεια* i. e. perfectio et consummatio, quemadmodum et oculus et visus intima coniunctione coaluit: eiusmodi est corporis et animi ratio. Neque haec quidem similitudo rei veritatem adaequat. Animi enim *ἐντελέχεια* omni similitudine maior, quippe quae, quoad fieri potest, libera est et externis agendi impedimentis quam maxime soluta. Ut, qua ratione Aristoteles animum corporis *ἐντελέχειαν* dixerit, clarius appareat, quendam metaphysicorum locum (*Θ*, 8. 1050ª 21) in hunc usum convertere licet. *τὸ γὰρ ἔργον τέλος, ἡ δὲ ἐνέργεια τὸ ἔργον. διὸ καὶ τοὔνομα ἐνέργεια λέγεται κατὰ τὸ ἔργον, καὶ συντείνει πρὸς τὴν ἐντελέχειαν. ἐπεὶ δ' ἐστὶ τῶν μὲν ἔσχατον ἡ χρῆσις οἷον ὄψεως ἡ ὅρασις, καὶ οὐθὲν γίγνεται παρὰ ταύτην ἕτερον ἀπὸ τῆς ὄψεως ἔργον, ἀπ' ἐνίων δὲ γίγνεταί τι οἷον ἀπὸ τῆς οἰκοδομικῆς οἰκία παρὰ τὴν οἰκοδόμησιν, ὅμως οὐθὲν ἧττον ἔνθα μὲν τέλος ἔνθα δὲ μᾶλλον τέλος τῆς δυνάμεώς ἐστιν. ἡ γὰρ οἰκοδόμησις ἐν τῷ οἰκοδομουμένῳ, καὶ ἅμα γίγνεται καί ἐστι τῇ οἰκίᾳ. ὅσων μὲν οὖν ἕτερόν τί ἐστι παρὰ τὴν χρῆσιν τὸ γιγνόμενον, τούτων μὲν ἡ ἐνέργεια ἐν τῷ ποιου-*

---

1) Laudat I. C. Scaliger de subtilitate sect. 307. § 14. polit. VII. *ὥσπερ γὰρ τὸ σῶμα πρότερον τῇ γενέσει τῆς ψυχῆς, οὕτω καὶ τὸ ἄλογον τοῦ λόγον ἔχοντος. φανερὸν δὲ καὶ τοῦτο, θυμὸς γὰρ καὶ βούλησις, ἔτι δὲ ἐπιθυμία καὶ γενομένοις εὐθὺς ὑπάρχει τοῖς παιδίοις, ὁ δὲ λογισμὸς καὶ ὁ νοῦς τοῖς προϊοῦσιν ἐγγίνεσθαι πέφυκε.*

μένῳ ἐστίν, οἷον ἥ τε οἰκοδόμησις ἐν τῷ οἰκοδομουμένῳ καὶ ἡ ὕφανσις ἐν τῷ ὑφαινομένῳ, ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων, καὶ ὅλως ἡ κίνησις ἐν τῷ κινουμένῳ· ὅσων δὲ μὴ ἔστιν ἄλλο τι ἔργον παρὰ τὴν ἐνέργειαν, ἐν αὐτοῖς ὑπάρχει ἡ ἐνέργεια, οἷον ἡ ὅρασις ἐν τῷ ὁρῶντι καὶ ἡ θεωρία ἐν τῷ θεωροῦντι καὶ ἡ ζωὴ ἐν τῇ ψυχῇ, διὸ καὶ ἡ εὐδαιμονία· ζωὴ γὰρ ποιά τις ἐστίν. ὥστε φανερὸν ὅτι ἡ οὐσία καὶ τὸ εἶδος ἐνέργειά ἐστιν. Quae de eo dicta sunt, quod saepissime *ἐνέργεια* non mera est actio sed actione ipsa aliquid gignit et condit, seponenda sunt utpote ad animum nihil pertinentia. Animi enim actiones suum in se habent finem. Summum itaque, quod sequaris, usus est, ut oculi visus. Ita et animus corporis *ἐνέργεια;* utitur enim corpore atque quidquid in eo tanquam facultas latet, agendo ad vim et veritatem profert, ut corpus animo demum ad finem suum perveniat. Est igitur *χρῆσις*, in qua sunt omnia.

At animus non *ἐντελέχεια* solum, sed *πρώτη ἐντελέχεια* dicitur. Quod num ita intellegendum est, quasi animus princeps et absoluta sit *ἐντελέχεια*? In quam quidem sententiam multi abierunt. De qua quaestione ut rectius iudicetur, locus accuratius perpendendus est (II. 1. 412ᵃ 21 sqq.). *τοιούτου ἄρα σώματος ἐντελέχεια. αὕτη δὲ λέγεται διχῶς, ἡ μὲν ὡς ἐπιστήμη, ἡ δ' ὡς τὸ θεωρεῖν. φανερὸν οὖν ὅτι ὡς ἐπιστήμη. ἐν γὰρ τῷ ὑπάρχειν τὴν ψυχὴν καὶ ὕπνος καὶ ἐγρήγορσίς ἐστιν, ἀνάλογον δ' ἡ μὲν ἐγρήγορσις τῷ θεωρεῖν, ὁ δ' ὕπνος τῷ ἔχειν καὶ μὴ ἐνεργεῖν. προτέρα δὲ τῇ γενέσει ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ἡ ἐπιστήμη. διὸ ψυχή ἐστιν ἐντελέχεια ἡ πρώτη σώματος φυσικοῦ δυνάμει ζωὴν ἔχοντος.* — Igitur *ἐντελέχεια* duplex est vel scientia vel contemplatio. Quod discrimen quale tandem est?

Differunt scientia et contemplatio, quemadmodum quies et motus (cf. de an. II, 5. 417ᵃ 23) phys. VII, 3. 247ᵇ 11: *τῷ γὰρ ἠρεμῆσαι καὶ στῆναι τὴν διάνοιαν ἐπίστασθαι καὶ φρονεῖν λεγόμεθα*: altera habet et possidet, altera iis, quae habet, utitur. Ita animus, etiamsi quiescit, corporis *ἐντελέχεια* est; *ἐντελέχεια*, sicut scientia, neque enim semper agit eaque est prima entelechia; antecedit enim; praestantior autem illa altera, quae omnes animi status non complectitur. Utraque vero *ἐντελέχεια* fere eodem modo inter se habet, quo *δύναμις* et *ἐνέργεια*. Altera enim, quod in altera quiescit, ad actum et vitam traducit. Cf. phys. VIII, 3. 255ᵃ 33. *ἔστι δὲ δυνάμει ἄλλως ὁ μανθάνων ἐπιστήμων καὶ ὁ ἔχων ἤδη καὶ μὴ θεωρῶν. ἀεὶ δ', ὅταν ἅμα τὸ ποιητικὸν καὶ τὸ παθητικὸν ὦσι, γίνεται ἐνίοτε ἐνεργείᾳ τὸ δυνατόν, οἷον τὸ μανθάνον ἐκ δυνάμει*

ὄντος, ἕτερον γίνεται δυνάμει. ὁ γὰρ ἔχων ἐπιστήμην μὴ θεωρῶν δὲ, δυνάμει ἐστὶν ἐπιστήμων πως, ἀλλ' οὐχ ὡς καὶ πρὶν μαθεῖν. ὅταν δ' οὕτως ἔχῃ, ἐὰν μή τι κωλύῃ, ἐνεργεῖ καὶ θεωρεῖ, ἢ ἔσται ἐν τῇ ἀντιφάσει καὶ ἀγνοίᾳ. de sensu 4, 441ᵇ 19. καὶ ἔστι τοῦτο χυμὸς τὸ γιγνόμενον ὑπὸ τοῦ εἰρημένου ξηροῦ πάθος ἐν τῷ ὑγρῷ τῆς γεύσεως τῆς κατὰ δύναμιν ἀλλοιωτικὸν εἰς ἐνέργειαν· ἄγει γὰρ τὸ αἰσθητικὸν εἰς τοῦτο δυνάμει προϋπάρχον· οὐ γὰρ κατὰ τὸ μανθάνειν, ἀλλὰ κατὰ τὸ θεωρεῖν ἔστι τὸ αἰσθάνεσθαι. Metaph. *M*, 10. 1087ᵃ 15. ἡ γὰρ ἐπιστήμη, ὥσπερ καὶ τὸ ἐπίστασθαι, διττόν, ὧν τὸ μὲν δυνάμει τὸ δὲ ἐνεργείᾳ. ἡ μὲν οὖν δύναμις ὡς ὕλη [τοῦ] καθόλου οὖσα καὶ ἀόριστος τοῦ καθόλου καὶ ἀορίστου ἐστίν, ἡ δ' ἐνέργεια ὡρισμένη καὶ ὡρισμένου τόδε τι οὖσα τοῦδέ τινος. Ex quibus facile apparet, illam ἐντελεχείας differentiam, scientiam et contemplationem, non huius unius esse loci. Quod ἐνέργεια est ad inferiorem gradum, id tanquam δύναμις redire videtur ad altiorem relata. de an. III. 4. 429ᵇ 8. ἔστι μὲν καὶ τότε δυνάμει πως.[1]) Haec vero ita comparata est, ut, nisi quid impedit, sua sponte ad summam ἐντελέχειαν nitatur. Cf. met. *Θ*, 6, 1048ᵇ 1. ὅτι ὡς τὸ οἰκο-

---

1) Simplicius fol. 24 b.: ἀλλ' ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ τὸ ἀτελέστερον πρότερον. σπέρμα γὰρ πρότερον· εἶτα ἔμβρυον. εἶτα ζῶον. ἀλλ' εἰ ἀγέννητος ἡ ψυχή, πῶς κατὰ τὸ ἀτελέστερον οὐσιωμένη, ὕστερόν ποτε τὸ τελειότερον ἴσχει, ὅταν ἐνεργῇ· σαφῶς γὰρ καὶ ὁ Ἀριστοτέλης τὸ οὕτω πρότερον τῇ γενέσει ἀπέδωκεν. καὶ διὰ τοῦτο τῇ ψυχῇ προσήκειν τὴν πρώτην ἐντελέχειαν, ὡς μὴ παντελῶς τελείαν. Alexander Aphrodisiens. I, 5. simili modo ἐντελέχειαν πρώτην exponit: τὸ δὲ εἶδος οὗ ἐστιν εἶδος ἐδείχθη καὶ τελειότης ὄν, ἔθος δὲ Ἀριστοτέλει τὴν τελειότητα καὶ ἐντελέχειαν λέγειν, ὡς τοῦ ἐν τῷ τέλει εἶναι τὸ πρᾶγμα οὗ ἐστιν, οὖσαν αἰτίαν, εἰκότως αὐτῆς ἀπέδωκε τοιοῦτον τὸν λόγον. ἐντελέχεια ἡ πρώτη. διττὴ γὰρ ἦν ἡ τελειότης. ἡ μὲν ἕξις τε καὶ δύναμις, ἡ δὲ ἀπὸ τῆς δυνάμεως ἐνέργεια. ὧν ἡ δύναμις ἦν πρώτη. καὶ τὸ εἶδος ἦν ἡ κατὰ τὴν δύναμιν τελειότης. Nemesius περὶ φύσεως ἀνθρώπου p. 40. (ed. Ellebod 1565) Aristotelis animae definitionem exponens haec scribit: τὸ δὲ εἶδος ἐντελέχεια, καὶ τοῦτο δὲ διχῶς τὸ μὲν ὡς ἐπιστήμη, τὸ δὲ ὡς θεωρεῖν κατ' ἐπιστήμην, τουτέστι τὸ μὲν ὡς διάθεσις τὸ δὲ ὡς ἐνέργεια. ὡς ἐπιστήμη μὲν οὖν ὅτι ἐν τῷ ὑπάρχειν τὴν ψυχὴν καὶ ὕπνος καὶ ἐγρήγορσίς ἐστιν· ἀνάλογος δὲ ἡ μὲν ἐγρήγορσίς ἐστι τῷ θεωρεῖν, ὁ δὲ ὕπνος τῷ ἔχειν καὶ μὴ ἐνεργεῖν. προτέρα δέ ἐστιν ἡ ἐπιστήμη τῆς ἐνεργείας· διὸ καὶ πρώτην ἐντελέχειαν καλεῖ τὸ εἶδος, δευτέραν δὲ τὴν ἐνέργειαν· οἷον ὁ ὀφθαλμὸς ἐξ ὑποκειμένου ἐστὶ καὶ εἴδους· καὶ ἔστι τὸ μὲν ὑποκείμενον ἐν αὐτῷ, τὸ δεδεγμένον τὴν ὄψιν, ὕλη ὀφθαλμοῦ. καλεῖται δὲ καὶ αὐτὴ ὁμωνύμως ὀφθαλμός κτλ. Ceterum quae Nemesius Aristotelis definitioni obicit, digna sunt, quae legantur. Hac maxime comprehenduntur sententia: πῶς τὸ δυνάμει σῶμα δυνάμει ζωὴν ἔχειν ἐν ἑαυτῷ δύναται;

δομοῦν πρὸς τὸ οἰκοδομικόν, καὶ τὸ ἐγρηγορὸς πρὸς τὸ καθεῦδον, καὶ τὸ ὁρῶν πρὸς τὸ μύον μὲν ὄψιν δὲ ἔχον, καὶ τὸ ἀποκεκριμένον ἐκ τῆς ὕλης πρὸς τὴν ὕλην, καὶ τὸ ἀπειργασμένον πρὸς τὸ ἀνέργαστον. ταύτης δὲ τῆς διαφορᾶς θατέρῳ μορίῳ ἔσται ἡ ἐνέργεια ἀφωρισμένη, θατέρῳ δὲ τὸ δυνατόν. de gen. an. II, 1. 735ª 9, ubi haec animae comparatio instituitur: ἐγγυτέρω δὲ καὶ πορρωτέρω αὐτὸ αὑτοῦ ἐνδέχεται εἶναι, ὥσπερ ὁ καθεύδων γεωμέτρης τοῦ ἐγρηγορότος πορρωτέρω, καὶ οὗτος τοῦ θεωροῦντος. eth. Eud. II, 1. 1219ª 24.

Cavendum est, ne, quod Aristoteles πρῶτον dicit, magis ex ordinis dignitate quam e numeri serie dictum esse credatur. Sic in categoriis πρώτη οὐσία et δευτέρα οὐσία seiunguntur; ita quidem ut illa ad individua, haec ad species vel genera referatur. Illa recte prior dicitur, si quidem ab individuis ad genera transimus; haec certe altera, quod genus individuis tanquam fundamento nititur. Maior quidem logica vis in οὐσίᾳ δευτέρᾳ, quippe quae universim dicitur, ut principatum ad primam deferre non possis. cf. ἡ πρώτη ψυχὴ de an. II. 4. 416ᵇ 22. πρώτη ὕλη metaphys. Θ, 7. 1049ª 25. [Cf. Bz. ind. Ar. 786ᵇ 9 sqq.]

Ita si, cur animam primam ἐντελέχειαν dixerit, facile apparet: id unum quaerendum est, quod ad ἐντελέχειαν cum scientia comparatam pertinet. Animus eadem ratione ἐντελέχεια est, qua scientia; scientia vero prior: animus igitur prima ἐντελέχεια. Quid autem hoc est, quod scientiam ad unum idemque relatam (ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ) priorem dicat? Contra enim videri potest. Contemplationis vi scientia comparatur; contemplantes animum advertimus, ut discamus; discendo scientia gignitur. Ita res se habet, quoquo illud ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ vertas, sive scientiam interpreteris ad unam eandem rem relatam, sive scientiam in uno eodemque homine nascentem. Quam difficultatem vix aliter expedias, quam ἐπιστήμην a vulgari significatione deflectens. ἐπιστήμη et ὕπνος inter se conferuntur. In somno id inest, ut expergisci possis; in scientia igitur, nisi similitudinem reprimere velis, ut contemplari possis. Itaque scientia non tam ea est, quam velut thesaurum congestum memoriae mandaveris, sed potius sciendi facultas, qua contemplantes agimus. [θεωρεῖν [1]) enim non tam significat contemplando scientiam expetere, quam petitam, qualem teneas, exercere. metaph. Θ, 8. 1050ª 10.

1) [„θεωρεῖν, θεωρία propria est scientiae et observantis et indagantis operatio." Trdlbg. el. log. Ar. § 16. p. 83.]

οὐ γὰρ ἵνα ὄψιν ἔχωσιν ὁρῶσι τὰ ζῷα, ἀλλ' ὅπως ὁρῶσιν ὄψιν ἔχουσιν. ὁμοίως δὲ καὶ ... τὴν θεωρητικὴν ἵνα θεωρῶσιν, ἀλλ' οὐ θεωροῦσιν ἵνα θεωρητικὴν ἔχωσιν, εἰ μὴ οἱ μελετῶντες. Cf. Trdlbg. elem. log. Ar. § 16, Bz. ind. Ar. 328ᵃ 53.]

Difficultati tollendae ea, quae Themistius attulit, non sufficiunt. fol. 74 a. *προτέρα γὰρ τῇ γενέσει ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ἡ ἐπιστήμη. πρότερον γὰρ λαμβάνει τὴν ἐπιστήμην Σωκράτης, εἶθ' οὕτω θεωρεῖ.* Quod plane nihil est. Quomodo enim Socrates scientiam receperit, nisi ipso contemplando? Prius igitur contemplatur, quam scit. Simplicius fol. 24 a.: *ἀναλογεῖ οὖν τῇ μὲν ἐπιστημονικῇ ἕξει ἡ οὐσία, τῇ δὲ θεωρίᾳ ἡ ἐνέργεια ἡ γνωστική. καὶ γὰρ ἐν τοῖς ἐπιστήμην κτησαμένοις ἡ μὲν ἕξις κατὰ συνέχειαν πάρεστιν, ἕως ἂν ἐπίστωνται· ἡ δὲ κατ' αὐτὴν θεωρία οὐκ ἀεί.* Philoponus, quamquam eo ipso, in quo difficultas posita est, relicto, in alia vagatur, non multum a Simplicio dissentit: *Πάνυ ἀσφαλῶς τῇ προσθήκῃ ἐχρήσατο εἰπὼν ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ. ἐπὶ γὰρ ἄλλου καὶ ἄλλου δυνατὸν προτέραν εἶναι τὴν ἐνέργειαν τῆς ἕξεως· ὁ γὰρ διδάσκαλος τῆς ἕξεως τοῦ μαθητοῦ προτέραν ἔχει τὴν ἐνέργειαν, ἐπὶ μέντοι ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ προηγεῖται τῆς ἐνεργείας ἡ ἕξις. τοῦτο δὲ ἐπὶ τῶν ἐν γενέσει καὶ φθορᾷ ἐστιν ἀληθές, ἐφ' ὧν καὶ χωρίζεσθαι πέφυκε τῆς ἕξεως ἡ ἐνέργεια· τὰ γὰρ θεῖα σύνδρομον ἔχει τῇ ἕξει τὴν ἐνέργειαν, ἀεὶ γὰρ ἐνεργεῖ τὴν ἕξιν ἔχοντα. ἄνευ γὰρ δυνάμεως ἐνέργειαί εἰσιν ὡς ἐν τῷ περὶ ἑρμηνείας εἴρηκεν.* Divini natura nihil ad rem. Sed quomodo in ceteris *ἕξις* prior quam *ἐνέργεια* esset, dignum erat, quod demonstraretur. *Ἕξις* enim, si res inanimes, quae cum scientiae exemplo nihil commune habent, exceperis, ipsa *ἐνεργείᾳ* gignitur; si genitam ponas nec quomodo fiat cures, verum est, scientiam tanquam *ἕξιν*, quae per se animo recondita cogitando suscitatur, tali contemplatione esse priorem.

Δύναμις et *ἐντελέχεια* tantam tum in universa Aristotelis philosophia tum in singulis notionibus evolvendis habent vim, ut Aristotelis tanquam domini propriae sint. Quaeri tamen potest, utrum hoc notionum discrimen invenerit, an acceptum in usum suum converterit. Sunt quidem apud priores philosophos vestigia, tenuiora tamen, ut rem decidant. metaph. *Λ*, 2. 1069ᵇ 23. *καὶ ὡς Δημόκριτός*[1] *φησιν, ἦν ἡμῖν πάντα δυνάμει, ἐνεργείᾳ δ' οὔ;* quo loco de primitivo, ex quo haec natura orta

1) [Cf. tamen Bz. comm. ad l. l. legit enim: *ὡς Δημόκριτός φησι ἦν ὁμοῦ πάντα, δυνάμει, ἐνεργείᾳ δ' οὔ.* ita, ut *δυνάμει, ἐνεργείᾳ δ' οὔ* Aristotelis sint, nec vero Democriti.]

est, rerum statu sermo esse videtur. Θ, 3. 1046ᵇ 29. Εἰσὶ δέ τινες οἵ φασιν, οἷον οἱ Μεγαρικοί,[1]) ὅταν ἐνεργῇ μόνον δύνασθαι, ὅταν δὲ μὴ ἐνεργῇ οὐ δύνασθαι· οἷον τὸν μὴ οἰκοδομοῦντα οὐ δύνασθαι οἰκοδομεῖν, ἀλλὰ τὸν οἰκοδομοῦντα ὅταν οἰκοδομῇ. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. Unde hanc harum notitiarum oppositionem iam ante Aristotelem, si non excultam et pertractatam, tamen non praetermissam esse apparet.

Hoc modo si, ipso Aristotele auctore, difficillimae secundi libri initii notiones enucleatae sunt: praecipuas recentiorum de ἐντελεχείᾳ sententias brevi perstringere non ab re erit.[2]) Fuit enim entelechia metaphysicorum crux (cf. Sextus Empiricus adv. m. XVI. 3. 40); quam, quoad eius fieri potuit, ipsis Aristotelis testimoniis comparandis tollendam esse censuimus. Praetermittemus eos, qui ab ipsa inde antiquitate ἐντελέχειαν et ἐνδελέχειαν miscuerunt; cui errori Ciceronis auctoritas pondus quoddam adiecit. Tuscul. 1. 10: Quintum genus adhibet vacans nomine, et sic ipsum animum ἐντελέχειαν appellat nomine, quasi quandam continuatam motionem et perennem. De qua definitione, quam Aristotelis locis a nobis allatis refutatam esse credimus, prioribus saeculis pugna exarsit (Ancillon p. 8 sqq.). Neque tamen definitio iterum iterumque retractata esset, nisi tanti nominis gravitate propugnata.[3])

Alii[4]) ἐντελέχειαν actum, alii[5]) perfectionem interpretantur. Quorum utrumque verum est, ita tamen, ut non alterum ab altero excludatur, sed inter se coniungatur.

---

1) [Megaricos potentiae ab actu distinctionem negavisse et hanc doctrinam Aristotelis impugnavisse exposuit Hartenstein, Hist.-philos. Abhandlungen, 127 sqq. Cf. tamen Zeller, Phil. d. Gr. II, 1. 220. n. 2.]

2) Cf. Ancillon père recherches critiques et philosophiques sur l'entéléchie d' Aristote (1805) disputatio commentationibus ab academiae Berolinensis philosophorum ordine scriptis an. 1815 editis inserta.

3) ἐνδελέχεια, continuatio, obscurae originis vox, ab ἐντελεχείᾳ prorsus segreganda est; significatio enim, si qua usquam, diversa est. Iam inter veteres altera ab altera seiungi coepta est. Gregorius quidem Corinthius de Attica dialecto agens proprium fuisse Atticorum ait ἐνδελέχειαν ἐντελέχειαν vocare his verbis: τὰς μυρρίνας μυρσίνας λέγουσι (de Atticis loquitur), καὶ τὸ συρίζειν συρίττειν, καὶ τὴν ἐνδελέχειαν ἐντελέχειαν. Quibus verbis ne hoc quidem probatur, Aristotelicam significari ἐντελέχειαν. Lucianus vero in iudicio vocalium c. 10. p. 95. Hemsterh. aperte, etsi iocose: ἀκούετε, φωνήεντα δικασταί, τοῦ μὲν δ' λέγοντος, ἀφείλετό μου τὴν ἐνδελέχειαν, ἐντελέχειαν ἀξιοῦν λέγεσθαι παρὰ πάντας τοὺς νόμους. Quae indicio esse videntur, iam provisum esse, ut vocabulorum confusio tolleretur.

4) Patricius, Duvallius.

5) Themistius, Simplicius, ut fol. 23 b: ὁρίζει γὰρ καὶ ἡ ψυχὴ

Leibnitzius recte quidem entelechiam et in agendo [1]) et in perficiendo [2]) ponit, sed in sua ipsius phliosophia entelechias ita ab Aristotelis mente deflectit, ut tum a *δυνάμει* magis divellat iisque propriam quasi vitam concedat, tum *τὴν ἐντελέχειαν πρώτην* [3]) vim primitivam ponat, cuius vocis longe aliam esse rationem vidimus.

Ultra etiam progreditur Ancillon, cuius commentationem supra laudavimus. Facit enim vim organicam, vitae principium, naturam plasticam, [4]) quam vocem a Cudworthio mutuo sumit. In vocis vero notatione (i. e. in vocibus *ἐν, τέλος, ἔχεσθαι* coniunctis) id inesse credit, ut principium impetu suo actum ad eum finem ferat, ad quem consilio duceret mens sibi conscia. Ad quod discrimen exempla trahit adiecta *ἐπιστήμην* et *τὸ*

καὶ οὐσιοῖ καθ' αὑτὴν καὶ τελειοῖ τὰ μετέχοντα, δι' ὃ καὶ ἐντελέχεια, Hermolaus Barbarus, qui *ἐντελέχειαν* perfectihabiam latine reddit, Guil. Budaeus de asse et partibus eius liber I. p. 14. ed. Basil 1567. „estque entelechia non continua motio, sed perfecti corporis comprehensio, id est, *τοῦ ἐντελοῦς συνοχή;* hoc enim etymum eius verbi significat." I. C. Scaliger de subtilitate exercit. CCCVII. „Ac quanquam *ἐντελέχεια* est *τελειότης*: maior tamen est *τελειότητος* ambitus, quam ut adstringi debeat ad speciei definitionem." — — — „Cum igitur formam dixeris: intelliges immaterialitatem, simplicitatem, potestatem, perfectionem, informationem. Hoc enim est *ἐν*: quod innuit maximus poëtarum: totosque infusa per artus. Hoc est *τέλος*: quia est ultima forma sub caelestibus: et princeps inferiorum finis ac perfectio. Hoc est, *ἔχειν*, posse. Ut ipsa sit autor omnium functionum, omnium motuum, etiam contrariorum in eodem corpore, cuius potens est." Haec, quatenus ex etymologia deprompta, subtiliora quam veriora sunt; singula vocis elementa dum premuntur, quomodo coniungantur, et quid sibi coniuncta velint, non curatur.

1) Leibnitz lettre à Mr. Remond de Montmort opp. omn. (ex ed. Ludov. Dutens) II. p. 114. „l'entéléchie d'Aristote, qui a fait tant de bruit, n'est autre chose que la force ou l'activité, c'est à dire, un état dont l'action suit naturellement, si rien ne l'empêche." Talis status non tam *ἐντελέχεια* est, quam *δύναμις* ad entelechiam vergens.

2) Leibnitz principia philosophiae seu theses in gratiam principis Eugenii th. 18. opp. II. p. 22. „Nomen entelechiarum imponi posset omnibus substantiis simplicibus seu monadibus creatis. Habent enim in se certam quandam perfectionem (*ἔχουσι τὸ ἐντελές*), datur quaedam in iis sufficientia (*αὐτάρκεια*), vi cuius sunt actionum suarum internalium fontes quasi automata incorporea. cf. II. 1. p. 50. système nouveau de la nature et de la communication des substances etc. Quae *ἐντελεχείας* vis ab Aristotele plane aliena est. cf. epist. V. p. 359.

3) de anima brutorum opp. II. 1. p. 231. „Et tale principium appellamus substantiale, item vim primitivam *ἐντελέχειαν τὴν πρώτην*, uno nomine animam, quod activum cum passivo coniunctum substantiam completam constituit."

4) cf. p. 20. p. 38.

θεωρεῖν, ut, quod caecus primum est impetus, ratio fiat. *Ἐντελέχειαν πρώτην* ab universa et omni animo humano et ab inferioribus animi facultatibus removens id principium interpretatur, unde animans vitam ducit. Quae etsi quis sibi solo hoc huius libri loco inspecto persuadere possit: collatis iis, quae e reliquis Aristotelis libris composuimus, tanquam artificiosa et universo huius vocis usui non consentanea relinquet.

Cap. 1.

§ 1. 412ᵃ 3. De dubia ineuntis libri lectione e commentatoribus haec commemorentur. Themistius, qui librum sic exorditur: *ἃ μὲν παρὰ τῶν προτέρων εἴχομεν παραδεδομένα περὶ ψυχῆς εἴρηται ἱκανῶς*, vulgatam testimonio confirmat. Apud Simplicium Aristotelis *ῥῆμα* ita praeponitur: *ἐπεὶ δὲ κτλ.*, ipse vero in commentario: *οὐ τὸ ἱστορήσθω μόνον δηλοῦντος τοῦ εἰρήσθω ἀλλὰ καὶ τὸ ἐξειργάσθω*, ut vulgatam agnoscere dubium non sit. Ioannes Philoponus libri secundi prooemio haec praeponit: *τὰ μὲν παρὰ τῶν προτέρων παραδεδομένα περὶ ψυχῆς εἰρήσθω*, quae vulgata est lectio; singulorum vero expositionem antecedit lectio: *ἐπεὶ — εἴρηται.* Contexta commentarii oratio, quae sola locuples originis testis est (reliqua enim postea apposita esse possunt), quid Philoponus legerit, non significat.

412ᵃ 5. *καὶ τίς ἂν εἴη κοινότατος λόγος αὐτῆς*] notionem quaerit adeo communem, ut non solum in humanum animum cadat.

§ 2. 412ᵃ 9. Themistium, Ioannem Philoponum, Simplicium legisse *ἔστι δ' ἡ μὲν ὕλη δυνάμει, τὸ δ' εἶδος ἐντελέχεια*, ex his patet. Themist. fol. 73 ᵃ. *καὶ νῦν δὲ ὑπομνηστέον ὅτι ἡ μὲν ὡς ὕλη οὐσία δυνάμει ἐστὶν οὐσία καὶ οὔπω τόδε τι καθ' αὑτήν, ἀλλ' οἷον εὐφυΐα πρὸς τοῦτο καὶ παρασκευὴ πρὸς τὸ γενέσθαι τόδε τι· τὸ δὲ εἶδος ἡ τελειότης καὶ ὥσπερ ἀναπλήρωσις τῆς εὐφυΐας.* Io. Philop. F. fol. 8 b. *ἔστι δ' ἡ μὲν ὕλη δυνάμει. οὐδὲν γάρ ἐστι τῶν εἰδῶν καθ' αὑτὴν ἡ ὕλη, ἀλλὰ δυνάμει πάντα. — οὐκ εἶπεν ἐντελέχεια κατὰ δοτικὴν πτῶσιν ἀλλὰ κατ' εὐθεῖαν· ἡ γὰρ τὸ εἶδος λαβοῦσα ὕλη αὐτὴ λέγεται ἐντελέχεια εἶναι, τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ συναμφότερον. τὸ μέντοι εἶδος καθ' αὑτὸ ἐντελέχειά ἐστιν· ἀντέθηκε δὲ τῷ δυνάμει τὴν ἐντελέχειαν, διότι ἡ μὲν δύναμις ἀτελὴς κτλ.* Simplic. fol. 23 a. *οὐδήπου ὕλη δυνάμει ἐστίν, ἀλλ' οὐσία δυνάμει· οὐχ ὡς ἐσομένη ποτὲ κατ' ἐνέργειαν· μένει γὰρ ἀεὶ ὅπερ ἐστίν, ἀλλ' ὡς κατὰ τὸ δεκτικὸν οὐσιω-*

μένη καὶ τὴν ἀμυδρὰν καὶ ἀτελῆ οὐσίαν· τὸ δὲ εἶδος ἐντελέχεια, ὡς τελειότης καὶ ἐν τελειότητι ἔχον τὸ εἶναι.

Οὐσίαν [1]) Aristoteles pluribus locis definivit. Laudamus imprimis categorias 5, 2^a 11 sqq., anal. post. I, 4. 73^b 7, metaph. *Δ*, 8. 1017^b 10; *Z*, 3. 1028^b 33; *H*, 1. 1042^a 6; *Λ*, 1. 1069^a 18; phys. V, 2. 225^b 10. Cf. Bz. ind. Ar. 544^a 6 sqq. Quaeritur, tum quid sit, quo notio maxime contineatur, tum quo ad animi definitionem pertineat.

In categoriis *οὐσίαν*, quae nomine digna sit, eam definit 2^a 12: *ἣ μήτε καθ' ὑποκειμένου τινὸς λέγεται μήτ' ἐν ὑποκειμένῳ τινί ἐστιν, οιον ὁ τὶς ἄνθρωπος ἢ ὁ τὶς ἵππος.* Quocum consentiunt, quae leguntur in metaphysicis *Δ*, 8. 1017^b 13. *ἅπαντα δὲ ταῦτα λέγεται οὐσία, ὅτι οὐ καθ' ὑποκειμένου λέγεται, ἀλλὰ κατὰ τούτων τὰ ἄλλα.* Est itaque id, quo cetera referuntur, quod ipsum autem nusquam, ut sibi ipsi quasi sufficiat. Qualitates, quae insunt, ad rem, quae substrata est, pertinent; haec vero substantia est. In categoriis *οὐσίαι* dividuntur, ut sint vel primae vel secundae. Primae a secundis eo differunt, quod primae individua significant, secundae vel species vel genera. Hae enim etsi in nullo sunt subiecto, tamen ad individua referuntur; a quibus notiones ducuntur (*τῶν δὲ δευτέρων οὐσιῶν τὸ μὲν εἶδος κατὰ τοῦ ἀτόμου κατηγορεῖται* categ. 5, 3^a 38).

Haec quidem summa est notio, cui tamen alia tanquam corollaria adiciuntur, consequentia magis quam constituentia, primum quod contraria, quae in qualitates cadunt, excludit, — quid enim, ut hoc utar, homini contrarium, sicut album nigro? — deinde quod illos gradus, quibus quid aut plus aut minus est, non admittere videtur; est enim aliquid aut non est, neque plus vel minus. Haec si tanquam minus accurata omiseris, priora tamen tenenda sunt. — Quomodo igitur loco, de quo agimus, fieri potest, ut *οὐσία* has tres partes subiectas habeat, materiam, formam et quod ex utraque conflatum est? — Materia et forma, quarum altera alteram quasi expetit, ut sibi solis minime satisfaciant, nec per se solae quidquam sint, ex illius definitionis vi exemptae esse videntur. Tertium autem, quod materia et forma iunctis viribus genuerunt, re vera *οὐσία* esse potest.

Sunt autem plures loci, quibus, invita principi illa definitione, tum materia [Bz. ind. Ar. 545^a 27] tum forma [ibid. 32] *οὐσίαι* dicuntur. In illa categoriarum definitione id spectabatur, ut aliquid per se solum esse posset sibique ipsi sufficiens cogi-

1) [Cf. Trdlbg. Gesch. der **Kategorienlehre** 53 sqq.]

taretur. Sed laxatur quodammodo haec legis severitas, eaque etiam in *οὐσίας* partem vocantur, quae tanquam ultima elementa, quibus res continetur, necessaria sunt et per se cogitantur. Mutuam quidem inter se rationem ineunt, sed alio referuntur nusquam.

Ita metaphys. *Δ*, 8. 1017ᵇ 22. *ἔτι τὸ τί ἦν εἶναι οὗ ὁ λόγος ὁρισμός, καὶ τοῦτο οὐσία λέγεται ἑκάστου. συμβαίνει δὴ κατὰ δύο τρόπους τὴν οὐσίαν λέγεσθαι, τὸ θ' ὑποκείμενον ἔσχατον, ὃ μηκέτι κατ' ἄλλου λέγεται, καὶ ὃ ἂν τόδε τι ὂν καὶ χωριστὸν ᾖ· τοιοῦτον δὲ ἑκάστου ἡ μορφὴ καὶ τὸ εἶδος.* Quo loco materia et forma aperte *οὐσίαι* significantur. Etenim *τὸ ὑποκείμενον* saepius de substrata materia. Cf. metaph. *Α*, 3. 984ᵃ 21. *οὐ γὰρ δὴ τό γε ὑποκείμενον αὐτὸ ποιεῖ μεταβάλλειν ἑαυτό· λέγω δ' οἷον οὔτε τὸ ξύλον οὔτε ὁ χαλκὸς αἴτιος τοῦ μεταβάλλειν ἑκάτερον αὐτῶν κτλ.* metaph. *Α*, 3. 983ᵃ 29., ubi Aristoteles quatuor rerum principia percensens alteram ponit *τὴν ὕλην καὶ τὸ ὑποκείμενον.* Forma vero ea est illo loco (metaph. *Δ*, 8. 1017ᵇ 25), quae *τόδε τι ὂν καὶ χωριστὸν* appellatur. Forma autem sola mente et cogitatione *χωριστόν*; neve latius *χωριστόν* extendas, alias *τῷ λόγῳ χωριστὸν* adicitur [1]). Sed ad *οὐσίαν* redeundum est. In eandem sententiam alius loquitur locus metaph. *Λ*, 3. 1070ᵃ 9. *οὐσίαι δὲ τρεῖς, ἡ μὲν ὕλη τόδε τι οὖσα τῷ φαίνεσθαι (ὅσα γὰρ ἐστιν ἁφῇ καὶ μὴ συμφύσει, ὕλη καὶ ὑποκείμενον), ἡ δὲ φύσις τόδε τι, εἰς ἣν καὶ ἕξις τις· ἔτι τρίτη ἡ ἐκ τούτων ἡ καθ' ἕκαστα, οἷον Σωκράτης ἢ Καλλίας.* Cur haec tria *οὐσίαι* sint, ad unam eandemque rationem redigitur; esse enim *τόδε τι*. Quo pronomine [2]) Aristoteles utitur ad id significandum, quod undique definitum est. Hoc autem *τόδε τι* si *οὐσίας* est nota et indicium, quomodo in materia informi (de hac autem agitur) deprehendatur, difficile est intellectu. Etenim si adicitur, definitum esse, quod in sensus incurrat, quod tactu percipiatur: id adeo universe dictum est, ut ratio, si ad rem conferre volueris, evanescat. Si enim materiam sensibus percipias

1) Metaph. *H*, 1. 1042ᵃ 26. *ἔστι δ' οὐσία τὸ ὑποκείμενον. ἄλλως μὲν ἡ ὕλη (ὕλην δὲ λέγω ἣ μὴ τόδε τι οὖσα ἐνεργείᾳ δυνάμει ἐστὶ τόδε τι), ἄλλως δ' ὁ λόγος καὶ ἡ μορφή, ὃ τόδε τι ὂν τῷ λόγῳ χωριστόν ἐστι. τρίτον δὲ τὸ ἐκ τούτων, οὗ γένεσις μόνου καὶ φθορά ἐστι, καὶ χωριστὸν ἁπλῶς.* [cf. ad 432ᵃ 20].

2) [Cf. Bz. ind. Ar. 495ᵇ 33 sqq., 45 „plerumque *τόδε τι* ab Ar. ita usurpatur, ut eundem fere ambitum notionis habeat et eandem varietatem atque *οὐσία*."]

sive oculis describas sive visu comprehendas: non est materia, quae forma careat (talis enim, si animus a consuetudine oculorum avocatus in ultima elementa descenderit, sola mentis agitatione fingitur) est potius materia formae particeps (forma enim maxime sensuum imagine repraesentatur), ut ad tertiam classem (*τὸ ἐκ τούτων*) referenda esse videatur. Sed hoc loco, sicut sequenti, *φαίνεσθαι*, quod adiectum a subtilitate quodammodo revocat, non neglegendum est. Ceterum, quod alias *εἶδος* dictum est, nunc *φύσις* appellatur, ad quam *ἕξις* pertineat; natura enim materiam ad suum finem suoque consilio signat et format.

Subtilius ea dicta esse videntur, quae, cur *ὕλη οὐσία* sit, alio loco afferuntur. Metaph. *Z*, 3. 1029ᵃ 1. *μάλιστα γὰρ δοκεῖ εἶναι οὐσία τὸ ὑποκείμενον πρῶτον. τοιοῦτον δὲ τρόπον μέν τινα ἡ ὕλη λέγεται, ἄλλον δὲ τρόπον ἡ μορφή, τρίτον δὲ τὸ ἐκ τούτων.* — — 10. *καὶ ἔτι ἡ ὕλη οὐσία γίνεται. εἰ γὰρ μὴ αὕτη οὐσία, τίς ἐστιν ἄλλη διαφεύγει. περιαιρουμένων γὰρ τῶν ἄλλων οὐ φαίνεται οὐθὲν ὑπομένον. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα τῶν σωμάτων πάθη καὶ ποιήματα καὶ δυνάμεις, τὸ δὲ μῆκος καὶ πλάτος καὶ βάθος ποσότητές τινες ἀλλ' οὐκ οὐσίαι· τὸ γὰρ ποσὸν οὐκ οὐσία, ἀλλὰ μᾶλλον ᾧ ὑπάρχει ταῦτα πρώτῳ ἐκεῖνό ἐστιν ἡ οὐσία. Ἀλλὰ μὴν ἀφαιρουμένου μήκους καὶ πλάτους καὶ βάθους οὐθὲν ὁρῶμεν ὑπολειπόμενον, πλὴν εἴ τι ἔστι τὸ ὁριζόμενον ὑπὸ τούτων, ὥστε τὴν ὕλην ἀνάγκη φαίνεσθαι μόνην οὐσίαν οὕτω σκοπουμένοις.* — — 21. *ἔστι γάρ τι καθ' οὗ κατηγορεῖται τούτων ἕκαστον, ᾧ τὸ εἶναι ἕτερον καὶ τῶν κατηγοριῶν ἑκάστῃ· τὰ μὲν γὰρ ἄλλα τῆς οὐσίας κατηγορεῖται, αὕτη δὲ τῆς ὕλης. ὥστε τὸ ἔσχατον καθ' αὑτὸ οὔτε τὶ οὔτε ποσὸν οὔτε ἄλλο οὐθέν ἐστιν.* Ita et materia *οὐσία*, quod ultimum est, quo mens in categoriis discernendis progredi possit. Quae ratio plus valet, quam illa, quae *τόδε τι* ad materiam defert informem. Hoc modo si reliqui Aristotelis loci cum libris de anima consentiunt, unus contra discrepat, quem silentio praetermittere non licet. Metaph. *Z*, 3. 1028ᵇ 33. *Λέγεται δ' ἡ οὐσία, εἰ μὴ πλεοναχῶς, ἀλλ' ἐν τέτταρσί γε μάλιστα· καὶ γὰρ τὸ τί ἦν εἶναι καὶ τὸ καθόλου καὶ τὸ γένος οὐσία δοκεῖ εἶναι ἑκάστου καὶ τέταρτον τούτων τὸ ὑποκείμενον.* In quo etsi tenendum est, de *οὐσίας* agi notione, i. e. quid rem aliquam causamque contineat (*οὐσία ἑκάστου*), nec vero de ipsa re, quatenus *οὐσία* est (hoc enim sequitur), tamen non abest difficultas. Illud *τὸ τί ἦν εἶναι* formae, *τὸ ὑποκείμενον* materiae respondet. Sed quid *τὸ καθόλου* aut a notione *τὸ τί ἦν*

εἶναι aut a genere [1]) differt? An denique genus h. l. *οὐσία* eadem ratione dictum, qua *δεύτεραι οὐσίαι* in categoriis? Quaestio in medio relinquenda.

Cur animus universus in animanti *οὐσία* dicatur, legitur in metaphysicis *Δ*, 8. 1017b 10. *οὐσία λέγεται τά τε ἁπλᾶ σώματα, οἷον γῆ καὶ πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ ὅσα τοιαῦτα. καὶ ὅλως σώματα καὶ τὰ ἐκ τούτων συνεστῶτα ζῷά τε καὶ δαιμόνια καὶ τὰ μόρια τούτων. ἅπαντα δὲ ταῦτα λέγεται οὐσία ὅτι οὐ καθ' ὑποκειμένου λέγεται, ἀλλὰ κατὰ τούτων τὰ ἄλλα. ἄλλον δὲ τρόπον ὃ ἂν ᾖ αἴτιον τοῦ εἶναι ἐνυπάρχον ἐν τοῖς τοιούτοις ὅσα μὴ λέγεται καθ' ὑποκειμένου, οἷον ἡ ψυχὴ τῷ ζῴῳ.*

Ex iis, quae ex Aristotele attulimus, facile patet, quid sit, quod illo, quem de animo tractamus, loco additur: *ταύτης δὲ τὸ μὲν ὡς ὕλην, ὃ καθ' αὑτὸ μὲν οὐκ ἔστι τόδε τι* — definitur enim materia accedente demum forma, qua *τόδε τι* gignitur, ut de hac iure dici possit, *καθ' ἣν ἤδη λέγεται τόδε τι* — refertur ad formae vim tanquam ad causam nec vero ipsa est res certa et definita; haec enim, si religiose agas, solum quod e materia et forma conflatur (*τὸ ἐκ τούτων*). Legit Alexander Aphr. *ἀπορ. κ. λύσεις B, κδ'*. p. 141 Sp. *καὶ εἶδος, καθ' ἣν ἤδη λέγεται. τὸ δὲ τρίτον ἤδη καθ' αὑτὴν οὖσα τόδε τι.* Fortasse illud servandum: *τὸ δὲ τρίτον τόδε τι τὸ ἐκ τούτων.* Hoc enim *τόδε τι* illud denique est, quod reliqua duo expetebant, tanquam *οὐσίας* finem. Quare adicere *τόδε τι* haud ineptum est.

412a 9. *ἔστι δ' ἡ μὲν ὕλη δύναμις, τὸ δ' εἶδος ἐντελέχεια, καὶ τοῦτο διχῶς, τὸ μὲν ὡς ἐπιστήμη, τὸ δ' ὡς τὸ θεωρεῖν*] cf. supra in huius libri prooemio p. 258.

§ 3. 412a 11. Corpus natura genitum et vitae particeps *οὐσία*.

412a 12. *σώματα φυσικά*] corpora, qualia natura gignuntur; quae arte fiunt et consilio componuntur, ex illis materiam trahunt, ut illa horum principia (*ἀρχαὶ*) dici possint. Quidquid corporum humana mens exstruit, nihil ipsa nisi formam molitur novam, consilio accommodatam; ad hanc e mentis officina in communem rerum naturam proferendam, naturae cor-

---

1) [Cf. Bz. ind. Ar. 356b 29. *καθόλου*: coni. *γένος* met. *Δ*, 3. 1014b 12; *K*, 1. 1059b 26 (sed distat *γένος* met. *A*, 9. 992b 12). cf. *γένος* p. 150b 33: *τὸ καθόλου* non necessario est *γένος* met. *A*, 9. 992b 12. *Z*, 3. 1028b 34. — ind. 764b 60. dist. *τὸ τί ἦν εἶναι* met. *Z*, 3. 1028b 34.

pora sibi subicit et tanquam materiam, in qua operetur, substernit.

412ª 15. *ὥστε πᾶν σῶμα φυσικὸν μετέχον ζωῆς οὐσία ἂν εἴη, οὐσία δ' οὕτως ὡς συνθέτη.*] Cur corpus vitae particeps quasi compositum dicitur? Diversae quidem viae sunt, quibus interpreteris. Compositum credas, quod varia sunt elementa, e quibus corpus constat. Ita certe metaph. *B*, 5. 1001ᵇ 32. *ἃ δὲ μάλιστ' ἂν δόξειε σημαίνειν οὐσίαν, ὕδωρ καὶ γῆ καὶ πῦρ καὶ ἀήρ, ἐξ ὧν τὰ σύνθετα σώματα συνέστηκε.* Sed haec longius repetita sunt, nihil enim de his elementis ipso loco significatum est, ut eiusmodi interpretatio, etsi per se cogitari possit, non admittenda videatur. — Possis etiam trahere *τὸ σύνθετον* ad eas partes, in quibus Aristoteles vitam posuerat (*τροφήν τε καὶ αὔξησιν καὶ φθίσιν*). Ita fere metaph. *H*, 6. 1045ᵇ 11. *οἱ δὲ σύνθεσιν ἢ σύνδεσμον ψυχῆς σώματι τὸ ζῆν* (*λέγουσι*). Quod quidem a loci vicinitate commendatur, (proxime enim illae partes praecedunt, e quibus conclusio facta esse videatur); sed ad actiones, quibus vita vitalis est, compositionis vocem ab humana arte tractam transferre, et a naturae veritate et a loci simplicitate alienum est. Id unum restat, ut ad materiam et formam, in quas corpus tanquam in partes cogitatione dividas, compositio trahatur. Id nec a loco (erat enim sermo de materia et forma) nec ab Aristotelis usu (id quod probabimus) abhorret. Ita enim metaph. *H*, 2. 1043ª 18. *οἱ δ' ἄμφω ταῦτα συντιθέντες τὴν τρίτην καὶ τὴν ἐκ τούτων οὐσίαν* i. e. materia et forma. metaph. *Δ*, 24. 1023ª 31. (*τὸ ἔκ τινος εἶναι λέγεται*) *ἕνα δ'* (sc. *τρόπον*) *ἐκ τοῦ συνθέτου, ἐκ τῆς ὕλης καὶ τῆς μορφῆς.* Ita et Themistius.

412ª 16. *οὐσία οὕτως ὡς συνθέτη*] Quid sibi vult, quod, adiecta comparatione, aliquid quasi de compositione derogatur, velut haec non omni ex parte conveniat? Compositio, sicut universa materiae et formae separatio, ab humana arte ducta est; in qua, cum materiae forma aliunde accedat, vera est compositio: natura autem, ubi gignit, formam et materiam nusquam inter se disiungit, ut neque omnino composuisse dici possit. Mens humana componendi rationem sibi ipsi propriam ad naturae fabricam minus caute accommodans mirum quantum erravit. Recte igitur Aristoteles *οὐσία οὕτως ὡς συνθέτη.* Cf. metaph. *Λ*, 3. 1070ª 13. *Ἐπὶ μὲν οὖν τινῶν τὸ τόδε τι οὐκ ἔστι παρὰ τὴν συνθέτην οὐσίαν, οἷον οἰκίας τὸ εἶδος, εἰ μὴ ἡ τέχνη· οὐδ' ἔστι γένεσις καὶ φθορὰ τούτων, ἀλλ' ἄλλον τρόπον εἰσὶ καὶ οὐκ εἰσὶν οἰκία τε ἡ ἄνευ ὕλης καὶ ὑγίεια καὶ πᾶν τὸ κατὰ τέχνην· ἀλλ' εἴπερ, ἐπὶ τῶν φύσει.* metaph.

Z, 13. 1039ᵃ 15. *εἰ γὰρ μήτε ἐκ τῶν καθόλου οἷόν τ' εἶναι μηδεμίαν οὐσίαν διὰ τὸ τοιόνδε ἀλλὰ μὴ τόδε τι σημαίνειν, μήτ' ἐξ οὐσιῶν ἐνδέχεται ἐντελεχείᾳ εἶναι μηδεμίαν οὐσίαν σύνθετον, ἀσύνθετον ἂν εἴη οὐσία πᾶσα, ὥστ' οὐδὲ λόγος ἂν εἴη οὐδεμιᾶς οὐσίας.*

§ 4. 412ᵃ 17. Lectionem a nobis receptam *καὶ τοιονδί*, quam quinque Bekkeri codices et y praebent, etiam interpretes tueantur: Philoponus G. 1. *ἐπειδὴ τὸ ζωὴν ἔχον σῶμα καὶ σῶμά ἐστι καὶ τοιονδὶ σῶμα, ἀντὶ τοῦ σύνθετον ἐκ σώματος καὶ ζωῆς, ἥπερ ζωὴ ψυχή ἐστι, ἀνάγκη τὸ μέν τι τούτων εἶναι ὕλην, τὸ δὲ εἶδος. δείκνυσι δὲ τοῦτο οὕτως· ἐπεὶ γάρ φησι τὸ ἔμψυχον σῶμα, σῶμά ἐστι τοιονδί, ὡς ἂν εἰ ἔλεγε τὸ μέντοι ἔχει ὑποκείμενον, τὸ δὲ ἐν ὑποκειμένῳ· ὑπόκειται γὰρ τὸ σῶμα, ἐν ὑποκειμένῳ δὲ τὸ τοιονδί· οὐκ ἂν εἴη ἡ ψυχὴ τὸ ὑποκείμενον.* Sophonias: *ἐπεὶ δ' ἔστι σῶμα καὶ τοιόνδε σῶμα τὸ ζωὴν ἔχον· σύνθετον γὰρ ἐκ ζωῆς καὶ σώματος, καὶ τὸ μὲν ὥσπερ ὑποκείμενον καὶ ὕλη, τὸ δὲ ὡς ἐν ὑποκειμένῳ καὶ οἷον εἶδος καὶ μορφή.* Minus luculenter Themistius fol. 73 b. *ἐπεὶ τοίνυν οὐχ ἁπλῶς σῶμα τὸ ζωὴν ἔχον ἀλλὰ σῶμα τοιονδί, καὶ ἔστιν ἐν αὐτῷ τὸ μὲν σῶμα ὥσπερ ὑποκείμενόν τε καὶ ὕλη, τὸ δὲ τοιονδὶ ἡ μορφὴ καὶ τὸ εἶδος.* Simplicius contra non agnoscere videtur.

Num *τοιόνδε* praestet, quam *τοιονδί*, dubito. Hoc convenientius, si quidem *τοιονδί*, quippe quod demonstrandi forma certius signatum, tum maxime ab Aristotele adhiberi observasse mihi videor, quum categoriae inserviens id quod certa qualitate praeditum est significatur.

Animae definitio. Corpus substratum, anima id, quod ad substratum refertur. Anima igitur si substantia est, substantia est tanquam forma; forma corporis natura geniti, ad vitam nati et facti. Haec vita corporis *δύναμις*, anima eius *ἐντελέχεια*. Substantia quae in forma posita est, *ἐντελέχεια*. Anima igitur talis corporis (corporis ad vitam nati) *ἐντελέχεια*.

Simplic. fol. 23 b. *οὐ γὰρ ὡς ἡ οὐσία τοῖς συμβεβηκόσιν οὕτω τὸ σῶμα τῇ ζωῇ ὑπόκειται, ἀλλ' ὡς ὕλη τοῖς εἴδεσιν ὁριζομένη καὶ οὐσιωμένη αὐτοῖς κατ' ἐνέργειαν.*

De hac animae definitione Alexander Aphrodisiensis *ἀποριῶν καὶ λύσεων B, η', θ'* p. 99. Sp. ita agit, ut primum in definitione non idem per idem, quasi *ζωὴ* et *ψυχὴ* videatur, definire, deinde animam non ad *τὰ πρός τι*, ut nihil per se sit, reici ostendat.

§ 5. 412ᵃ 22. Supra in prooemio p. 256 sqq. exposuimus.

§ 6. 412ª 28. σῶμα φυσικὸν δυνάμει ζωὴν ἔχον ita comparatum esse dicitur, ut sit ὀργανικόν. Quid igitur ὄργανα sunt? [ὄργανα vulgari usu significant instrumenta mechanica et ad motum actionemque pertinent. Inde proprie ad ea tantum corporis membra significanda adhibetur ea vox, quibus motus et actio fit (τὰ ἀνομοιομερῆ). Ita de part. an. II, 1. 647ª 3 τὰ ὀργανικὰ μέρη opponuntur τοῖς αἰσθητηρίοις (ὄντων δὲ τῶν μὲν ὀργανικῶν μερῶν, τῶν δ' αἰσθητηρίων ἐν τοῖς ζῴοις, τῶν μὲν ὀργανικῶν ἕκαστον ἀνομοιομερές ἐστιν, ἡ δ' αἴσθησις ἐγγίγνεται πᾶσιν ἐν τοῖς ὁμοιομερέσιν). Sed latius patet notio, ut quidquid alicui consilio inservit, ὄργανον nominetur. Cf. de part. an. I, 5. 645ᵇ 14. τὸ ὄργανον πᾶν ἕνεκά του. 642ª 12. οὕτως ἐπειδὴ τὸ σῶμα ὄργανον (ἕνεκά τινος γὰρ ἕκαστον τῶν μορίων, ὁμοίως δὲ καὶ τὸ ὅλον), ἀνάγκη ἄρα τοιονδὶ εἶναι καὶ ἐκ τοιωνδί (Bz. ind. Ar. p. 521ᵇ 29 sqq.). Plantae quoque partes suum quaeque finem adjuvant, ut si de corpore organico definiatur, plantae non excludantur (ὄργανα γὰρ τὰ τῶν φυτῶν μέρη). Cf. de part. an. II, 10. 655ᵇ 37. ἡ μὲν οὖν τῶν φυτῶν φύσις ουσα μόνιμος οὐ πολυειδής ἐστι τῶν ἀνομοιομερῶν· πρὸς γὰρ ὀλίγας πράξεις ὀλίγων ὀργάνων ἡ χρῆσις. De verbo, quod additur, φυσικὸν cf. Trdlbg. Geschichte der Kategorienlehre 97: Da die ὀργανικά, auch sonst soviel als μηχανικά, zunächst die Werkzeuge der Maschine bezeichnen, so musste durch den Zusatz σῶμα φυσικὸν ὀργανικόν die Vorstellung der auch bei der zweckmässigsten Maschine noch von aussen kommenden Bewegung aufgehoben und das Princip der Bewegung nach innen verlegt werden. Erst dadurch entstand der Begriff dessen, was jetzt kurzweg organisch heisst.]

412ᵇ 2. ἁπλᾶ] In libro de partibus animalium I, 1. 640ᵇ 19 et II, 1. 646ª 21. Aristoteles segregat τὰ ὁμοιομερῆ et τὰ ἀνομοιομερῆ; illa sunt ea, quae una et sui similia materiae magis speciem habent, quam formae, velut caro, ossa; haec ex illis composita partes sunt corporis organicae, forma multiplici eaque consilio accommodata, velut manus, facies, e carne ossibus constantes. Plantarum ὄργανα ὁμοιομερῶν naturam nondum superarunt; simplicia sunt, nondum composita, ut ἁπλᾶ ὁμοιομερῆ interpretanda sint. Cf. de part. anim. II, 1. 647ª 1. διὰ μὲν οὖν ταύτας τὰς αἰτίας τὰ μὲν ἁπλᾶ καὶ ὁμοιομερῆ, τὰ δὲ σύνθετα καὶ ἀνομοιομερῆ τῶν μορίων ἐν τοῖς ζῴοις ἐστίν. cf. meteor. IV, 8. 10. 11. (fin.) hist. anim. I, 1. 486ª 13.

412ᵇ 2. περικάρπιον] cf. de gen. anim. III, 2. 752ª 19. προσπέφυκε γὰρ ἡ ἀρχὴ τοῦ σπέρματος τὰ μὲν ἐν τοῖς κλάδοις, τὰ δ' ἐν τοῖς κελύφεσι, τὰ δ' ἐν τοῖς περικαρπίοις.

meteor. Δ, 3. 380a 11. πέπανσις δ' ἐστὶ πέψις τις. ἡ γὰρ τῆς ἐν τοῖς περικαρπίοις τροφῆς πέψις πέπανσις λέγεται. ἐπεὶ δ' ἡ πέψις τελείωσίς τις, τότε ἡ πέπανσις τελεία ἐστίν, ὅταν τὰ ἐν τῷ περικαρπίῳ σπέρματα δύνηται ἀποτελεῖν τοιοῦτον ἕτερον οἷον αὐτό· καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν ἄλλων τὸ τέλειον οὕτω λέγομεν. περικαρπίου μὲν οὖν αὕτη πέπανσις [Cf. Bz. ind. Ar. 581b 36]. Est igitur περικάρπιον fructus pars, quae semen ambit, ut in leguminibus siliqua, in castaneis echinatus cortex, in nucibus testa s. putamen, in malis et piris id quod edule est, ut recte a Stephano (s. v.) exponitur. Quod vero folium huic rursus involucro inservit? Si nucis cogites exemplum, foliaceo quodam integumento putamen circumdatur. Hoc est τὸ φύλλον περικαρπίου σκέπασμα.

412b 3. *αἱ δὲ ῥίζαι τῷ στόματι ἀνάλογον*] cf. de part. anim. II, 3. 650a 23. τὰ δὲ ζῷα πάντα μὲν σχεδόν, τὰ δὲ πορευτικὰ φανερῶς, οἷον γῆν ἐν αὐτοῖς ἔχει τὸ τῆς κοιλίας κύτος, ἐξ ἧς, ὥσπερ ἐκεῖνα ταῖς ῥίζαις, ταῦτα δεῖ τινι τὴν τροφὴν λαμβάνειν. IV, 10. 686b 28. ἔτι δ' ἐλάττονος γινομένης τῆς αἰρούσης θερμότητος καὶ τοῦ γεώδους πλείονος, τά τε σώματα ἐλάττονα τῶν ζῴων εἰσὶ καὶ πολύποδα· τέλος δ' ἄποδα γίνεται καὶ τεταμένα πρὸς τὴν γῆν. μικρῷ δ' οὕτω προβαίνοντα καὶ τὴν ἀρχὴν ἔχουσι κάτω, καὶ τὸ κατὰ τὴν κεφαλὴν μόριον τέλος ἀκίνητόν ἐστι καὶ ἀναίσθητον καὶ γίνεται φυτὸν ἔχον τὰ μὲν ἄνω κάτω, τὰ δὲ κάτω ἄνω· αἱ γὰρ ῥίζαι τοῖς φυτοῖς στόματος καὶ κεφαλῆς ἔχουσι δύναμιν. τὸ δὲ σπέρμα τοὐναντίον· ἄνω γὰρ καὶ ἐπ' ἄκροις γίνεται τοῖς πτόρθοις. In quo Linnaei dicti in mentem venit, plantam esse animal inversum.

§ 7. 412b 6. Simplic. fol. 25 a. Ἀκριβέστερον ἐν τῇ μετὰ τὰ φυσικὰ διήρθρωται, ἅπαν μὲν τὸ ὂν πάντως εἶναι καὶ ἓν (cf. metaph. Γ, 2. 1004a 23), ἀλλὰ τὸ μὲν εἶδος καὶ ὂν καὶ ἓν πρώτως καὶ καθ' αὑτὸ ὑπάρχον. τὸ γὰρ σύνθετον κατὰ τὸ εἶδος. ὡς γὰρ τοῦ εἶναι, οὕτω καὶ τοῦ ἑνὶ εἶναι τὸ εἶδος τῷ συνθέτῳ αἴτιον ἐπὶ πάντων μὲν ὡς τὸ καθ' ὅ, ἐπὶ δὲ τῶν ἐμψύχων καὶ ὡς τὸ ὑφ' οὗ.

Philoponus ad h. l. οἴκοθεν ἔχουσιν τὴν ἕνωσιν. ὡς γὰρ εἴπομεν, ὅταν τὸ μὲν ὕλη ᾖ, τὸ δὲ εἶδος, αὐτὴ ἡ τῆς ὕλης ἐπιτηδειότης εὐθὺς τὴν τοῦ εἴδους δέχεται τελειότητα μηδενὸς προσδεηθεῖσα μέσου.

Quotuplici ratione unum dicatur, cf. metaph. Δ, 6. 1015b 16; Z, 4. 1030b 9; I, 1. 1052a 15. Ἐντελέχεια ita ad δύναμιν suam relata est, ut haec sine illa, nec vero illa sine hac esse possit. Quare si animus corporis est perfectio, a corpore

abesse non potest. Ita et forma se habet, ad quam ἐντελεχείας vis prope accedit; ipsi enim materia substernatur necesse est.

412b 9. τὸ κυρίως ἓν καὶ ὂν ἐντελέχεια] summa est enim perfectio.

κυρίως, proprie. Cf. top. VIII, 3. 158b 8. τῶν δὲ ὅρων δυσεπιχειρητότατοι πάντων εἰσίν, ὅσοι κέχρηνται τοιούτοις ὀνόμασιν, ἃ πρῶτον μὲν ἄδηλά ἐστιν εἴτε ἁπλῶς εἴτε πολλαχῶς λέγεται, πρὸς δὲ τούτοις μηδὲ γνώριμα, πότερον κυρίως ἢ κατὰ μεταφορὰν ὑπὸ τοῦ ὁρισαμένου λέγεται (i. e. proprie an translate).

§ 8. 412b 9. Universe igitur, quid sit anima, dictum est. Itaque si substantia est (οὐσία) ratione et notione definita, ad certum quoddam corporis genus pertinens, res exemplo illustrari potest. Si securis vel aliud instrumentum naturale esset corpus, in quod anima caderet: secandi et feriendi vis, quae coniuncta securis naturam continet (τὸ πελέκει εἶναι), eius anima dici posset, qua separata nihil nisi securis nomen superesset. Sed securis ratio non congruit (νῦν δ' ἐστὶ πέλεκυς), quippe quae animam non admittat; neque enim naturale corpus est, quod movendi et quiescendi principium in se repositum habet.

412b 10. οὐσία ἡ κατὰ τὸν λόγον, τὸ τί ἦν εἶναι, τὸ πελέκει εἶναι] cf. quae scripsimus in Museo Rhenano II, 4. 1828. p. 457 sqq. et ad librum de an. I, 1. § 2, III, 4. § 7. 8. Ex quibus patebit, τὸ τί ἦν εἶναι eam esse notionem et rationem, qua res et causa constituatur, a materia revocatam [1]) et ita rei cardinem in se continentem, ut rei naturam creasse videatur. Cui forma τὸ πελέκει εἶναι respondet i. e. securis a certa materiae specie abstracta, notione et ratione concepta; v. exempla ad III, 4. § 7. 8.

412b 12. [ἦν μὲν γὰρ ἂν κτλ., ed. pr. ἦν γὰρ ἄν.] μὲν a codd. E et y traditum, a perspicuitate commendatur, ut, quod sequitur, νῦν δέ, quo clarius referatur habeat; Bekkerus hoc μὲν codicis E non viderat.]

---

1) [Cf. Trdlbg. Gesch. d. Kateg. 41: „Wenn vom τί ἦν εἶναι der Axt die Rede ist, inwiefern die Form derselben, der mit einem Hebelarm versehene Keil eines solchen Stoffes durch den Zweck, mittelst eines Hiebes zu schneiden, bedingt ist: so ist darin das τί ἦν εἶναι nur im Verhältniss zur Materie gedacht. — Das τί ἦν εἶναι ist aber immer von der Materie verschieden (metaph. Z, 17. 1041b 17. ἕτερόν τι) und ist als Form theils Ausdruck eines Zweckes, wie in den Werken der Kunst oder der hervorbringenden organischen Natur, theils nur Erzeugniss einer wirkenden Ursache."]

412b 14. ἀλλ' ἢ ὁμωνύμως] Cf. quae de constanti homonymorum et synonymorum apud Aristotelem discrimine scripsimus in libello: Platonis de ideis et numeris doctrina ex Aristotele illustrata p. 33. Aristoteles in categor. I. in hanc sententiam definit: synonyma et idem vocari et idem esse (κατὰ τὴν οὐσίαν), homonyma (quasi aequivoca) eodem nomine vocari, re diversa esse. ὁμώνυμα λέγεται, ὧν ὄνομα μόνον κοινόν· ὁ δὲ κατὰ τοὔνομα λόγος τῆς οὐσίας ἕτερος. Συνώνυμα δὲ λέγεται, ὧν τό τε ὄνομα κοινὸν καὶ ὁ κατὰ τοὔνομα λόγος τῆς οὐσίας ὁ αὐτός. [Cf. Bz. ind. Ar. 514a 25 sqq., ὁμωνύμως hac significatione iam a Platone usurpatur. Phileb. p. 57 B.] Dandinus de corpore animato p. 688. inter homonyma et synonyma media statuit analoga; cuius sententiae testimonium affert phys. VII, 4. 249a 23. εἰσί τε τῶν ὁμωνυμιῶν αἱ μὲν πολὺ ἀπέχουσαι, αἱ δέ τινα ὁμοιότητα ἔχουσαι, αἱ δὲ ἐγγὺς ἢ γένει ἢ ἀναλογίᾳ. διὸ οὐ δοκοῦσιν ὁμωνυμίαι εἶναι οὖσαι. Sed de eiusmodi medio inter homonyma et synonyma interiecto loco ipsi nihil inest.

412b 15. νῦν δ' ἐστὶ πέλεκυς] [νῦν δ' οὐκ ἔστιν emendat Torstrikius eiecto vocabulo πέλεκυς. At non opus est coniectura, modo πέλεκυς vocis accentu ita signetur, ut contrarium h. e. σῶμα φυσικὸν δυνάμει ζωὴν ἔχον, quod praecessit, excludi indicetur. Ita negatio, quam expressit coniectura, per se satis clara est.] Frequentem observes apud Aristotelem coniunctionis νῦν δὲ usum. Ita enim adhibetur, ut conditionem, quae antecedit, tollat. Sic hoc loco in securim animam cadere positum erat, qua conditione res explanabatur. At vero a re, quae ad illustrandum fingebatur, ad rem, quae vere est, reditur; in quo coniunctionis νῦν δὲ officium positum est, ut tollendi et adversandi vim consequatur. Opponit enim quasi praesentem (νῦν) rei rationem conditioni, quae esse posse cogitabatur. Sed invaluit usus apud Aristotelem, ut hac particula subita quadam brevitate oratio praecidi soleat. Cf. exempla in his ipsis libris I, 4. 408b 20., II, 11. 423a 10., III, 1. 425b 9., III, 4. 429a 27. [Bz. ind. Ar. 492a 60. Simili modo νῦν δὲ apud alios, velut apud Herodot. III, 25, Soph. Oed. tyr. 1511, nunc apud Tacitum (annal. II, 71) cf. Trdlbg. el. log. Ar. § 63. p. 156.]

412b 17. ἀρχὴν κινήσεως καὶ στάσεως ἐν ἑαυτῷ] Ab Alex. Aphrod. ἀπ. κ. λύσ. Β, κε΄. p. 144, l. 7. Sp. de iis quae adduntur τοῦ ἔχοντος ἀρχὴν κινήσεως καὶ στάσεως ἐν αὐτῷ quaeritur, utrum ad unumquodque φυσικὸν definiendum adiciatur an ad id solum corpus pertineat, cuius anima sit. Quorum hoc tenendum est.

§ 9. 412^b 17. A re corporea ad sensus vim, a sensu ad universum animum similitudo traducitur. Sicut securis, amissa ea secandi vi, qua securis continetur, nihil nisi nomen commune habet, sicut visus oculi quasi est anima, qua sublata oculi tantum umbra relinquitur: eiusmodi est corporis et animi inter se ratio.

412^b 21. *πλὴν ὁμωνύμως*] de gen. an. II, 1. 735^a 5. *πότερον δ' ἔχει ψυχὴν τὸ σπέρμα ἢ οὔ; ὁ αὐτὸς λόγος καὶ περὶ τῶν μορίων. οὔτε γὰρ ψυχὴ ἐν ἄλλῳ οὐδεμία ἔσται, πλὴν ἐν ἐκείνῳ οὗ γ' ἐστίν, οὔτε μόριον ἔσται μὴ μετέχον, ἀλλ' ἢ ὁμωνύμως ὥσπερ τεθνεῶτος ὀφθαλμός. δῆλον οὖν ὅτι καὶ ἔχει καὶ ἔστι δυνάμει.*

412^b 23. *ὡς τὸ μέρος πρὸς τὸ μέρος*] ut singula sensuum instrumenta ad suam sentiendi facultatem se habent.

§ 10. 412^b 25. Ita igitur animus cum corpore coniunctus est, ut in illis exemplis vitae quasi notio materiae innata.

Ita vero utrumque coaluit, ita animi vis corpori primitus insita, utrumque ab externa quadam inter se compositione adeo remotum, ut amissa vis reddi nequeat, ac si evanuit, *δύναμις* ipsa evanuerit. Tamdiu corpus animi *δύναμις*, quamdiu segregata non sunt, ut semel mortuum in vitam revocari nequeat.

Tractatur locus ab Alex. Aphrodis. *ἀπ. κ. λύσ. B*, 25, p. 144 Sp.

§ 11. 412^b 27. Redit Aristoteles ad id discrimen, quod in *ἐντελεχείᾳ* statuerat, ut ipsis exemplis in medium allatis illustret. Sicut *ὅρασις* ab *ὄψει*, i. e. videndi actio a videndi facultate differt, ita et animus agens ab animo facultatum potenti (*ἐγρήγορσις* atque *ὕπνος*, *θεωρία* atque *ἐπιστήμη*).

Quod *ὄψις δύναμις τοῦ ὀργάνου* dicitur, quod exposuimus, confirmat, in ipsa *ἐντελεχείᾳ* primam *ἐντελέχειαν* tanquam alterius *δύναμιν* poni.

413^a 1. *ὡς δ' ἡ ὄψις καὶ ἡ δύναμις τοῦ ὀργάνου, ἡ ψυχή*] Comparatio adeo abscissa est, ut Aristotelio scribendi generi vix tantum largiaris. Ita enim scriptum est, quasi *ἡ ψυχὴ* ad *ἐγρήγορσιν* non pertineret, id quod universi capitis ratione confutatur. Pertinet quidem, sed alter est gradus; nunc in eo subsistitur, ut *ψυχὴ* tanquam *ἡ πρώτη ἐντελέχεια* exemplo significetur.

§ 12. 413^a 4. Haec ad immortalitatis quaestionem spectant. Hanc Aristoteles si ab una parte tollere videtur, ab altera tuetur. Iam enim praeparat *νοῦν χωριστόν*. cf. I, 4. 408^b 24; II, 2. 413^b 24. Quod si animus partes admittit, aliae ad corpus pertinent neque hae a corpore separari possunt, aliae cor-

porei alicuius non sunt ἐντελέχειαι, eaeque, quae summam mentem constituunt. Ita iam hoc loco cavet, ut postea νοῦν a communi corporis interitu defendere possit.

413ª 5. [ἐνίων γὰρ ἡ ἐντελέχεια τῶν μερῶν ἐστιν αὐτῶν. — Entelechia ad aliquas ipsas corporis partes pertinet, sicut anima sentiens instrumentorum sensuum est entelechia.]

§ 13. 413ª 8. Si animus sic esset corporis ἐντελέχεια, ut nauta navis (sola enim gubernatoris opera efficitur, ut navis id agat, cuius causa facta est): animus a corpore separari posset salvus; qui enim navem regit, extrinsecus accedit, ut etiam discedere possit.

[413ª 9. τύπῳ μὲν οὖν. — „Aristoteles notiones priusquam pertractat, ὡς τύπῳ describere solet. Sicut enim ὑπογραφὴ prima lineamenta dicuntur, quibus pictores figuras adumbrant, ita τύπος apud statuarios prima operis species, quam ex argilla informare solent (cf. Muret. ad eth. Nic. I, 1). Ita Plinius h. n. XXXV. 12, 43. „umbram ex facie eius ad lucernam in pariete lineis circumscripsit; quibus pater eius impressa argilla typum fecit." Unde si τύπον ad notiones definiendas transtuleris, certa intellegentur, etsi prima et rudia, determinandi initia. Gell. I, 25. Qui frequens apud Aristotelem usus; cf. eth. Nic. II, 7. 1107ᵇ 14. νῦν μὲν οὖν τύπῳ καὶ ἐπὶ κεφαλαίῳ λέγομεν. hist. an. I, 6. 491ª 7. ὡς ἐν τύπω, γεύματος χάριν περὶ ὧν καὶ ὅσα θεωρητέον. metaph. Z, 2. 1028ᵇ 31. σκεπτέον ὑποτυπωσαμένοις τὴν οὐσίαν πρῶτον τί ἐστιν. eth. Nic. I, 7. 1098ª 21. δεῖ γὰρ ἴσως ὑποτυπῶσαι πρῶτον, εἶθ' ὕστερον ἀναγράψαι. Inde etiam ὑποτύπωσις, velut in Sexti Empirici libri inscriptione adumbratio et institutio brevis, quae ὡς ἐν τύπῳ fit, et accuratiori uberiorique tractationi opponitur." Trdlbg. el. log. Ar. p. 50.]

Cap. 2.

Universa animae definitio in animae facultatibus tanquam in notionis partibus et causis pertractatur, via autem priori capiti opposita (πάλιν) ad eandem definitionem reducit (§ 12). Eodem modo quaesivit definitionem naturae. phys. II, 1.

§ 1. 413ª 11. ἐπεὶ δ' ἐκ τῶν ἀσαφῶν μὲν φανερωτέρων δὲ γίγνεται τὸ σαφές [1]) κτλ.] Sententia Aristotelia per omnes fere libros fusa. τὸ σαφὲς i. e. τὸ σαφὲς ἁπλῶς, quatenus ratione et causa cognitum est; τὰ φανερώ-

---

1) [Cf. in Platonis rep. VI. p. 511 E. idearum σαφήνειαν. Trdlbg.]

τερα, quae communi sensu percepta tanquam vera accipiuntur. Ad Aristotelis rationem penitus cognoscendam cf. top. VI, 4. 141ᵇ 5. *ἁπλῶς μὲν οὖν γνωριμώτερον τὸ πρότερον τοῦ ὑστέρου, οἷον στιγμὴ γραμμῆς καὶ γραμμὴ ἐπιπέδου καὶ ἐπίπεδον στερεοῦ, καθάπερ καὶ μονὰς ἀριθμοῦ· πρότερον γὰρ καὶ ἀρχὴ παντὸς ἀριθμοῦ. ὁμοίως δὲ καὶ στοιχεῖον συλλαβῆς. ἡμῖν δ' ἀνάπαλιν ἐνίοτε συμβαίνει· μάλιστα γὰρ τὸ στερεὸν ὑπὸ τὴν αἴσθησιν πίπτει, τὸ δ' ἐπίπεδον μᾶλλον τῆς γραμμῆς, γραμμὴ δὲ σημείου μᾶλλον. οἱ πολλοὶ γὰρ τὰ τοιαῦτα προγνωρίζουσιν· τὰ μὲν γὰρ τῆς τυχούσης τὰ δ' ἀκριβοῦς καὶ περιττῆς διανοίας καταμαθεῖν ἐστιν.* Quae sub sensus cadunt velut corpora et nobis sensuum quasi iudicio persuadentur: ea a nobis quidem propiora sunt et faciliora cognitu. Quae tanquam principia et causae magis recondita sunt, velut, punctum, ex quo moto lineam gignas, ipsa linea magis latet: ea per se, si rei naturam spectes, graviora sunt cognitu. Illa omnes notitia quadam praecipiunt; haec subtiliori demum scientia comprehenduntur. Analyt. post. I, 2. 71ᵇ 34. *πρότερα δ' ἐστὶ καὶ γνωριμώτερα διχῶς· οὐ γὰρ ταὐτὸν πρότερον τῇ φύσει καὶ πρὸς ἡμᾶς πρότερον, οὐδὲ γνωριμώτερον καὶ ἡμῖν γνωριμώτερον. λέγω δὲ πρὸς ἡμᾶς μὲν πρότερα καὶ γνωριμώτερα τὰ ἐγγύτερον τῆς αἰσθήσεως, ἁπλῶς δὲ πρότερα καὶ γνωριμώτερα τὰ πορρώτερον. ἔστι δὲ πορρωτάτω μὲν τὰ καθόλου μάλιστα, ἐγγυτάτω δὲ τὰ καθ' ἕκαστα.* Quo quid magis universa notione genus complectitur, eo magis ab iis remotum est, quorum, quoniam in oculos incurrunt, cognitio in promptu est. Illud autem universum, quo rei ratio et lex continetur, sicut ultimum in cognoscendo, ita gignendi principium est. Ita si universa ad ea reiciuntur, quae cognitu et per se graviora et nobis difficiliora sunt, verbis quidem pugnant, quae leguntur phys. I, 1. 184ª 18. *οὐ ταὐτὰ ἡμῖν τε γνώριμα καὶ ἁπλῶς. διόπερ ἀνάγκη τὸν τρόπον τοῦτον προάγειν ἐκ τῶν ἀσαφεστέρων μὲν τῇ φύσει, ἡμῖν δὲ σαφεστέρων ἐπὶ τὰ σαφέστερα τῇ φύσει καὶ γνωριμώτερα. ἔστι δ' ἡμῖν πρῶτον δῆλα καὶ σαφῆ τὰ συγκεχυμένα μᾶλλον· ὕστερον δ' ἐκ τούτων γίνεται γνώριμα τὰ στοιχεῖα καὶ αἱ ἀρχαὶ διαιροῦσι ταῦτα. διὸ ἐκ τῶν καθόλου ἐπὶ τὰ καθ' ἕκαστα δεῖ προϊέναι. τὸ γὰρ ὅλον κατὰ τὴν αἴσθησιν γνωριμώτερον, τὸ δὲ καθόλου ὅλον τί ἐστιν· πολλὰ γὰρ περιλαμβάνει ὡς μέρη τὸ καθόλου. πέπονθε δὲ ταὐτὸ τοῦτο τρόπον τινὰ καὶ τὰ ὀνόματα πρὸς τὸν λόγον· ὅλον γάρ τι καὶ ἀδιορίστως σημαίνει, οἷον ὁ κύκλος· ὁ δὲ ὁρισμὸς αὐτοῦ διαιρεῖ εἰς τὰ καθ' ἕκαστα.* Ex his universa a nobis propiora, singula vero remotiora esse

videantur, id quod priori loco repugnaret. Revera autem utriusque loci pax et concordia est. Illic de ratione cognoscenda, hic magis de re percipienda agitur; illic de universa lege, cui singula quaeque eaque innumera subiciuntur; hic de tota aliqua re, quae facilius occurrit, quam eius partes et notae; illic de eo, quod vere universum dicitur, hic de eo, quod magis indefinitum, quam universum est, unde fit, ut *συγκεχυμένον* et *ἀδιόριστον*, quod a vera notione generali et universa abest, immisceatur. Ceterum sententia, de qua agimus, legitur ethic. Nicom. I, 2. 1095^b 2. *ἀρκτέον μὲν γὰρ ἀπὸ τῶν γνωρίμων· ταῦτα δὲ διττῶς. τὰ μὲν γὰρ ἡμῖν, τὰ δὲ ἁπλῶς· ἴσως οὖν ἡμῖν γε ἀρκτέον ἀπὸ τῶν ἡμῖν γνωρίμων.* — 6. *ἀρχὴ γὰρ τὸ ὅτι· καὶ εἰ τοῦτο φαίνοιτο ἀρκούντως, οὐδὲν προσδεήσει τοῦ διότι.* metaphys. Z, 4. 1029^b 4. *ἡ γὰρ μάθησις οὕτω γίνεται πᾶσι διὰ τῶν ἧττον γνωρίμων φύσει εἰς τὰ γνώριμα μᾶλλον· καὶ τοῦτο ἔργον ἐστὶν ὥσπερ ἐν ταῖς πράξεσι τὸ ποιῆσαι ἐκ τῶν ἑκάστῳ ἀγαθῶν τὰ ὅλως ἀγαθὰ ἑκάστῳ ἀγαθά, οὕτως ἐκ τῶν αὑτῷ γνωριμωτέρων τὰ τῇ φύσει γνώριμα αὑτῷ γνώριμα· τὰ δ' ἑκάστοις γνώριμα καὶ πρῶτα πολλάκις ἠρέμα ἐστὶ γνώριμα, καὶ μικρὸν ἢ οὐθὲν ἔχει τοῦ ὄντος.* analyt. prior. II, 23. 68^b 35. *φύσει μὲν οὖν πρότερος καὶ γνωριμώτερος ὁ διὰ τοῦ μέσου συλλογισμός. ἡμῖν δὲ ἐναργέστερος ὁ διὰ τῆς ἐπαγωγῆς.* Quod, si recte perceperis, eodem redit. Conclusio, quae ex universis singula quaeque depromit, natura prior esse dicitur, inductio, quae singula in universam notionem colligit, nobis clarior. Cuius rei haec est ratio. Naturae universa lex subest, ut ex hac singula quaeque gignantur, humana vero mens a singulis, quae oculis subiecta sunt, profecta postremo demum ad hanc legem tanquam universum fontem pervenit, singula in communem notionem coniungens. Haec omnia ad locum nostrum collata hanc definiunt sententiam. Ut omnino a singulis, quae a nobis sunt proxima, ad universa, in quibus causa et ratio inest, cognitio procedit: ita etiam e singulis facultatibus definitio proposita demonstrabitur.

413^a 13. *οὐ γὰρ μόνον τὸ ὅτι δεῖ τὸν ὁριστικὸν λόγον δηλοῦν — — ἀλλὰ καὶ τὴν αἰτίαν ἐνυπάρχειν*] [Locus illustratus est in Trdlbg. el. log. Ar. § 63. p. 154 et in libello: Erläuterungen. 17.] *τὸ ὅτι* i. e. rem esse et quid res sit, constanter opponitur *τῷ διότι*, cur [1]) res sit. Analyt. post.

1) [„*διότι* si in hoc usu latine reddi solet „cur", in angustias cogitur. Neque enim solum, ut e positis Aristotelis exemplis (anal. post. II, 1. 89^b 23 sqq.) apparet, agendi spectat consilium et finem, in quo

II, 8. 93ᵃ 17. τὸ διότι ζητοῦμεν ἔχοντες τὸ ὅτι, ἐνίοτε δὲ καὶ ἅμα δῆλα γίγνεται, ἀλλ' οὔτι πρότερόν γε τὸ διότι δυνατὸν γνωρίσαι τοῦ ὅτι, δῆλον ὅτι ὁμοίως καὶ τὸ τί ἦν εἶναι οὐκ ἄνευ τοῦ ὅτι ἐστίν. cf. analyt. post. II, 1. 2. 39ᵇ 29, 39. Ex analyt. post. II. 10. 94ᵃ 11 depromimus, quod definitionis rationem propius spectat: ἔστιν ἄρα ὁρισμός, εἷς μὲν λόγος τοῦ τί ἐστιν ἀναπόδεικτος, εἷς δὲ συλλογισμὸς τοῦ τί ἐστι πτώσει διαφέρων τῆς ἀποδείξεως· τρίτος δὲ τῆς τοῦ τί ἐστιν ἀποδείξεως συμπέρασμα. cf. analyt. I, 8. 75ᵇ 31. ὁ ὁρισμὸς ἢ ἀρχὴ ἀποδείξεως ἢ ἀπόδειξις θέσει διαφέρουσα ἢ συμπέρασμά τι ἀποδείξεως. Ab eo, quod est, ad id, in quo eius causa ponitur, progrediendum est. Quid autem est, quod definitionem, in qua alioqui rei quidem notae significantur, sed causa, unde fiat, omittitur, συμπέρασμα i. e. conclusionem (a terminis, πέρασι, coniungendis dictam. cf. vocis συμπεραίνειν usum phys. I, 3. 186ᵃ 24) esse voluerit? Quod ut penitus intellegatur, quae ad ea, in analyticis posterioribus (II, 3—II, 10) de demonstrationis et definitionis cognatione allata sunt, redeundum est. Ibi, an definitio demonstratione concludi possit, accurate quaeritur. Hoc demum statuitur, esse definitiones (ὁρισμούς) demonstrationis (ἀποδείξεως) expertes, esse contra, quae demonstratione contineantur. Illas eas esse notiones, quae ad se solas relatae alia re tanquam causa non indigeant, velut si quaesiveris, quid sit monas, quid anima. Has vero eas esse, ubi medium quid tanquam causa interponitur, ut hoc demum, quid sint, percipi possint.[1]) Ubi medium aliquid interiacet, quod definitionis partes coniungat, conclusio locum habet. ὁ μὲν γὰρ συλλογισμὸς τὶ κατά τινος δείκνυσι διὰ τοῦ μέσου. In quo duo discernenda sunt, et quidem, ut scholasticorum voce utamur, ratio cognoscendi et ratio essendi. Ubi causa, qua quid fit, investigata est, conclusionis naturam reliqueris. Quomodo ratio, qua quid cognoscitur, medius sit terminus, quo definitio componatur, ex Aristotelis exemplo (analyt. post. II, 8.

---

quidem „cur" versatur, sed etiam causam, ex qua tanquam efficiente res nascitur, ita ut duplicem vim complectatur nec minus „unde" quam „cur" intellegi debeat. Διότι utrumque continet, ut ipsum causae genus definitum non sit, ὅτι, die Thatsache der Erscheinung, διότι der hervorbringende Grund." Trdlbg. el. log. Ar. § 15. p. 81.]

1) Cf. II, 8. 93ᵃ 9. εἷς μὲν δὴ τρόπος ἂν εἴη ὁ νῦν ἐξητασμένος τὸ δι' ἄλλου τὸ τί ἐστι δείκνυσθαι. II, 9. 93ᵇ 26. τῶν δ' ἐχόντων μέσον καὶ ὧν ἐστί τι ἕτερον αἴτιον τῆς οὐσίας ἐστὶ δι' ἀποδείξεως, ὥσπερ εἴπομεν, δηλῶσαι, μὴ τὸ τί ἐστιν ἀποδεικνύντας. Quocum conferas exempla, quae capite nono leguntur.

93ᵃ 37) optime apparebit. Quid est eclipsis? Si responderis, lucis privatio, conclusionem feceris, in hunc quidem modum: *σελήνη Γ, ἔκλειψις Α, τὸ πανσελήνου σκιὰν μὴ δύνασθαι ποιεῖν μηδενὸς ἡμῶν μεταξὺ ὄντος φανεροῦ, ἐφ' οὗ Β* (*B.* i. e. terminus medius; quae hunc terminum constituit, ratio est, ex qua lucem defecisse cognoscas). *τούτῳ δὲ τὸ Α τὸ ἐκλελοιπέναι, ὅτι μὲν ἐκλείπει δῆλον. διότι δ' οὔπω, καὶ ὅτι μὲν ἔκλειψίς ἐστιν, ἴσμεν· τί δέ ἐστιν οὐκ ἴσμεν.* (i. e. quid sit, nescimus, quatenus quidem per causas scire id demum est vere scire) *δήλου δ' ὄντος ὅτι τὸ Α τῷ Γ ὑπάρχει, ἀλλὰ διὰ τί ὑπάρχει, τὸ ζητεῖν τὸ Β τί ἐστιν, πότερον ἀντίφραξις ἢ στροφὴ τῆς σελήνης ἢ ἀπόσβεσις τοῦ φωτός· τοῦτο δ' ἐστὶν ὁ λόγος τοῦ ἑτέρου ἄκρου, οἷον ἐν τούτοις τοῦ Α· ἔστι γὰρ ἡ ἔκλειψις ἀντίφραξις ὑπὸ γῆς.* Haec igitur causa, ex qua lunae defectus nascitur, a conclusione ipsa aliena. Eodem modo, si, quid sit tonitru, quaeritur, definitio exsistit; esse strepitum in aëre, quo unde fiat dictum non est. De hac ipsa vero definitione Aristoteles adicit (II, 10. 94ᵃ 7): *ἔτι ἔστιν ὅρος βροντῆς ψόφος ἐν νέφεσι· τοῦτο δ' ἐστὶ τῆς τοῦ τί ἐστιν ἀποδείξεως συμπέρασμα.* Haec si in nostrum locum contuleris, plane similia invenies. Ad illius, quod ex Aristotele petivimus, exempli similitudinem terminos ita fere componamus. Quadratura a. figurae c. Inter quas medius terminus aequalitas planorum e mensura cognita (ratio cognoscendi). Itaque conclusio qualis data est, esse confectionem figurae laterum aequalium angulorumque rectorum aequalis altera ex parte longiori figurae.

Philoponus G. fol. 5 b. *τὴν δὲ λέξιν ὁ μὲν Ἀλέξανδρος οὕτω καθίστησι· νῦν δὲ ὥσπερ συμπεράσματα οἱ λόγοι ἀντὶ τοῦ οἱ ὁρισμοὶ τῶν ὅρων εἰσίν, ἀντὶ τοῦ τῶν συλλογισμῶν. ὅρους δ' ἐκάλεσε τοὺς συλλογισμοὺς διότι ἐκ τῶν ὅρων οἱ συλλογισμοί. καὶ ἄλλως δὲ ὥσπερ συμπεράσματα τῶν λόγων, τοῦτ' ἔστι τῶν συλλογισμῶν οἱ ὅροι εἰσὶν ἀντὶ τοῦ οἱ ὁρισμοί, ἵνα τὰς πτώσεις ἐναλλὰξ ποιήσωμεν καὶ τὴν μὲν γενικὴν τῷ λόγῳ ἀποδῶμεν, τὴν δ' εὐθεῖαν τῷ ὅρῳ. Ἁπλούστερον δὲ οἱ Ἀττικοὶ ἐξηγηταὶ καὶ προσφυέστερόν φασιν οἱ λόγοι τῶν ὅρων ἀντὶ τοῦ οἱ λόγοι τῶν ὁρισμῶν τοῦτ' ἔστιν οἱ προφορικοὶ λόγοι, δι' ὧν τοὺς ὁρισμοὺς τῶν πραγμάτων ἀποδίδομεν.*

413ᵃ 15. [ex addendis editionis prioris. *νῦν δ' ὥσπερ συμπεράσμαθ' οἱ λόγοι τῶν ὅρων εἰσιν.* — Aristoteles causam, quam definitioni inesse vult, termino medio comparat (analyt. post. II, 11. 12. 94ᵃ 20). Efficit enim terminus medius,

ut extrema, quae per se distant, coëant. Haec inter se coniuncta pronunciat *συμπέρασμα* h. e. conclusio, tertia enunciatio e praemissis, quae dicuntur, contracta. Definitio, qualis esse debet, ita universi syllogismi similis est, ut causam tanquam terminum medium contineat; definitio vero, qualis esse solet (*νῦν δὲ*), nihil est nisi merum *συμπέρασμα* h. e. conclusio, termino medio omisso. Sic ubi tonitru aëris strepitus definitur, *συμπέρασμα* est, quo extrema quidem (*τὰ ἄκρα*) strepitus et aër coniunguntur, medium vero (*τὸ μέσον*) i. e. causa, qua strepitus in aërem incidit, neglegitur. Si quadratum aequo rectangulo laterum diversorum comparaveris, quadraturae definitio *συμπέρασμα* est, quippe quae causa tanquam termino medio nitatur, causam vero ipsam sileat, ita ut, quod concludendo efficitur (*συμπέρασμα*), nec tamen quomodo efficiatur, definitione comprehendatur. In tonitru exponendo si adieceris aëris esse strepitum, quia ignis exstinguitur, in quadratura diversas esse figuras exaequatas, media proportionali interposita, iam *συμπέρασμα* in universi syllogismi similitudinem abibit; causa enim addita est tanquam terminus medius. Ita quidem loci sententia et per se minus artificiosa et ad analyticorum doctrinam accommodatior.]

413ª 19. *τετραγωνισμὸς*] metaph. *B*, 2. 996ᵇ 19. *ἔτι δὲ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις τὸ εἰδέναι ἕκαστον καὶ ὧν ἀποδείξεις εἰσὶ τότ' οἰόμεθα ὑπάρχειν, ὅταν εἰδῶμεν τί ἐστιν, οἷον τί ἐστι τὸ τετραγωνίζειν, ὅτι μέσης εὕρεσις.*

Si quadratura id definitur, quo rectangulum lateribus inaequalibus ad quadratum redigitur: est quidem definitio, sed descriptioni similior, in qua, et an fieri possit et quomodo fiat, siletur. Sin autem quadraturae definitio ad inveniendam mediam proportionalem revocatur: iam definitio non tam describit quam explicat. Etenim si inter duas lineas, quae rectangulum constituunt, mediam proportionalem sive numero inveneris sive figura construxeris: ecce quadrati, quod quaeris, latus.

§ 2. 413ª 24. *ἔτι κίνησις ἡ κατὰ τροφὴν καὶ φθίσις τε καὶ αὔξησις.*] Ita Bekkerus. Praestat vulgata: *καὶ φθίσιν τε καὶ αὔξησιν.* Una enim in tribus motio motioni ex loco in locum opposita.

§ 2. 3. Cf. Alex. Aphrodis. *ἀπ? κ. λύσ. B, κζ'* p. 145 Sp. In quibus vita consistat, enumeratur, ut plantis quoque, quoniam crescunt et decrescunt, vita vindicetur. Cf. Arist. de part. an. II, 10. 655ᵇ 33.

413ª 28. *οὐ γὰρ ἄνω μὲν αὔξεται κάτω δ' οὔ, ἀλλ' ὁμοίως κτλ.*] Primum *οὐ γὰρ* ad particulam *ἀλλ' ὁμοίως*

refertur, ut quod interiectum est, una sit enunciatio neque interpunctione disiungi debeat.

413^a 29. *πάντοσε*] ut Bekkerus restituit, nec vero *πάντῃ ὅσα;* neque enim scriptor plantis relictis ad cetera animantia vagatur.

413^a 30. *καὶ ζῇ διὰ τέλους*] continuo, dum alimenta capere possunt. cf. III, 10.

§ 4. 5. 6. 413^a 31 sqq. Gradus percensentur, in quibus vita esse potest; qui ita sunt comparati, ut superior inferiorem postulet tanquam fundamentum, inferior autem sine superiori esse possit. Primus gradus est nutritio, quae plantarum est, secundus sensus, e quibus tactus infimus est et minima vitae conditio, ceteri perfectiores, tertius mens. Praeterea motus, qui una cum sensu exsistit, magnum plantarum et animantium discrimen continet. Hi quidem sunt modi, quibus *ἐντελέχεια* corporis organici cernitur. cf. § 11.

§ 4. 413^b 2. *καὶ γὰρ τὰ μὴ κινούμενα μηδ' ἀλλάττοντα τόπον, ἔχοντα δ' αἴσθησιν ζῷα λέγομεν.*] *τὰ μὴ κινούμενα μηδ' ἀλλάττοντα τόπον* unum et idem significant. Movendi significatio apud Aristotelem multo latius patet, ut ad solam loci mutationem redigere opus fuerit. Polypi, qui respiciuntur, motum quidem habent membrorum, etsi locum non mutant. Atque in ipso sensu aliquis inest motus. Qua ratione Sylburgianam, adiecto quidem *μὲν*, *καὶ γὰρ τὰ μὲν* (omisso *μὴ*) tueri posses, nisi ad codicum auctoritatem facilioris constructionis commendatio accederet.

§ 5. 413^b 4. Ad lectionem haec ex Io. Philopono pertinent: *ὥσπερ δὲ ἀντὶ τοῦ ὥσπερ γάρ. ἔστι γὰρ αἰτιολογικόν.* Io. Phil. G. fol. 6 b.

αἰσθήσεως δὲ πρῶτον ὑπάρχει πᾶσιν ἁφή] cf. de an. II, 3. 414^b 3; III, 12. 434^b 11 sqq.; de sens. 1. 436^b 13 sqq.; de part. an. II, 8. 653^b 23.

§ 6. 413^b 10. Quatuor haec animae officia respici videntur eth. Nic. VI, 13. 1144^a 9. *τοῦ δὲ τετάρτου μορίου τῆς ψυχῆς οὐκ ἔστιν ἀρετὴ τοιαύτη τοῦ θρεπτικοῦ. οὐθὲν γὰρ ἐπ' αὐτῷ πράττειν ἢ μὴ πράττειν.*

§ 7. 413^b 13. Nova instituitur quaestio. Suntne hae verae animi partes, et si sunt, utrum sola cogitatione an loco etiam separari possunt.

§ 8. 413^b 16. Priorem positae quaestionis partem Aristoteles praetermittit; ponit enim esse partes, alteram ita tractat solam, ut in ea locum urgeat. — Ut planta suos habet surculos, qui putantur nec vitam deponunt: ita et, si insecta quaedam divi-

duntur, partes eorum vivere pergunt, ut nec sensum[1]) amittant (cf. I, 5. 411b 14 sqq.).

§ 9. 413b 24. Acute quidem nexus et vinculum significatur, quibus sensus et appetitio iunguntur. Quo loco quod series abrumpitur, mirum est. Eadem enim consecutio tum sensus et imaginationis, tum imaginationis et mentis esse videatur, ut mens sine sensibus, qui res percipiunt, cogitari non possit. Sed mens tanquam nova rerum series a ceteris toto caelo distare videtur. Hanc, ut ab interitu vindicet, cum reliquo animo nihil commune habere patitur, aliud genus esse statuit, idque quodammodo vere. Si humana mens sensu et imaginatione, quibus in cogitando utpote materiam aut signa ministrantibus carere non potest, tanquam fundamento nititur suo: est tamen mens, quae illis prior sit oportet. Et si ad hanc mentem, quoquo modo fit, mens humana accedit: est aliqua cognatio (cf. I, 4. 408b 29). *θεωρία* tanquam divina celebratur metaph. *Λ*, 7. 1072b 24; eth. Nic. *K*, 7. 1177b 30. et aliis ethicorum locis.

Ceterum de lectione haec ex Io. Philop. afferenda sunt (G. fol. 8 a.) *φέρεται δὲ καὶ ἄλλη γραφὴ ᾗ κέχρηται καὶ ὁ Ἀλέξανδρος: ἀλλ' ἔοικε ψυχῆς γένος ἕτερον εἶναι τοῦτο μόνον ἐνδέχεσθαι, κἂν οὕτω δὲ ἢ* (lege *ᾖ*) *τὸ χωριστὸν οὐδὲν ἧττον σημαίνεται· εἰ γὰρ τῶν ἄλλων ἀχωρίστων ὄντων τῆς ψυχῆς μορίων τοῦτο γένος ψυχῆς ἕτερον κτλ.*

§ 10. 413b 27. Reliquae animi partes sola cogitatione disiunguntur.

413b 28. *καθάπερ τινές φασιν*] cf. Plato in republica IV, p. 436—441 et Timaeo (p. 69 sqq.), qui in cerebro *λογιστικόν*, in corde *θυμόν*, in iecore *ἐπιθυμίαν* ponit.

413b 29. *αἰσθητικῷ γὰρ εἶναί καὶ δοξαστικῷ*] qua forma rei natura et notio significatur ab ipsius rei materia revocata, soli animo proposita. cf. ad II, 1. § 8. III, 4. § 7. 8.

---

1) [De lectione cf. Freudenthal, über den Begriff des Wortes *φαντασία* bei Aristoteles (Göttingen 1863), p. 8. de an. II, 2. 413b 22. *εἰ δ' αἴσθησιν, καὶ φαντασίαν καὶ ὄρεξιν* verba *καὶ φαντασίαν* omittit: „Aus den Worten *καὶ φαντασίαν* würde folgen, dass, wie hier die zerschnittenen Theile der Insekten, so alle Thiere, die Wahrnehmung haben, zugleich *φαντασία* besitzen müssten. Dem widersprechen aber viele andere Stellen. 3. 415a 10. *τοῖς μὲν οὐδὲ φαντασία.* III, 3. 428a 9, 22, 24. anal. post. II, 19. 99b 36. metaph. A. 1. 980a 28, und zweifelhaft bleibt es, ob auch nur eine Art von dunkeler *φαντασία* bei niederen Thieren vorhanden sei: de an. II, 3. 414b 16 und III, 11. 434a 4."]

§ 12. 414a 4. Aristoteles id agit, ut quid sit, quod animum formam et actum dicat nec contra corpus, 1) exemplis illustret. Cavendum est, ne ψυχὴ ἐπιστημονική, de qua in exemplo tanquam de scientiae quasi instrumento agitur, cum ψυχῇ confundatur universo vitae principio. Haec quum diversa uno verborum ambitu comprehendantur, turbant 2) quodammodo legentis animum.

Si scimus, id scientia fit et animo scientiae capaci; si valemus, valetudine et corpore, quod valetudinem suscipit. Quae agunt, ea iis insunt, quae magis patiuntur. Ita vivimus tum animo, qui agit, tum corpore harum actionum patienti et capaci.

414a 12. ἡ ψυχὴ δὲ τοῦτο ᾧ ζῶμεν καὶ αἰσθανόμεθα καὶ διανοούμεθα πρώτως.] Cur πρώτως? Philoponus ad id refert, quod omnis forma materia sit prior (πρῶτον). Id si ad tempus pertinet, alienum est neque ad locum

---

1) [Cf. Bz. stud. Ar. II, III. 121: „Die Folgerung (a 14) wird durch drei Prämissen vorbereitet. Die erste spricht eine Thatsache des Sprachgebrauchs aus, nämlich unter ᾧ ἐπιστάμεθα können wir ἐπιστήμη und können ψυχὴ meinen, ebenso unter dem ᾧ ὑγιαίνομεν entweder ὑγίεια oder σῶμα. Die zweite gibt für diesen Sprachgebrauch die Deutung, nämlich durch die erstere der beiden Bedeutungen bezeichnen wir Form und Begriff, durch die andere das aufnehmende Substrat. (Dem μὲν in den Worten ἡ μὲν ἐπιστήμη a 8 entspricht nicht als zweites Glied ἡ ψυχὴ δὲ a 12, wie dies der Sinn deutlich zeigt; sondern das Satzglied ist angefangen, als ob es ungefähr so hätte sollen fortgeführt werden: τούτων δ' ἡ μὲν ἐπιστήμη τε καὶ ἡ ὑγίεια μορφὴ καὶ εἶδός τι καὶ λόγος καὶ οἷον ἐνέργεια, ἡ δὲ ψυχὴ καὶ τὸ σῶμα δεκτικόν, das zweite Glied ist aber dann statt in coordinirter, in subordinirter Form angeschlossen τοῦ δεκτικοῦ a 10). Die dritte Prämisse endlich besagt, dass die Seele es ist, durch welche wir im eigentlichsten und giltigsten Sinne, πρώτως, leben und denken." — Die a 5 überlieferte Lesart λέγομεν δὲ κτλ. könne nicht die Berufung auf die im Sprachgebrauche vorhandene Doppelbedeutung des ἐπίστασθαι enthalten, sondern würde die Erläuterung geben, welche Doppelbedeutung gemeint sei „ich meine nämlich etc." Dann hätte man aber, wie Torstrik treffend bemerkt, nicht λέγομεν, sondern λέγω zu erwarten, λέγω δὲ τὸ μὲν ἐπιστήμην τὸ δὲ ψυχήν. Man könne die von dem Plural deutlich unterschiedene Gebrauchsweise des Singulars λέγω δὲ ersehen aus Stellen wie 17a 39, b 5, 8. 187b 14. 249b 28. 264a 25. 1027b 24. 1147b 24, 29. 1290b 30 etc., so wie aus der bei Ar. gebräuchlichen Formel λέγω δ' οἷον. Z. B. 209a 33, 317a 34, b 26. 1003b 35. Noch leichter und vollständiger habe Vahlen der Stelle Hilfe durch Entfernung des δὲ gebracht.)]

2) [Bz. l. l. 122: „Es bleibt eine unpassende Wahl, als erläuterndes Beispiel in einer Argumentation, durch welche ψυχὴ als εἶδος aufgezeigt werden soll, ein solches zu wählen, in welchem ψυχὴ vielmehr die Stelle des δεκτικὸν einnimmt."]

accommodatum πρώτως. [Referatur ad διχῶς [3]) (414ᵃ 4): quemadmodum scimus et mente et cognitionis vi, atque valemus et corpore, quod suscipit et valetudinis virtute, ita vivitur et corpore, quod conditio est, et anima, qua tanquam vitae veritate corpus ad finem perducitur. Haec apud Platonem ita fere distincta sunt, ut idea (ἐπιστήμη, ὑγίεια) αἴτιον sit, id quod ideam suscipit (δεκτικὸν), συναίτιον.

414ᵃ 13. ὥστε ἀπόδοσις post cumulatam protasin.

§ 13. 414ᵃ 17. ἐπεὶ δὲ τὸ ἐξ ἀμφοῖν.] Deleas δὲ ex auctoritate codicum UVWXy, ut constructio Aristotelis προτάσεις cumulantis sit similior.]

§ 14. 414ᵃ 19. Δύναμις et ἐντελέχεια tanquam mutua relatio artissime inter se coniunctae; et propter hanc intimam necessitudinem non omni omne corpus animae convenit; instrumentum enim consilio respondeat oportet. Quae ratio Pythagoreorum et Aegyptiorum μετεμψύχωσιν refutat (cf. I, 3. 407ᵇ 13 sqq.). Hi enim (Pythagoreos τοὺς πρότερον interpretamur) animum cuilibet corpori aptabant, etsi ne veri quidem speciem habet, a quolibet quodlibet suscipi. Aristoteles id egit imprimis, ut naturae finem et consilium vindicaret, ut tum totum tum partes suum in se habere finem moderatorem et quasi creatorem ostenderet. Sic non prima proxima inter se conflantur, sed suam quodque consilium genuit formam. Quodsi posteri hac τελεολογίᾳ ita abusi sunt, ut finem formis magis aliunde imponerent, quam ex ipsa re peterent: Aristoteles ita tamen de φιλοσοφίᾳ meritus est, ut, quem νοῦν Anaxagoras quasi otiosam machinam reliquisset, singulis rebus ingigneret. Cuius rei egregium exemplum librum de partibus animalium laudamus. Ita νοῦν e vestibulo in ipsos recessus introduxit. Natura, ait, ita comparatum est, ut forma suae et quasi domesticae materiae innasceretur. Ita, ut supra diximus, non extrinsecus δύναμιν et ἐντελέχειαν componit, sed unam cum altera ex eodem germine provocat.

Cap. 3.

Tria hoc capite continentur; primum (§ 1 — 4), quae sit continua facultatum in animo series, qua posteriore priori enasci-

---

3 *) [Cf. Bz. l. l. „Da in dem vorigen für ᾧ ζῶμεν καὶ αἰσθανόμεθα zwei Bedeutungen unterschieden sind, die sich wie εἶδος und ὕλη verhalten, von diesen beiden Momenten aber nach Aristotelischen Principien das εἶδος das Prius und das absolut Erste der Wesenheit nach ist, so ist unzweifelhaft hierauf πρώτως zu beziehen."]

tur; deinde (§ 5—6) figurae comparatio instituitur, ut et universae definitionis et animi inter se facultatum rationes rectius intellegantur, denique (§ 7) qui superior facultas inferiorem postulet nec vero contra requiratur.

§ 3. 414b 9. [*τοῖς δ' ἄλλοις αἰσθητοῖς κατὰ συμβεβηκὸς* (intellege *τρέφεται*) recte scripsit Torstrikius, Sophoniam secutus qui legit *τοῖς δὲ ἄλλοις τῶν αἰσθητῶν*. Libri scripti et impressi habent *τῶν δ' ἄλλων αἰσθητῶν*. To. ita interpretatur in comm. 137: „*τοῖς ἁπτοῖς, οἷσπερ τρέφεται, συμβαίνει ἅμα καὶ ὁρατοῖς ἢ ὀσφραντοῖς εἶναι*. Tangit Pythagoreos quosdam cf. de sensu 5, 445a 16."] — Verba, quae sunt *τῶν δ' ἄλλων αἰσθητῶν* Philoponus legit et duas interpretationes proponit H. fol. 2.: *διττὴν εἰς τοῦτο φέρουσι τὴν ἐξήγησιν. εἰ γὰρ τὴν ἁφήν φησι τῶν ἄλλων αἰσθητῶν κατὰ συμβεβηκὸς ἀντιλαμβάνεσθαι, ἢ τὴν ὄρεξιν, ἀντιλαμβάνεται γὰρ ἡ ἁφὴ πρώτως μὲν καὶ καθ' αὑτῶν θερμῶν ξηρῶν ὑγρῶν ψυχρῶν. αὗται γὰρ τῶν ποιοτήτων ἁπταί. τῶν δὲ ἄλλων εἰ λέγοιτο ἀντιλαμβάνεσθαι κατὰ συμβεβηκὸς δηλονότι. τοῦτο δὲ οὐ μόνον ἐπὶ τῆς ἁφῆς ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων αἰσθήσεων ἁρμόσει λέγειν.* — — — *εἰ μὲν οὖν πρὸς τὴν ἁφὴν ἐκληψόμεθα τὸ τῶν δε ἄλλων αἰσθητῶν κατὰ συμβεβηκός, εἴη ἂν τοῦτο εἰρηκὼς ὥς φησιν ὁ Ἀλέξανδρος, ἤτοι ἐπεί τινες ἐνόμισαν πάσας τὰς αἰσθήσεις ἁφὰς εἶναι καὶ πάντα τὰ αἰσθητὰ ἁπτά, ἐπεὶ δοκεῖ ἁπτομένοις κἀκείνων ἡ ἀντίληψις γίνεσθαι.* — — *τῶν δὲ ἄλλων αἰσθητῶν φησιν ὁ Ἀλέξανδρος κατὰ συμβεβηκὸς τὴν ἁφὴν εἶπεν ἀντιληπτικὴν εἶναι ὅτι τούτων ἐστὶν ἀντιληπτικὴ οἷς ἄλλα συμβέβηκε* — — — Haec prima illa, quae significabatur, interpretatio. *κυριώτερον δὲ τὸ τῶν ἄλλων αἰσθητῶν κατὰ συμβεβηκὸς πρὸς τὴν ἐπιθυμίαν συντακτέον, ἵνα ᾖ ἡ σύνταξις οὕτως. οἷς δὲ ταῦτα καὶ ἐπιθυμία. τοῦ γὰρ ἡδέος ὄρεξις αὕτη, τῶν δὲ ἄλλων αἰσθητῶν κατὰ συμβεβηκός· ὀρέγεται γὰρ ἡ ἐπιθυμία πρώτως δι' ὧν τρέφεται ὑγρῶν καὶ ξηρῶν, θερμῶν καὶ ψυχρῶν, κατὰ συμβεβηκὸς δὲ χυμῶν καὶ χρωμάτων καὶ τῶν ἄλλων αἰσθητῶν*. Sed nulla est *ἐπιθυμίας* grammatica coniunctio cum illis: *τῶν δ' ἄλλων αἰσθητῶν κατὰ συμβεβηκός*.

414b 14. [*ὕστερον* h. e. de Sensu et Sensili, c. 4. (To.)

§ 5. 414b 21. *τὰ ἐφεξῆς* — praeter triangulum et figuras triangulum sequentes et excipientes. *τὰ ἐφεξῆς* enim *τῷ συνεχεῖ* opposita sunt. cf. metaph. *K*, 12. 1068b 31, 35; 1069a 10. Bz. ind. Ar. 304a 32.]

Universae figurarum rationes cum animo componuntur. Ut universa figurae species praeter singulas easque definitas est

nulla [1]): ita nec animi universa species praeter definitas et certas formas, quales sunt plantarum θρεπτική, animalium αἰσθητική, hominis διανοητική.

Quae sequuntur, Aristotelio more adeo in abruptam quandam brevitatem contracta sunt, ut in illo διό, quod ex antecedentibus colligit, ex universo sententiarum nexu rationes cogitatione sint supplendae.

Est communis figurarum notio, cunctis quidem accommodata, propria nulli. Ita si etiam anima se habet, est quidem communis notio, sed non sufficit singulis quibusque rebus intellegendis, ut, neglecta singulari et individua specie, omissa notione ad certam qualitatem redacta, in generali quadam imagine adquiescere ridiculum sit. Res proprias et individuas scientiae esse propositas, iisque sepositis communia non sufficere, e cogitationum nexu, etsi non dictum est, facile divines. Communis notio non tanquam inutilis reicitur; ipsam enim de anima quaesivit et proposuit. Sed sicut propria quasi caeca sunt et sua lege carent, si ad generalia non revocantur: ita communis notio propriis destituta inanis est et exsanguis. Altera ab alteris expetuntur. Utrorumque ius Aristoteles et agnovit et servavit.

414b 27. *ἀφέντας τὸν τοιοῦτον.*] Duplex esse potest interpretatio, ut ὁ τοιοῦτος vel ad ea referatur, quae in antecedentibus exposita sunt i. e. notio ad singula quaeque et individua relata, vel eo sensu accipiatur, quo Aristoteles pronomina solet adhibere, ita quidem, ut categoriis indicandis inserviant. Itaque λόγος ὁ τοιοῦτος, notio ad certam qualitatem redacta. Illud quidem simplicius, sed otiosum: iam enim inest illis: *οὐδὲ κατὰ τὸ οἰκεῖον καὶ ἄτομον εἶδος.*

§ 6. 414b 28. Quemadmodum triangulus, utpote simplicissima figura et omnium prima in reliquis iisque magis excultis ita δυνάμει inesse cognoscitur, ut dividendo construi possit: sic inferiora animae genera in superioribus iisque uberioribus redeunt.

[§ 7. 415a 6. *οὔτ' ὀσμῆς αἴσθησιν* — cod. E Bekkeri in ed. acad. praebet ὅλως ante αἴσθησιν, omittitur in Bekkeri libro manuscripto. cf. Torstrikii commentationem in philologo XII, 516: Die authentica der Berliner Ausgabe des Aristoteles.]

τελευταῖον δὲ καὶ ἐλάχιστα λογισμὸν καὶ διάνοιαν] Homo ultimum vocatur, quod rerum naturae quasi fastigium imponit, ut, homine creato, rerum orbis perfectus

---

1) [Invenitur tamen ea definitio apud Euclidem elem. I. def. 14. σχῆμά ἐστι τὸ ὑπό τινος ἤ τινων ὅρων περιεχόμενον. Trdlbg.]

fuisse videatur. *ἐλάχιστα* Bekk. (quod etiam Philoponus habet), alii *τὸ ἐλάχιστον*, pars universi numero minima.

Lectio *διάνοιαν οἷον ὁ ἄνθρωπος ἤ τι τοιοῦτον ἄλλο ὑπάρχει*, quae est in codd. WEy, e commentatoribus Philopono vel Sophonia nata videtur, in quibus illa non ad Aristotelis textum, sed ad interpretationem trahenda sunt. Philop. H. fol. 4 b. *τελευταῖον — διάνοιαν. οἷον ὁ ἄνθρωπος ἤ τι τοιοῦτον ἄλλο εἶδος ὑπάρχει. ἐλάχιστα δέ φησι λογισμοῦ μετέχει καὶ διανοίας εἰκότως.* Apud Sophoniam, ad utram partem verba pertineant, minus perspicuum est: *τελευταῖον — διάνοιαν, οἷον ἄνθρωπος ἢ εἴθ' ἕτερον τοιοῦτον ὑπάρχει. ἐν οἷς μὲν ὑπάρχει λόγος κτλ.* — 11. *ὁ θεωρητικὸς νοῦς*, quem in alium locum reicit, ab his ita diversus esse videtur, ut haec, quippe quae in finitis rebus versentur, non excludat, sed superet. Est enim ille, a quo nova rerum series oriri videtur, ut divinae menti creatrici cognatus, ipsam aeternitatem adspiret (cf. II, 2. 413b 25; III, 5. 430a 18).

[415a 13. Animadvertas verba, quae sunt *οἰκειότατος λόγος;* hoc enim *λόγῳ* ea pars absolvitur, quae *τῷ κοινοτάτῳ* (c. 2. 3) opposita est.]

Cap. 4.

Aristoteles ad singula quaeque, ne in locis communibus oratio persistat, pergens primum (§ 1), quo potissimum disquisitionem intendi oporteat, exponit, deinde *θρεπτικὴν ψυχήν*, facultatem vegetantem hoc capite tractat (§ 2. § 7—16). Est tamen interiecta aliqua digressio (§ 3—6) universi animi rationes ad logicas categorias revocans, ita tamen, ut animam tanquam nutriendi principium propius spectent.

§ 1. 415a 14. Quaerendi via et ratio ea est, ut facultatibus actiones, actionibus, quae actionibus substrata sunt, cognoscantur priora.

Quod a codd. adicitur, vulgo autem omittitur, *ἢ καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἐπιζητεῖν*, id a Simplicio agnosci videtur. fol. 30 a. *σκέψιν μὲν ἐπιστημονικὴν καλεῖ γνῶσιν· αὕτη γὰρ τὸ εἶδος καὶ τὸ τί ἦν εἶναι νοοῦσα ἐντεῦθεν καὶ τὸ ὁριζόμενον καὶ τὰ καθ' αὑτὸ τούτῳ ὑπάρχοντα ἐπισκοπεῖ. σημαίνει δὲ τὸ μὲν εἶδος τὸ τί ἐστι, τοῖς ἐχομένοις δὲ τὰ ὁριζόμενα, ὡς τοῖς ἄλλοις τὰ ὑπάρχοντα.* Sophonias obscurius: *εἶθ' οὕτω περὶ τῶν ἐχομένων καὶ ἑπομένων συμβεβηκότων αὐτοῖς ἐπισκέψασθαι.*

415ᵃ 19. *πρότεραι γάρ εἰσι τῶν δυνάμεων αἱ ἐνέργειαι καὶ αἱ πράξεις κατὰ τὸν λόγον*] ed. pr. *πρότερον γὰρ κτλ.* Bekkerus non legerat illud *πρότεραι* in codice E, sed *πρότερον*. — Duplex potest esse rationis interpretatio, ut *ἐνέργειαι* aut prius cognosci (*κατὰ τὸν λόγον*) significentur, aut, si quidem rationem et causam consulimus, revera sint priores. Illa vi *λόγος* accipitur, ut philosophi loquuntur, subiective; hac obiective. Illud Themistius, Philoponus, Alexander de anima (I, 8) statuunt; hoc [1]) autem Aristoteliae rationi, qualem de *ἐνεργείᾳ* exposuimus, magis respondet. Illud quidem per se verum. Quid enim? Facultas, si quiescit, quasi mortua est, neque ulla nota cognoscitur; agendo demum, quid sit, ostendit, ut ex actione sola, quid facultas sit, coniciatur. Sed hoc ad *ἐνέργειαν* magis pertinet, et simplici illi: *κατὰ τὸν λόγον* i. e. si rationem sequimur, magis convenit. cf. metaph. *Λ*, 5. 1071ᵃ 36. *ἔτι τὸ πρῶτον ἐντελεχείᾳ. Θ*, 8. 1050ᵇ 2. *φανερὸν ὅτι ἡ οὐσία καὶ τὸ εἶδος ἐνέργειά ἐστι. κατά τε δὴ τοῦτον τὸν λόγον φανερὸν ὅτι πρότερον τῇ οὐσίᾳ ἐνέργεια δυνάμεως. καὶ ὥσπερ εἴπομεν τοῦ χρόνου ἀεὶ προλαμβάνει ἐνέργεια ἑτέρα πρὸ ἑτέρας ἕως τῆς τοῦ ἀεὶ κινοῦντος πρώτως.* Singulas quidem res easque ab universa ratione separatas si mente tenemus: id, quod *δυνάμει* est, i. e. conditio rem ipsam antecedit. De gen. I, 3. 317ᵇ 17. *τὸ γὰρ δυνάμει ὄν, ἐντελεχείᾳ δὲ μὴ ὂν ἀνάγκῃ προϋπάρχειν λεγόμενον ἀμφοτέρως.* Haec quidem, quae naturae necessitatem sequuntur, obici non debent. Est mens, quae finem et actiones prius concipit, quam facultates, et has ad illas temperat. *Ἐνέργεια* ad *δύναμιν* ita relata est, ut minus rem spectet, quae efficitur, quam vim agentem et actionem, quae efficit; *πρᾶξις* ad singulas res, quae efficiuntur, vergit; *ἔργον ὀργάνῳ* respondet et officium est, quo *ὄργανον*, sive quod quasi *ὄργανον* cogitatur, fungitur.

415ᵃ 20. *τὰ ἀντικείμενα* (cf. II, 6, § 1), eae res, quae facultatem vel movent vel ab iis moventur, quae sensibus obiecta sunt. Ita nutrimentum animae vegetanti, res, quae in sensus cadunt, sentienti, quae intelleguntur, menti quasi e regione sunt posita. Met. *Δ*, 9. 1018ᵃ 31. *τὰ δ' ἄλλα ἐναντία λέγεται* (sunt autem *ἀντικείμενα ἐναντία*) *τὰ μὲν τῷ τὰ τοιαῦτα ἔχειν, τὰ δὲ τῷ δεκτικὰ εἶναι τῶν τοιούτων, τὰ δὲ*

1) [Cf. tamen Bz. ind. Ar. 435ᵃ 6. „*λόγῳ πρότερον* vel ita usurpatur, ut distinguatur ab eo, quod est *οὐσίᾳ πρότερον*. metaph. M, 2. 1077ᵇ 1—14. 1078ᵃ 10. I, 3. 1054ᵃ 28 *κτλ.* (cf. de an. II, 4. 415ᵃ 19, ubi Themistii, non Trendelenburgii explicatio probanda est), vel sqq."]

τῷ ποιητικὰ ἢ παθητικὰ εἶναι τῶν τοιούτων ἢ ποιοῦντα ἢ πάσχοντα ἢ ἀποβολαὶ ἢ λήψεις, ἢ ἕξεις ἢ στερήσεις εἶναι τούτων, ea igitur quae sive agentia sive patientia inter se referuntur. *τὰ μετὰ τὰς κατηγορίας ά.: καὶ ἡ ἐπιστήμη δὲ τῷ ἐπιστητῷ ὡς τὰ πρός τι ἀντίκειται.* [Cf. ad I, 1. 402ᵇ 15.]

§ 2. 415ᵃ 23. Animae vegetanti (θρεπτικῇ) duo tribuuntur, primum ut generet, deinde ut nutriendo conservet. [Cf. comm. 131 sq.] Finis proponitur summus et maximus, quem vegetanti anima assequatur natura; id enim agi, ut res aeterni et divini participes fiant; quod cum in singulis quippe quibus fluxis et caducis fieri non possit, naturam hoc in universo genere conservando et propagando ad effectum perducere. Adeo Aristoteles generationi, quae tanquam sui similis eadem ratione continuo repetitur, pulcherrimum consilium subdit, neque e voluptate neque e caduca rerum natura petitum, sed ipsa natura maius. Adeo finita infinitis iungit. Cf. de gen. an. II, 1. 731ᵇ 24. *ἐπεὶ γάρ ἐστι τὰ μὲν ἀΐδια καὶ θειότατα τῶν ὄντων, τὰ δ' ἐνδεχόμενα καὶ εἶναι καὶ μὴ εἶναι, τὸ δὲ καλὸν καὶ τὸ θεῖον αἴτιον ἀεὶ κατὰ τὴν αὐτοῦ φύσιν τοῦ βελτίονος ἐν τοῖς ἐνδεχομένοις, τὸ δὲ μὴ ἀΐδιον ἐνδεχόμενόν ἐστι καὶ εἶναι καὶ μεταλαμβάνειν καὶ τοῦ χείρονος καὶ τοῦ βελτίονος, βέλτιον δὲ ψυχὴ μὲν σώματος, τὸ δ' ἔμψυχον τοῦ ἀψύχου διὰ τὴν ψυχήν, καὶ τὸ εἶναι τοῦ μὴ εἶναι καὶ τὸ ζῆν τοῦ μὴ ζῆν, διὰ ταύτας τὰς αἰτίας γένεσις ζῴων ἐστίν. ἐπεὶ γὰρ ἀδύνατος ἡ φύσις τοῦ τοιούτου γένους ἀΐδιος εἶναι, καθ' ὃν ἐνδέχεται τρόπον, κατὰ τοῦτόν ἐστιν ἀΐδιον τὸ γινόμενον. ἀριθμῷ μὲν οὖν ἀδύνατον. (ἡ γὰρ οὐσία τῶν ὄντων ἐν τῷ καθ' ἕκαστον· τοιοῦτον δ' εἴπερ ἦν, ἀΐδιον ἂν ἦν), εἴδει δ' ἐνδέχεται. διὸ γένος ἀεὶ ἀνθρώπων καὶ ζῴων ἐστὶ καὶ φυτῶν.* Oecon. I. 3. 1343ᵇ 24. *ἅμα δὲ καὶ ἡ φύσις ἀναπληροῖ ταύτῃ τῇ περιόδῳ τὸ ἀεὶ εἶναι, ἐπεὶ κατ' ἀριθμὸν οὐ δύναται, ἀλλά γε κατὰ τὸ εἶδος.* [Eadem generationis causa iam Platoni videbatur esse. Cf. conviv. 207 D. *ἡ θνητὴ φύσις ζητεῖ κατὰ τὸ δυνατὸν ἀεί τε εἶναι καὶ ἀθάνατος. δύναται δὲ ταύτῃ μόνον τῇ γενέσει, ὅτι ἀεὶ καταλείπει ἕτερον νέον ἀντὶ τοῦ παλαιοῦ κτλ.*]

415ᵃ 28. *γένεσις αὐτόματος*, interdum *αὐτομάτη*. v. c. ap. Hesiod. op. I. 116. ad generationem aequivocam, quae non corporis organis, sed e primis elementis corpora organica fingit, pertinere potest (agitur enim de animantibus); sed, quae ita genita existimantur, num propterea procreandi facultate destituta sunt? Quodsi non sunt, num hybridae significantur, qui ex se sui similes gignere non possunt? In quo quidem *αὐτόματον* suum locum non obtineret. Hybridae enim, si in plantis saepius

forte, in animantibus consilio et arte gignuntur. Aristoteles certa animantium genera ex sola elementorum vi duxisse videtur, ut in his nullam similium generationem relinqueret. Cf. de gen. an. III, 11. 761^b 24; hist. an. V, 1. 539^b 8. ὅσα δ' ἀπὸ ταὐτομάτου γίνεται ἐν ζῴοις ἢ γῇ ἢ φυτοῖς ἢ τοῖς τούτων μορίοις, ἔχουσι τὸ ἄρρεν καὶ τὸ θῆλυ, ἐκ τούτων συνδυαζομένων γίνεται μέν τι, οὐ ταὐτὸ δ' ἐξ οὐθενός, ἀλλ' ἀτελές, οἷον ἔκ τε τῶν φθειρῶν ὀχευομένων αἱ καλούμεναι κονίδες καὶ ἐκ τῶν μυιῶν σκώληκες καὶ ἐκ τῶν ψυχῶν σκώληκες ᾠοειδεῖς, ἐξ ὧν οὔτε τὰ γεννήσαντα γίνεται οὔτε ἄλλο οὐθὲν ζῷον, ἀλλὰ τὰ τοιαῦτα μόνον. [Cf. Bz. ind. Ar. 124^b 3 sqq. His locis γένεσις αὐτόματος generationem, quam aequivocam dicimus, quasi spontaneam significat. Est enim singularis de generatione sententia, naturae peritis haud quaquam probata.

415^b 3. De τῇ συνεχείᾳ dubitat Torstrikius; esse enim seriem non interruptam generis. At vero una vita non continuatur, sed nova seritur, ut quid sibi velit, facile intellegas: temporis puta continuitatem.]

415^b 2. τὸ δ' οὗ ἕνεκα διττόν, τὸ μὲν οὗ τὸ δὲ ᾧ] Importune intrusa; repetuntur infra (§ 5), ubi suum locum habent, unde huc manasse videntur. Agnoscit Philoponus; perpetuam conservationem finem esse, cuius gratia omnia fiant, animam vero eam, cui fiant. Eadem distinctio phys. II, 2. 194^a 36. διχῶς γὰρ τὸ τοῦ ἕνεκα· εἴρηται δ' ἐν τοῖς περὶ φιλοσοφίας. Simplicius eodem modo fol. 30 b.: τὸ οὗ ἕνεκα καὶ τὸ τέλος (διττόν), τὸ μὲν ὡς ἡ τελειότης καὶ ἡ ἀγαθότης· τὸ δὲ ὡς τὸ τέλειον καὶ τὸ ἀγαθυνθέν. ὧν τὸ μὲν ὡς ἡ ἀρετὴ καὶ ἡ ὑγίεια. τὸ δὲ ὡς ὁ σπουδαῖος καὶ ὁ ὑγιαίνων καὶ τὸ μὲν ὡς τὸ οὗ, οὗ ἡ τεῦξις. τὸ δὲ ὡς τὸ ᾧ, ᾧ γίνεται καὶ ἡ μέθεξις.

415^b 5. ἀριθμὸς et εἶδος, ubi ita opponuntur, ille singulos quosque generi vel speciei subiectos, hoc genus et species indicat. Male igitur egit, qui ideam intulit.

415^b 6. τὸ μὲν μᾶλλον τὸ δ' ἧττον] minore et maiore vel vitae diuturnitate vel praestantiae virtute.

415^b 7. διόπερ τὸ σπέρμα τῶν ζῴων καὶ φυτῶν ὄργανόν ἐστιν.] In textis apud Philoponum et Simplicium addita, in commentario autem omissa, uncis apud Simplicium inclusa. Importune interpellant.

§ 3. 4. 5. 415^b 7 sqq. Digreditur Aristoteles ad tres illos modos, quibus anima causa sit et principium, definiendos. Quo qua ratione delatus sit, vix intellegitur, nisi quod, cum anima

vegetans causa significata esset, causae rationes accuratius excutere utile habebat. Id tamen tenendum est, in tribus his causae generibus, etsi universe agat, animam tamen vegetantem respicere. Cf. 415b 19. *οὕτω καὶ τὰ τῶν φυτῶν*. ib. 22. *οὐ πᾶσι δ' ὑπάρχει τοῖς ζῶσιν ἡ δύναμις αὕτη.*

§ 4. 415b 12. Anima est *οὐσία* i. e. id principium, quo animal est.

§ 5. 415b 15. Anima causa est tanquam finis. *τοιοῦτον δ' ἐν τοῖς ζῴοις ἡ ψυχὴ κατὰ φύσιν* i. e. secundum naturam, naturae vices gerens. *ψυχὴ* in corpore ita agit, quemadmodum *φύσις* in rerum universitate. Difficilius illud *καὶ κατὰ φύσιν*, quod Bekkerus scripsit, si interpreteris „etiam natura duce," neque enim alius dux. Si maiori codicum parti cedere velles, reddendum esset: „et quidem secundum naturam." Duplex autem finis. *διττῶς δὲ τὸ οὗ ἕνεκα, τό τε οὗ καὶ τὸ ᾧ.* Illud res est, quam consequi velis, hoc illud, cui res quam consecutus fueris, inservit. 1) Ita etsi corporis instrumenta, quidquid agunt, rem aliquam efficere student, hanc ipsam tamen animae gratia expetunt.

Dativus (*ᾧ*), quippe qui sua vi ad hominis usum pertineat, suum locum tenet. Sed quomodo genitivum *οὗ* explices? Si repetiveris *ἕνεκα*, a priori *τὸ οὗ ἕνεκα*, quod communi vi utrumque complectitur, hoc proprium nihil differet. Accipias igitur *τὸ οὗ ἕνεκα* tanquam unum substantivum, quasi *τέλος*, quod genetivum regat. Ita hic genitivus, qui obiecti dicitur, ad rem referetur. In quam sententiam Themistium trahas (fol. 76 b.) *ὥσπερ γὰρ καὶ ἐν τοῖς ἠθικοῖς λέγεται, διττὸν τὸ τέλος. ὡς μὲν τὸ οὗ* (scil. *τέλος*), *εὐδαιμονία· ὡς δὲ τὸ ᾧ, αὐτὸς ἕκαστος αὐτῷ.*

§ 6. 415b 21. Anima denique illud est, unde motus. Motus vero tria genera complectitur, primum, quod ad locum refertur, secundum, quod sensibus inest, tertium, quod in crescendo et decrescendo. Quae tria genera (cf. ad I, 3. § 3) ad animam deferuntur cuncta. Philoponus quomodo anima decrescendi sit causa, dubitat.

§ 7. 415b 28. Cf. Sturzii Empedocl. Agrig. p. 351 sqq. Theophrast. de causis plantarum I, 13. *ἓν γάρ τι τὸ γεννῶν καὶ οὐχ ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς διαιρεῖ καὶ μερίζει, τὴν μὲν*

1) [Cf. Bernays, Dial. 108. „Der subjective Zweck (*τὸ οὗ ἕνεκά τινι*) findet sich da, wo ein Erreichender ein Erreichtes dann noch weiter benutzt; bei dem objectiven Zweck (*τὸ οὗ ἕνεκά τινος*) bildet die Erreichung des Erstrebten den Abschluss der Bewegung." Tr.]

γῆν εἰς τὰς ῥίζας, τὸν δ' αἰθέρα εἰς τοὺς βλαστούς, ὡς ἑκάτερον ἑκατέρου χωριζόμενον, ἀλλ' ἐκ μιᾶς ὕλης καὶ ὑφ' ἑνὸς αἰτίου γεννῶντος. Sturz p. 317. Empedocles hunc crescendi motum, anima omissa, ad solam mechanicam elementorum naturam revocavit; plantas deorsum augeri terrae gravitate, sursum vero ignis levitate; ita terreas partes descendere, igneas sublimes abire. Quam rationem a vitae quodam principio alienam Aristoteles suo more ita confutat, ut ratio ad id, quod ipsa neglexit, tanquam ad necessariam ipsius conditionem h. e. ad animam adducatur. Terram et ignem, si suum quodque impetum sequerentur, inter se distrahi; si vero continerentur, hanc ipsam, quae cohiberet, vim animam esse. — Praeterea, si ὄργανα plantae cum animantibus compares, rem inverti, ut, quod plantis radices sint, ora sint animantibus. Diversum itaque esse in utrisque deorsum et sursum (cf. supr. II, 1. § 6). In quo id quidem veri non dissimile est, Aristotelem τὸ ἄνω et τὸ κάτω ab Empedoclis sententia deflexisse; Aristotelem ad plantae rationes et officia, Empedoclem ad id, quod terram petit vel fugit, retulisse. Lommatzsch die Weisheit des Empedocles Berlin 1830. p. 187. Sed hoc, cum rem minus tangat, cave exaggeres. Futuri tempora διασπασθήσεται, κωλῦσον, ἔσται, ea indicare, quae e posita conditione conclusione colligas, vix est, quod notetur (exempla enim apud Aristotelem ubique legenti occurrunt), nisi hanc constructionem ad ipsa participia [1] (κωλῦσον) pertinere minus observatum videatur.

§ 8. 416ᵃ 9. Ignis omnium elementorum solus per se ipsum nutriri et augeri videtur. Habet igitur aliquam veri speciem, ignem efficere, ut corpora crescant. At igni nullus crescendi modus, nulla sui temperantia, dum, quod absumat, suppetit. Quae natura genuit, in iis aequabilis quaedam proportio ad concentum temperata. Haec vero neque avidi ignis neque omnino caecae materiae esse potest, sed sola in animi vi et ratione inest. Ita Aristoteles animae id potissimum tribuit, quod modum teneat et elementorum impetum moderetur. Sic denuo contra alienam sententiam disputavit, ut non tolleret, sed, illa ipsa indice, ad altiorem suam rationem traduceret.

416ᵃ 14. τὸ δὲ συναίτιον μέν πως ἐστίν, οὐ μὴν ἁπλῶς γε αἴτιον]. Conditio potius, quam ultima causa per se efficiens. συναίτιον, conditio, id quod causam adiuvat effi-

1) [Cf. Bz. ind. Ar. 754ᵇ 24: „cum conditionali usu indicativi conferendus est usus participii futuri."]

cientem, ut sine eo esse non possit. metaph. Δ, 5. 1015ᵃ 20. Ἀναγκαῖον λέγεται, οὗ ἄνευ οὐκ ἐνδέχεται ζῆν ὡς συναιτίου, οἷον τὸ ἀναπνεῖν καὶ ἡ τροφὴ τῷ ζῴῳ ἀναγκαῖον· ἀδύνατον γὰρ ἄνευ τούτων εἶναι. et paulo post 1015ᵇ 3. καὶ ἐπὶ τῶν συναιτίων τοῦ ζῆν καὶ τοῦ ἀγαθοῦ ὡσαύτως· ὅταν γὰρ μὴ ἐνδέχηται ἔνθα μὲν τὸ ἀγαθὸν ἔνθα δὲ τὸ ζῆν καὶ τὸ εἶναι ἄνευ τινῶν, ταῦτα ἀναγκαῖα καὶ ἡ αἰτία ἀνάγκη τίς ἐστιν αὕτη. Ita quidem, συναίτιον αἰτία τις, sed non αἰτία ἁπλῶς. Haec causa efficiens dicta esse videtur, a qua motus proficiscitur, quae ita sibi conditiones subicit, ut etiam hae per se quidem inertes, sed ab ipsa excitatae, agant et consilium adiuvent. [Cf. Plato. rep. p. 281 D, 287 C. D. ubi eae artes nominantur ξυναίτιοι, quae non rem ipsam, rei vero instrumenta parant.]

§ 9 sqq. Vegetanti animae duo insunt, ut nutriat et gignat. Quod corpora augentur, in eo utrumque et gignendi et nutriendi facultas agit, ut, quod interpretes fecerunt, cavendum sit, ne altrici et genitrici facultati tertia adiciatur auctrix tanquam diversa et nova. Quod enim dicitur 416ᵇ 12: ἔστι δ' ἕτερον τροφῇ καὶ αὐξητικῷ εἶναι, id grammatica ipsa forma magis ad logicam distinctionem, quam ad diversitatem re ipsa constitutam pertinere docet (cf. ad III, 4. § 7). Duae sibi inter se adversantur sententiae, hinc contraria contrariis, illinc similia similibus nutriri. Quae pugnantia acute componuntur, cruda contraria contrariis nutrimenta esse videri, concocta similia similibus, ut ex hac sententia assimilationis, quam dicunt, doctrina enata esse videatur.

§ 9. 416ᵃ 18. Si contraria contrariis aluntur, haec ita comparata esse oportet, ut non solum ex iis nascantur, sed et augeantur. Multa ex se invicem gignuntur, sed si eatenus tantum, quale quid sunt, velut sanum ex aegroto fit, non quantum quid sunt: ab hoc loco excluduntur. τοῖς ἁπλοῖς σώμασι, elementa. i. e. ὁμοιομερέσι cf. ad II, 1. § 6.

Quod apud Ioannem Philoponum legitur (I. fol. 2 a) διὰ δὲ τοῦ εἰπεῖν· ἐν μὲν οὖν τοῖς ἄλλοις σώμασι καὶ ὡς τοῖς πολλοῖς δοκεῖ, τοῦτο ἐδήλωσεν. ἡ γὰρ κυρίως τροφὴ ἐπὶ τῶν ἐμψύχων σωμάτων. ταῦτα δὲ σύνθετα ἅπερ καὶ τρέφεται, lectioni nonnullorum codicum (ἄλλοις) fidem non facit. Quod enim sequitur σύνθετα praecedens aliquod ἁπλοῖς requirere videtur.

416ᵃ 25. [οἷον ὑγιὲς ἐκ κάμνοντος — haec est illa στέρησις in nascendo necessaria. Cf. phys. I, 7. 191ᵇ 13 sqq. 27; 9. 192ᵃ 26. Trdlbg. Gesch. der Kateg. 110. „Indem im Werden eine Form (εἶδος) gewonnen wird, bleibt das Substrat;

aber sie wird aus einer andern. — Dieser Zustand, woraus das Werdende wird, steht der Form, wozu es wird, entgegen (*ἀντικείμενα*), und wird als *στέρησις* bezeichnet."

416a 26. *τὸ μὲν ὕδωρ τῷ πυρὶ τροφή*] Etiamsi aqua ea est, quae ignem exstinguat largius affusa, excitat minutatim adspersa.]

§ 10. 416a 29. Alii similia similibus nutriri contendunt. Cui id opponitur, similia nihil a similibus pati, pati vero alimentum ab eo, quod sese alit, dum sui simile facit et in succum ac sanguinem vertit. Aristoteles, ne illud pati, quod in nutriendo necesse est, male intellegatur, ut intellectum esse videtur, id addit, nutrimentum ab eo mutari, quod nutritur neque contra. Est enim materia, quam vis agens in suum convertit, quemadmodum faber in materia tractanda nihil aliud mutatur, quam quod ab otio ad agendum, ab inertia ad artem vertitur.

416a 33. *ἡ δὲ μεταβολὴ πᾶσιν εἰς τὸ ἀντικείμενον ἢ τὸ μεταξύ*] cf. phys. V, 5. 229b 15 sqq.

§ 11. 416b 3. De lectione *προσκρινόμενον*, quam Themistius et Philoponus in vocis *προσγινόμενον* locum substituere videntur, haec adnotamus. Themistius fol. 77 a.: *οὕτω μὲν ουν ὁ ἐξ ἐναντίων, ὁ δὲ ἐκ τῶν ὁμοίων ἰσχυρίζεται τῇ προσκρίσει. προσκρίνεσθαι γὰρ οὐ τὸ ἐναντίον τῷ ἐναντίῳ, ἀλλὰ τὸ ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ. ἃ μὲν οὖν ἑκάτεροι λέγουσι ταῦτά ἐστιν. Ἡμᾶς δὲ ὥσπερ διαιτῶντας αὐτοῖς, ἄξιον προσανέρεσθαι, τί λέγουσι τὴν τροφήν. πότερον τὸ τελευταῖον προσκρινόμενον τῷ σώματι ἢ τὸ πρῶτον.* Io. Philoponus I. fol. 2 a. *ζητεῖ ποῖον δεῖ τροφὴν λέγειν· πότερον ὃ ἐξ ἀρχῆς προσφερόμεθα, τὸν ἄρτον λέγω καὶ τὰ λοιπά, ἢ τὸ τελευταῖον τῷ σώματι προσκρινόμενον, οἷον τὸ μεταβάλλον ἐκ τῆς τροφῆς αἷμα.* et postea *εἰ δὲ τὸ ἔσχατον προσκρινόμενον τῷ σώματι, τῷ ὁμοίῳ κτλ.*

§ 13. 416b 11. Simplic. fol. 32 a. *καὶ γὰρ τρέφεται μὲν τὸ ἔμψυχον ὡς τὸ αὐτὸ κατ' οὐσίαν διὰ τῆς προσθήκης σωζόμενον, διὰ δὲ τὴν τοῦ ποσοῦ μετὰ τὴν ἀπορροὴν πρόσθεσιν αὔξεται.*

Sophonias: *ᾗ μὲν γὰρ ποσόν τι τὸ προσφερόμενον αὐξητικόν, ᾗ δὲ τόδε τι καὶ οὐσία τροφή.* Themist. fol. 77 a. *γένεσις δὲ οὐ τοῦ τρεφομένου. τοῦτο γάρ ἐστιν, ἀλλὰ τοῦ ἐξ αὐτοῦ γεννωμένου.*

[416b 18. *ᾗ τοιοῦτον.* — Nutriendo id subest, ut corporis particulae et pereant et nascantur novae. Non igitur corpus servatur unum et idem numero, sed genere et natura.]

§ 14. 416^b 20. Vegetans igitur anima id agit, ut et sui similia generet et corpus, in quo est, conservet.

416^b 21. *τὸ μὲν τρέφον ἐστὶν ἡ πρώτη ψυχή.*] Nutrimenta nihil agunt, nisi vis est, quae suscipiat et in corporis usum convertat. Haec est *πρώτη ψυχή*, est enim infimus gradus, in quo animans cernitur, ac necessaria reliquarum facultatum conditio.

§ 15. 416^b 23. cf. de part. anim. I, 1. 641^b 31. *γένεσις μὲν γὰρ τὸ σπέρμα, οὐσία δὲ τὸ τέλος.*

416^b 24. *τέλος δὲ τὸ γεννῆσαι οἷον αὐτό*] cf. polit. I. 2. 1252^a 29. *ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ζῴοις καὶ φυτοῖς φυσικὸν τὸ ἐφίεσθαι οἷον αὐτὸ τοιοῦτον καταλιπεῖν ἕτερον.*

§ 16. 416^b 25. Themistius fol. 77 a.: *ἔστι δὲ δύο, οἷς χρῆται ἡ ψυχὴ πρὸς τὸ τρέφειν τὸ ἔμψυχον σῶμα, τῇ τε δυνάμει τῇ θρεπτικῇ καὶ τῷ θερμῷ τῷ ἐμφύτῳ. ἀλλὰ τῇ μέν, ἑαυτῇ συμφυεῖ· τῷ δὲ ὥσπερ ἔξωθεν ὑποβεβλημένῳ ὀργάνῳ. καθάπερ ἂν καὶ τὸν κυβερνήτην εἴποις χρῆσθαι πρὸς τὸ κινεῖν τὴν ναῦν τῇ τε χειρὶ καὶ τῷ πηδαλίῳ. ἀλλὰ τῇ μὲν συμφυεῖ, τῷ δ' ἔξωθεν κεχωρισμένῳ. ἡ μὲν οὖν δύναμις ἀκίνητος οὖσα κινεῖ μόνον· τὸ θερμὸν δὲ κινεῖται μὲν ὑπὸ τῆς δυνάμεως, κινεῖ δὲ τὴν τροφήν. ἡ τροφὴ δὲ αὖθις κινεῖται μόνον, ὥσπερ τὸ πλοῖον.* Quo loco quoniam tria enumerata sunt, primum quod movet, deinde quod et movet et movetur, denique quod movetur solum, Themistium *τὸ μὲν κινοῦν καὶ κινούμενον, τὸ δὲ κινοῦν, τὸ δὲ κινούμενον μόνον* legisse a viro harum litterarum peritissimo iure coniectum est. Philoponus I. fol. 3 a.: *τοῦτο οὖν τὸ ὄργανον διττόν φησι. τὸ μὲν κινοῦν καὶ κινούμενον, τὸ δὲ μόνον κινούμενον, οὐκέτι δὲ καὶ κινοῦν. τὸ μὲν γὰρ ἔμφυτον θερμὸν ᾧ τινι τρέφει ἡ ψυχὴ ὡς δι' ὀργάνου καὶ κινεῖ καὶ κινεῖται, κινεῖται μὲν ὑπὸ τῆς θρεπτικῆς δυνάμεως, κινεῖ δὲ τὰ λοιπὰ μόρια. — ἡ δὲ τροφὴ κινεῖται οὐκέτι δὲ καὶ κινεῖ — οἱ δὲ τὴν τροφήν πασι κινοῦν καὶ κινούμενον μὲν ὑπὸ τοῦ θερμοῦ, κινοῦν δὲ καθὸ τρέφει. κάλλιον δὲ κινοῦν μὲν καὶ κινούμενον λαβεῖν τὸ θερμόν. — λέγει δὲ ὁ Ἀλέξανδρος καὶ ἄλλην ἐξήγησιν· τὸ γὰρ ᾧ τρέφει τὸ διττὸν οὐκ ἐπὶ τῆς τροφῆς ληπτέον, φησὶ νῦν, ἀλλὰ διττὸν λέγει τὴν θρεπτικὴν ψυχὴν καὶ τὸ ἔμφυτον θερμόν, ὧν τὸ μέν ἐστιν ἀκίνητον ἡ θρεπτικὴ δύναμις, αὕτη γὰρ οὐ κινουμένη κινεῖ, τὸ δὲ ἔμφυτον θερμὸν κινοῦν καὶ κινούμενον. — ἡ δὲ ἐξήγησις αὕτη ἁρμόζοι ἂν πρὸς γραφὴν τὴν φερομένην οὕτως τὸ μὲν κινοῦν καὶ κινούμενον, τὸ δὲ κινοῦν μόνον δηλονότι αὐτὸ μὴ κινούμενον. καὶ ἁρμόσαις ἂν πρὸς ταύτην τὴν γραφὴν τὸ παράδειγμα τὸ τοῦ*

κυβερνήτου οὕτως· τὸ μὲν πηδάλιον κινοῦν καὶ κινούμενον — τὴν δὲ χεῖρα κινοῦν μόνον, — ἡ γὰρ χεὶρ οὐδὲν ἔξωθεν κινοῦν αὐτὴν ἔχει. εἰ μὲν οὖν γραφὴ ἔχει τὸ δὲ κινοῦν μόνον, ἡ τελευταία ἐξήγησις ἁρμόσει.

Sophonias: *τῷ μὲν οὖν ἐμφύτῳ θερμῷ καὶ ᾧ τροφὴ πέττεται ἀναλογείτω ἡ χείρ, κινουμένῳ μὲν ὑπὸ ψυχῆς, κινοῦντι δὲ τὰ ὀργανικὰ τῆς τροφῆς μέρη, στόμα ὀδόντας κοιλίαν ἧπαρ καὶ τἆλλα ἃ κινεῖται μόνως οὐ κινεῖ δέ, ὥσπερ καὶ τὸ πηδάλιον.* Haec quidem de lectione *κινούμενον*, quam errore quodam e literis *κινοῦν μόνον* conflatam esse iudicamus. Respuit eam accuratior sententiarum cognitio.

416^{b} 25. *ἔστι δ' ᾧ τρέφεται διττόν.*] Quo nutritur, duplex est, tum quod agit tum quod agitur, velut id, quo gubernatur, tum manus est, quae gubernaculum agit, tum gubernaculum, quod agitur. His ad nutrimentum collatis (est autem *ᾧ τρέφεται τροφή*, quae diserta sunt verba), calor, qui corpori inest, nutrimentum agit (*κινοῦν μόνον*), nutrimentum, dum calore agitur, in corpus, quod nutritur, rursus agit. (*κινοῦν καὶ κινούμενον*) (cf. Simplicius fol. 32. cuius fere explicatio consentit). Ita calori, quem, quatenus priores in nutriendo solum dominari voluerunt, supra oppugnabat, suum assignat locum.

Alii duplex illud aliter interpretati sunt. Unum eorum ad animam vel ad animae facultatem trahunt (Themistius. Alexander apud Themistium). Quo inducti sunt, quod nihil aliud solummodo movens (*τὸ δὲ κινοῦν μόνον*) dici posset; calorem autem esse movens motum ab alio tanquam *ἔξωθεν ὑποβεβλημένον ὄργανον* — quae sunt Themistii verba. At calor, qui corpori inest, non est machinamentum extrinsecus adhibitum. Quae differentia eius, quod solummodo movet, et eius, quod motum movet, affertur: non absolute et simpliciter per se, sed comparate tantum, quatenus mutua inter se ratione referuntur, intellegenda sunt. Talis enim oppositio [Bz. ind. Ar. 390^{b} 21 sqq.] in prima tantum rerum divisione, Deo ac mundo, ita omni ex parte regnat, ut nihil de severitate remittat: in ceteris rerum ordinibus eadem redit ratio et oppositio, sed comparate tantum neque absolute. Ita et manus non simpliciter id est, quod solummodo movet: movetur enim ab animi voluntate: sed comparate; quatenus enim gubernaculo opponitur, vis est movens nec vero mota. Quod si in calore tenueris, evanescet illa difficultas, qua, ut animam, quae nutrit, denuo in id, quo nutritur (*ἔστι δὲ ᾧ τρέφεται διττόν*), id est, in rem alienam, inferrent, compulsi sunt.

De calore nutriendi conditione v. commentarium p. 132.

416b 31. *ἐν τοῖς οἰκείοις λόγοις.*] Conradus Gesner: „*τουτέστιν ἐν τῇ περὶ ζώων γενέσεως εἰρηκὼς ἤδη καὶ ἐν τοῖς περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς.* Simplicius. At nihil tale invenitur in his: nisi quod libri octavi historiae capitibus undecim primis de victu animalium particulatim agit." Laudantur libri *περὶ τροφῆς* [1]) de somno 3. 456b 2. *τῆς μὲν οὖν θύραθεν τροφῆς εἰσιούσης εἰς τοὺς δεκτικοὺς τόπους, γίνεται ἡ ἀναθυμίασις εἰς τὰς φλέβας· ἐκεῖ δὲ μεταβάλλουσα ἐξαιματοῦται καὶ πορεύεται ἐπὶ τὴν ἀρχήν. εἴρηται δὲ περὶ τούτων ἐν τοῖς περὶ τροφῆς.*

Cap. 5.

Tertia libri pars, quae de sensu disputat, ab hoc loco initium capit; idque huic capiti propositum est, ut in genere, quomodo sensus et agant et patiantur, accuratius definiatur.

§ 1. 416b 32. Sensus *ἀλλοιώσει* i. e. alienatione quadam continetur.

Sensus movetur et in movendo patitur. Est autem *ἀλλοίωσις* e quatuor motus generibus et quidem id, quod quale quid sit spectat, ut utrumque tum moveri tum pati in se coniungat.

Metaph. *Δ*, 21. 1022b 15. *πάθος λέγεται ἕνα μὲν τρόπον ποιότης καθ' ἣν ἀλλοιοῦσθαι ἐνδέχεται, οἷον τὸ λευκὸν καὶ τὸ μέλαν.*

Metaph. *Λ*, 2. 1069b 10. *γένεσις μὲν ἡ ἁπλῆ καὶ φθορὰ ἡ κατὰ τόδε (μεταβολή), αὔξησις δὲ καὶ φθίσις ἡ κατὰ τὸ ποσόν, ἀλλοίωσις δὲ ἡ κατὰ τὸ πάθος, φορὰ δὲ ἡ κατὰ τόπον.* cf. *N*, 1. 1088a 32. *κατὰ τὸ ποιὸν ἀλλοίωσις.* cf. phys. V. 2. 226a 26. *ἡ μὲν οὖν κατὰ τὸ ποιὸν κίνησις ἀλλοίωσις ἔστω. τοῦτο γὰρ ἐπέζευκται κοινὸν ὄνομα. λέγω δὲ τὸ ποιὸν οὐ τὸ ἐν τῇ οὐσίᾳ· καὶ γὰρ ἡ διαφορὰ ποιόν· ἀλλὰ τὸ παθητικὸν καθ' ὃ λέγεται πάσχειν ἢ ἀπαθὲς εἶναι.* cf. VII. 2. 243a 9. [Bz. ind. Ar. 34a 56 sqq.]

417a 1. *εἰρήκαμεν. ἐν τοῖς καθόλου λόγοις περὶ τοῦ ποιεῖν καὶ πάσχειν*] Philop. I. fol. 3 b. — — *ἐν τοῖς περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς. ταύτην γὰρ ἐδήλωσε τὴν πραγματείαν εἰπών, ὅτι εἴρηται μὲν ἐν τοῖς καθόλου λόγοις, οὐκ ἀνταπέδωκεν ὅτι ῥηθήσεται δὲ καὶ νῦν. ὁ μέντοι Ἀλέξανδρος λέγει, φέρεσθαι καὶ τοιαύτην γραφήν. λεκτέον δὲ καὶ*

---

1) [Singularem *περὶ τροφῆς* librum exstitisse censent etiam Bz. ind. Ar. 104b 16 sqq., Heitz. 59.]

νῖν. εἰ δὲ καὶ μὴ προσγέγραπται τοῦτο, οὐδὲν ἧττον δεῖ προσυπακούειν αὐτὸ τοῦτο. Cui lectioni apud Philoponum traditae conferas Themistii verba fol. 77 b. διωρίσθη δὲ ἤδη — — καὶ νῦν διορισθήσεται. Sophon. οὐδὲν δὲ κωλύει καὶ νῦν ἐπὶ βραχὺ διελθεῖν. Citari potest locus de gen. et corr. I. 7. 323a 1. [1]); etsi universae quaestioni satisfacere non videatur, ut alium fortasse, qui quidem aetatem non tulit, librum significet. Diogenes Laertius singularem libri inscriptionem περὶ τοῦ πάσχειν καὶ πεπονθέναι nobis servavit. Laudantur etiam de gen. an. IV, 3. 768b 23. τὰ περὶ τοῦ ποιεῖν καὶ πάσχειν διωρισμένα. [Bz. ind. Ar. 100b 24 in libro de gen. an. respici censet de gen. et corr. I, 7—9 et II, 2.]

§ 2. 417a 2. Nullus sensus per se aliquid percipit solus, etsi elementa, quae percipiat, insunt. Unde sentiendi facultatem per se non esse ἐνεργείᾳ apparet. Quod de comburendi materia exemplum proponitur: convenit quidem, sed e contrario. Ligno, tanquam materiae, ignis vi opus est, quae incendat; sensibus utpote facultatibus materia, quae excitet et percipiatur.

417a 13. *ὁμοίως δὲ καὶ τὸ αἰσθάνεσθαι τό τε δυνάμει ὂν καὶ τὸ ἐνεργείᾳ*] Mera est repetitio, quae ex antecedentibus irrepsisse videtur, neque est, quod cum Dandino regressum esse statuamus analyticum ex αἰσθήσει ductum. Ipsa enim de αἰσθήσει argumentatio hoc discrimen tanquam fundamentum proposuit eoque niti fatetur, ut e conclusione rursus praemissa colligere ieiunum sit. [Ex Alexandro ἀπ. καὶ λύσ. Γ. γ' p. 155. To. scripsit τὸ αἰσθητόν. Haec dicit Alexander λαβὼν δὲ τὸ διχῶς λέγεσθαι τὸ αἰσθάνεσθαι (καὶ γὰρ δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ), ἔλαβεν τὸ τῆς αἰσθήσεως, τὴν μὲν εἶναι δυνάμει, τὴν δὲ ἐνεργείᾳ, *ὁμοίως δὲ καὶ τὸ αἰσθητόν*.]

§ 3. 417a 14. *πρῶτον μὲν οὖν ὡς τοῦ αὐτοῦ*[2]) *ὄντος τοῦ πάσχειν καὶ τοῦ κινεῖσθαι καὶ τοῦ ἐνεργεῖν λέγωμεν*] Si πάσχειν et ἐνεργεῖν, quae una esse ponuntur, adversa potius fronte pugnare videntur: haec pugna, modo ad interiectum illud κινεῖσθαι animadverteris, dirimetur. In hoc

1) [Hunc locum respici censet etiam Bz ind. Ar. 99a 9, singularem librum significari putat Heitz. 80. Cf. Trdlbg. Gesch. d. Kateg. 130 sqq.: Es ist wahrscheinlich, dass Aristoteles diese beiden wichtigen Kategorien (das ποιεῖν und πάσχειν), die er schwerlich in wenigen Worten wollte erledigt haben, anderswo genauer behandelte." Aliter Zeller, Phil. d. Gr. II, 2. 63.]

2) [Cf. ad II, 12. 424a 25.]

nervus inest, qui argumenta constringat. Motus duplicem habet naturam; quatenus quidem extrinsecus pendet et excitatur, patitur; quatenus semel impulsus per se cogitatur vi sua utens, agit quodammodo. Quare si, quidquid patitur, ab agente patitur, quod quiescit, priusquam movetur, ab agente dissimile est; si movetur, hac ipsa movendi actione simile fit (cf. II, 4. 416a 30 sqq., I, 5. 410a 23). Haec si tenueris, difficultates erunt nullae.

417a 17. *ἐν ἑτέροις*] cf. phys. III, 2. 201b 31; VIII, 5. 257b 8. ad quos locos respicitur etiam eth. Nicom. X. 3. 1174a 19 sqq. (v. ad II. 1. in. et prooem.). Themistius fol. 77 b.: *ὁ δὲ ἔχει μὲν τὴν ἕξιν οἷον τὴν ἀριθμητικὴν ἢ τὴν γραμματικήν. δεῖται δὲ μόνον τοῦ ἐνεργῆσαι*, ut Themistius *ἀριθμητικὴν* loco *αἴσθησιν* legisse videatur. In reliquis commentariis nullum a recepta lectione discrepantiae vestigium.

§ 4. 417a 21. Redeunt, quae sequuntur, ad quaestionem de *ἐντελεχείᾳ* et *δυνάμει* supra pertractatam. Sicut supra (II. 1) Aristoteles *ἐντελέχειαν* in duas partes divisit, ita hoc loco *δύναμιν;* idque eo modo facit, ut, quod illic *ἐντελεχείᾳ* tanquam inferiorem gradum adnumerabat, hic alterum *δυνάμεως* ordinem statuat. Neque in eo a semet ipso dissentit. Demonstravimus enim, illum qui scientiam teneat, neque tamen exerceat, cum eo, qui contempletur sciens, hoc est, qui agat, eandem habere rationem, atque *δύναμιν* inter se et *ἐντελέχειαν*. Cuius rei exempla hoc loco ab infimis ad summa progrediens persecutus est. Primum enim, si hominem eatenus scientem dicimus, quatenus genus humanum scientia instructum est: hoc id tantum valet, ut posse hominem scire iudicemus: deinde si scientem eum dicimus, qui grammaticam tenet: is iam e rudi factus est prudens, contrarium e contrario; iam illam sciendi facultatem humano generi communem ita in se transtulit, ut, si voluerit, sciens agere posset, dum autem scientia eius quiescit, re vera agere non dicatur, et propterea in ipsa *δυνάμει* perseveret. Qui scientia in certa aliqua re utitur (*κυρίως ἐπιστάμενος τόδε τὸ α*): is demum principi et summa vi scire dicitur; et ita hic solus revera *ἐντελεχείᾳ* est *ἐπιστήμων*. Otiosam enim scientiae possessionem in actum et usum convertit.

417a 22. *νῦν γὰρ ἁπλῶς λέγομεν περὶ αὐτῶν*] quid *νῦν*? Conr. Gesner.: „*νῦν* dicit, quoniam *αἴσθησιν* paulo ante dixit esse *δύναμιν*: et *ἐνεργείας* vocabulo usus est pro *ποιεῖν καὶ πάσχειν* etc. Vel *νῦν* pro hactenus, i. e. ad hanc usque distinctionem. Io. Gramm."

417a 32. ἐξ ἐναντίας μεταβαλὼν ἕξεως] sive ex ignorantia, quae simplex est scientiae negatio, sive a contraria et falsa opinione ad veri sententiam.

§ 5. 417b 2. (Cf. Alex. Aphrod. ἀπορ. κ. λύσ. Γ. β'. p. 151 Sp.). Haec Aristoteles propterea definivit, ut iis patiendi notionem, quam sentiendo inesse dixerat, illustraret. Pati enim duplex est, ut aliquid patiendo vel corrumpatur (μεταβολὴ ἐπὶ στερητικὴν διάθεσιν), vel servetur et ad sui finem perducatur (ἐπὶ τὰς ἕξεις καὶ τὴν φύσιν). Illud, si viris pugnant, hoc, si ad commune consilium iunguntur, si δύναμις ad ἐντελέχειαν agitur. Hoc si fit, cavendum est, ne ἀλλοίωσις, alienatio, male intellegatur; neque enim in hac causa alienatio est, ut res in aliam rem abeat, sed potius conservatio, ut res quasi ad se ipsam progrediatur et suum assequatur finem (εἰς αὑτὸ γὰρ ἡ ἐπίδοσις). Ἐντελέχεια enim non faciet, ut δύναμις a sua natura desciscat, sed ut absolvat. Ita sensus, si patitur, non alienatur, sed ad se ipsum propellitur. Qui scientiam tenet, si contemplando exercet, non mutatur, sed ad suum finem pervenit.

417b 6. εἰς αὑτὸ (pro εἰς αὐτὸ) necessaria ad sententiam mutatio, ad scripturam fere nulla. Alex. quidem Aphrodis. (Γ, γ. p. 154 Sp.) interpretatur εἰς αὐτὸ καὶ ὅμοιον vel εἰς αὐτὸ γὰρ τουτέστιν ὃ ἔχει καὶ καθὸ ἔχει ἐπίδοσίς ἐστιν; multo autem gravius εἰς αὑτό, ad semet ipsum i. e. ad naturae suae finem.

Neque igitur res obiecta, quae facit, ut quis de ea cogitet, docere dici potest (hoc autem illud est, quod antea ponebatur alterum; tenet scientiam; compellitur, ut ea utatur), nec qui rudis discit ab altero (hoc autem primum erat et infimum), re vera patitur, si patiendi vim probe destinxeris.

417b 15. 16. Διάθεσις et ἕξις [1]) h. l. ita differunt, ut illa ad passivum statum, haec ad agentem vim et facultatem inclinet. Distinguuntur inter se metaphys. Δ, 19. 20. 1022b 1—15; διάθεσις de gen. an. V, 1. 778b 34; categ. 8, 8b 28. Quibus locis ἕξις manere, διάθεσις transire significatur, sed, si exempla examinaveris, non longe abest, quod hoc loco valet, discrimen.

---

1) [Cf. Trdlbg. Gesch. d. Kateg. 96. Apud Platonem coniungitur ἕξις ψυχῆς καὶ διάθεσις Phileb. 11. D. Trdlbg.: „Wiewohl die διάθεσις wandelbar und leicht veränderlich gedacht wird, erscheint sie doch eigentlich als der allgemeinere Begriff, unter den auch die zur andern Natur werdende ἕξις fällt."]

§ 6. 417ᵇ 16. **Haec universe proposita ad sentiendi facultatem adhibenda erunt.**

417ᵇ 16. *τοῦ δ' αἰσθητικοῦ ἡ μὲν πρώτη μεταβολὴ γίνεται ὑπὸ τοῦ γεννῶντος*]. Tres, ut vidimus, *δυνάμεως* et *ἐντελεχείας* sunt gradus, duae igitur mutationes. Harum prima, quae ea erat, ut e rudi doctus fieret, quasi in ipso nascendo sensibus ingignitur, neque enim sensus erudiendi et docendi sunt.

417ᵇ 17. *ὅταν δὲ γεννηθῇ (τὸ γεννηθὲν) ἔχει ἤδη ὥσπερ ἐπιστήμην καὶ τὸ αἰσθάνεσθαι.*] Animans eadem ratione sensum habet, qua proximo exemplo scientiam teneri positum erat. Suo Aristoteles more sententias contraxit. Si sensus agit, haec actio (*τὸ κατ' ἐνέργειαν*) eadem ratione se habet, ac supra contemplatio (*ὁμοίως λέγεται τῷ θεωρεῖν*); nihil enim nisi sua ipsius vis ad agendum necessaria, ita tamen, ut, dum mens contemplans quasi se ipsam contemplatur, sensus, quae percipiat, aliunde et quidem extrinsecus petat. Sensus enim in singulis quibusque rebus occupati, scientia in generalibus, quae praeter ea, quae e sensibus hausta sunt, in ipsa mente sedem habent (cf. *ἡ ψυχὴ τόπος τῶν εἰδῶν* de an. III, 4. 429ᵃ 27).

Facilius videatur legere *ἐπιστήμη*, sed quoniam, ut proximis exemplis respondeatur, omnia in eo sunt posita, ut scientia habeatur: *ἐπιστήμην* legere praestat, ut e verbo *ἔχειν* tanquam habendi notione pendeat. Suppleas igitur ad verba *ὅταν γεννηθῇ* pronomen indefinitum *τίς*. Saepius enim apud Aristotelem nuda singularis tertia persona, quo nostrum „man" [1]) ponere solemus sensu indefinito. Exempla cf. de an. III, 10. 433ᵇ 14. *ᾧ κινεῖ;* III, 11. 434ᵃ 7. *πότερον πράξει;* de an. II, 6. 418ᵃ 22. *κατὰ συμβεβηκὸς γὰρ τούτου αἰσθάνεται* et paulo post *τοῦτο οὗ αἰσθάνεται* et multis aliis locis.

417ᵇ 24. *διὸ νοῆσαι μὲν ἐπ' αὐτῷ, ὁπόταν βούληται· αἰσθάνεσθαι δὲ οὐκ ἐπ' αὐτῷ.* Difficile est genus *ἐπ' αὐτῷ*. Hoc quemadmodum Aristoteles subiectum indefinitum (*τις*) omittere solet, ita universe ad hominem relatum est.

417ᵇ 26. *κἂν ταῖς ἐπιστήμαις ταῖς τῶν αἰσθητῶν*] Hae verae *ἱστορίαι*, dum *πρώτη* philosophia a rebus remotior.

---

1) [Bz. ind. Ar. 589ᵇ 47: „Ita hoc sensu usurpatur tertia persona, ut iam in superioribus aliquo modo, velut in infinitivo vel in substantivo numeri pluralis, a quo ad singularem indefinitum transitur, illud subiectum universale contineatur. Hos fines vulgati usus raro excedit Aristoteles."]

§ 7. 417^b 32. *οὕτως*. Nos ad posterius, alii ad utrumque trahunt. Sed sensus non docentur (§ 6). Quod acutiores fieri videntur, id minus ad maiorem sensuum, quam iudicii aciem pertinet.

418^a 3. *τὸ δ' αἰσθητικὸν κτλ.*] Si sensus ii sunt, qui res suscipere possint, *δυνάμει* tales sunt, quales res agentes *ἐντελεχείᾳ*. Si perceperunt, nihil distant (*ἔστιν οἷον ἐκεῖνο* i. e. *ἐντελ.*) *οὕτως ἔχει τὸ αἰσθητικὸν* i. e. *ὡς ὁ ἐν ἡλικίᾳ ὢν δύναται στρατηγεῖν*. *Δύναμις* in duo genera divisa, quotum alterum solum, ad quod tanquam proximum *οὕτως* refertur, in animam cadit.

ibid. *ὡς κυρίοις*[1]) *ὀνόμασι*] Si nomen grammatici *κύριον* vocant, quod a translata significatione distinguant: hoc quidem loco usus ratio e iudiciis et foro tracta videtur. Quemadmodum *κύριος νόμος*, qui *ἀκύρῳ* oppositus est, lex est, quae rata viget neque vel abrogata est vel in desuetudinem abiit (cf. Buddeus comm. gr. ling. 1557. p. 51): ita hic *κύρια ὀνόματα*, quatenus eorum auctoritas valet.

Cap. 6.

Aristoteles, quod praeceptum supra (II. 4. 415^a 20) dederat, nunc sequitur, ut prius res sensibus subiectas quam sensus ipsos definiat (*τούτων δ' ἔτι πρότερα τὰ ἀντικείμενα δεῖ τεθεωρηκέναι*).

§ 1. 418^a 7. Quae sub sensus cadunt tria sunt, primum enim aut per se aut, aliis rebus interiectis, quasi per accidens percipiuntur; quae autem per se, aut uni sensui sunt propria, velut color, sonus, aut omnibus ut motus, aut pluribus velut figura, communia. Haec ordine percensentur. Cf. de sensu 4. 442^b 4 sqq.; c. 6.

Simplic. fol. 35 a. *ἀλλὰ πῶς τὰ κοινὰ πασῶν εἶναι λέγει; μεγέθους γὰρ καὶ σχήματος μόναι ἀντιλαμβάνονται ὄψις καὶ ἁφή. ἴσως μὲν οὖν τὸ πασῶν ἀντὶ τοῦ πλειόνων εἴρηται.* Philoponus I. fol. 7 b. *κοινὰ δὲ φησιν εἶναι ταῦτα πασῶν οὐχ ὅτι ἓν ἕκαστον αὐτῶν πάσαις ταῖς αἰσθήσεσιν ὑποπίπτει, ἀλλ' ὅτι ἕκαστον πλείοσι καὶ οὐ μιᾷ, τινὰ δὲ πάσαις ἅμα.* Sic hoc loco interpretes *πασῶν*, ut § 3. *κοινὰ πάσαις*. Themistius fol. 78 b.: *κοινὰ δὲ πλειόνων κίνησις ἠρεμία ἀρι-*

---

1) [Bz. ind. Ar. 416^b 24. „Omnino *τῷ κυρίῳ* oppositum est *τὸ παρὰ τὸ κύριον*. de an. II, 5. 418^a 3. poet. 22. 1458^a 23. rhet. III, 2. 1404^b 39. ^{b} 31. 1405^b 11." Cf. ad 419^b 19.]

θμὸς σχῆμα μέγεθος. ἀλλὰ κίνησις μὲν ἁπασῶν κοινόν τι τῶν αἰσθητῶν, ἀντιλαμβάνεται γὰρ αὐτῆς καὶ ὄψις καὶ ἀκοή — — ἀλλὰ καὶ ὄσφρησις, προσιόντος καὶ ἀπιόντος τοῦ ὀσφρητοῦ. καὶ γεῦσις ὁμοίως· ἡ δὲ ἁφὴ καὶ σαφέστερον. In quo id sane recte, quod motus omnibus aeque sensibus subest. Philoponus I. fol. 7: *πασῶν δὲ εἶπεν οὐχ ὅτι τὰ πέντε ταῖς πέντε εἰσὶν αἰσθητά κτλ.*

§ 2. 418ᵃ 11. *λέγω δ' ἴδιον μὲν ὃ μὴ ἐνδέχεται ἑτέρᾳ αἰσθήσει αἰσθάνεσθαι, καὶ περὶ ὃ μὴ ἐνδέχεται ἀπατηθῆναι*] cf. de an. III, 6: 430ᵇ 29; de sensu 4. 442ᵇ 5. *μέγεθος γὰρ καὶ σχῆμα, καὶ τὸ τραχὺ καὶ τὸ λεῖον, ἔτι δὲ τὸ ὀξὺ καὶ τὸ ἀμβλὺ τὸ ἐν τοῖς ὄγκοις κοινὰ τῶν αἰσθήσεών ἐστι· εἰ δὲ μὴ πασῶν, ἀλλ' ὄψεώς γε καὶ ἁφῆς. διὸ καὶ περὶ μὲν τούτων ἀπατῶνται, περὶ δὲ τῶν ἰδίων οὐκ ἀπατῶνται, οἷον ὄψις περὶ χρώματος καὶ ἀκοὴ περὶ ψόφων.* De propriis unum tantum unius sensus est iudicium. Error igitur, quatenus in diversis conciliandis iudiciis exsistit, a propriis abest. Potest quidem fieri, ut aut sensus aegrotet aut mens male festinet neque hic humani erroris fons in singulis quibusque hominibus cessabit unquam, etsi in communi vita communi ratione tollitur. Sed quam ipsa saepe rei natura errandi occasionem praebet, ut aut sensum aut mentem in diversas vias exspatiari sinat: ea in his locum non habet. Eadem ratio est eorum, quae dividi non possunt (cf. III, 6. 430ᵇ 29). Error a sensu ad iudicium amandatur. Colorem vel sonum esse non erramus, sed quid sit res, in qua color est, et ubi sit, quid sit id, quod sonum edat et ubi sit. Haec enim a simplici sensu ad iudicii coniecturam discedunt.

§ 3. 418ᵃ 16. Cf. de sensu 1. 437ᵃ 9. *λέγω δὲ κοινὰ σχῆμα, μέγεθος κίνησιν, στάσιν, ἀριθμόν.* Universis sensibus ea sunt communia, quae non tam singularum rerum sunt qualitates et quasi partes, quam eiusmodi totius rei affectiones, ut ab universa re ad singulas, quae suos sensus habent, qualitates penetrent et simul his ipsis sensibus percipiantur. Sic motus, quies, numerus, forma, magnitudo non uni sensui propriae, sed omnibus communes.

418ᵃ 21. *Διάρους υἱὸς* vel *Διάρης*. Io. Philopon. *K.* fol. 1 b.: *Λέγεται δὲ ὁ Διάρης οὗτος φίλος εἶναι τῷ Ἀριστοτέλει. φέρονται γοῦν αὐτοῦ πρὸς αὐτὸν ἐπιστολαί.* De lectione postea *κατὰ συμβεβηκὸς δὲ ὅτι ἔστι Διάρης οἶδεν. τινὰ δὲ τῶν ἀντιγράφων ἔχουσι Διάρους υἱὸς* — quod in reliquis Philoponus recepit. Themistius fol. 78 b. *αἰσθητὸς γὰρ ὁ Διάρους υἱὸς ᾗ ὁ Διάρης οὐχ ᾗ Διάρης. καθ' αὑτὰ μὲν οὖν*

ἐστιν αἰσθητὰ ταῦτα. Bekkerus eiecit. Suo quidem loco orationem incidunt, ut per se retinenda censeamus; sed cum sola fere librorum editorum auctoritate nitantur, ea tueri non audemus. Interpretum paraphrasis verba omittit, Aristotelis vero *ῥητὰ* apud Simplicium et Philoponum praeposita adiciunt.

§ 4. 418ᵃ 20. *κατὰ συμβεβηκὸς δὲ λέγεται αἰσθητόν*] Non in ipso sensu positum est, illud album, quod video, filium esse Diaris. Haec, mentis demum cognitione a sensibus aliena interposita, inter se referuntur; aliunde enim constare oportet, esse filium Diaris et qualis sit eius facies, aliunde cerni oportet, quale sit, in quo album conspiciatur (cf. III, 1. 425ᵃ 25), ut, reliquis consentientibus, inter se coniungi queant. Dicitur quidem accidere (*κατὰ συμβεβηκός*), quod, an sit nec ne, forti permissum videtur; est autem, si logicam vim spectas, quod non ex intima notionis necessitate sequitur, sed extrinsecus, alia notione interposita, cum ea coniungitur, idque ita hoc loco accipimus. cf. ad I. 1. § 1. et § 8.

418ᵃ 23. *διὸ καὶ οὐδὲν πάσχει ᾗ τοιοῦτον ὑπὸ τοῦ αἰσθητοῦ*] *ᾗ* ita voce collocandum, ut ad sequens *ὑπὸ τοῦ αἰσθητοῦ* pertineat. Nullus sensus a tali re qualis non per se, sed *κατὰ συμβεβηκὸς* est, pellitur.

418ᵃ 24. *τὰ ἴδια κυρίως ἐστὶν αἰσθητά*] i. e. primario loco quatenus reliqua haec consequuntur, ut apud Aristotelem *πρώτως καὶ κυρίως* dicitur bonorum amicitia, reliquae *καθ' ὁμοιότητα* [cf. notam ad 419ᵇ 19.]

Cap. 7.

Quae sequuntur, de singulis sensibus agunt; de quibus quae in libello *περὶ αἰσθήσεως* leguntur, ita comparata sunt, ut non tam per se rem pertractent, quam ut librum de anima, qui modo disertis verbis laudatur, modo tacite significatur, suppleant. Ita fit, ut auditus, qui in libro de anima omnium copiosissime exponitur, illo libello prorsus praetermittatur. De visu Aristoteles ea ibi affert, quae h. l. magis tetigit, quam indicavit, oculi enim naturam et colorem tractat; de cuius natura ita sentit, ut Goethii doctrinam animo quodammodo praesagiisse videatur. de sensu 3. 440ᵃ 6. *εἷς μὲν οὖν τρόπος τῆς τῶν χρωμάτων γενέσεως οὗτος, εἷς δὲ τὸ φαίνεσθαι δι' ἀλλήλων, οἷον ἐνίοτε οἱ γραφεῖς ποιοῦσιν, ἑτέραν χρόαν ἐφ' ἑτέραν ἐναργεστέραν ἐπαλείφουσι, ὥσπερ ὅταν ἐν ὕδατί τι ἢ ἀέρι βούλωνται ποιῆσαι φαινόμενον καὶ οἷον ὁ ἥλιος, καθ' αὑτὸν μὲν λευκὸς φαίνεται, διὰ δ' ἀχλύος καὶ καπνοῦ φοινικοῦς.* Quibuscum

conferre placet meteor. III, 4. 374ᵃ 3. *φαίνεται δὲ τὸ λαμπρὸν διὰ τοῦ μέλανος ἢ ἐν τῷ μέλανι (διαφέρει γὰρ οὐθὲν) φοινικοῦν. ὁρᾶν δ' ἔξεστι τό γε τῶν χλωρῶν ξύλων πῦρ, ὡς ἐρυθρὰν ἔχει τὴν φλόγα διὰ τὸ τῷ καπνῷ πολλῷ μεμῖχθαι τὸ πῦρ λαμπρὸν ὂν καὶ λευκόν· καὶ δι' ἀχλύος καὶ καπνοῦ ὁ ἥλιος φαίνεται φοινικοῦς.* Quibuscum consentit *περὶ χρωμάτων* 2. 792ᵃ 9. *τὸ μέλαν καὶ σκιερὸν τῷ φωτὶ μιγνύμενον φοινικοῦν. τὸ γὰρ μέλαν μιγνύμενον τῷ τε ἀπὸ τοῦ ἡλίου καὶ τῷ ἀπὸ τοῦ πυρὸς φωτὶ θεωροῦμεν ἀεὶ γιγνόμενον φοινικοῦν, καὶ τὰ μέλανα πυρωθέντα πάντα εἰς χρῶμα μεταβάλλοντα φοινικοῦν· αἵ τε γὰρ καπνώδεις φλόγες καὶ οἱ ἄνθρακες, ὅταν ὦσι διακεκαυμένοι, φαίνονται χρῶμα ἔχοντες φοινικοῦν.* Ita et hic de coloribus liber consentit, in singulis quibusque magis occupatus, quam in philosophica quadam et universa colorum ratione. Eodem plane modo nostris quidem temporibus Goethius rubrum genuit, ut ex eius colorum doctrina quasi fragmentum apud Aristotelem habeas. Sed haec tanquam *ἐν παρόδῳ.*

§ 1. 418ᵃ 26. Color est id, quod cernitur, praeter ea, quae micant in tenebris et ita variant, ut proprium non habeant colorem (*ἀνώνυμον*). De quibus v. § 4 (*προελθοῦσι*). Quidquid igitur cernitur, color est. Color eorum est, quae per se efficiunt, ut cernantur. Super horum enim superficiem fusa sunt (id quod praepositioni *ἐπὶ τοῦ καθ' αὑτὸ ὁρατοῦ*). Omnis color eam habet naturam, ut perspicuum illud, quod inter oculum et colorem interiacet, moveat. Perspicuum autem ea tantum lege movere potest, si re vera (*ἐνεργείᾳ*) perspicuum est i. e. si lumine collustratur (*φῶς δέ ἐστιν ἡ τούτου ἐνέργεια τοῦ διαφανοῦς ᾗ διαφανές*). Duplex igitur est coloris, ut percipiatur, conditio, et perspicuum et lumen. Perspicuum per se ipsum non cernitur, sed alieno demum colore. Unde fit, ut dici possit *περὶ αἰσθήσεως* 5. 439ᵃ 18. *ὥσπερ οὖν εἴρηται περὶ φωτὸς ἐν ἐκείνοις* (i. e. *ἐν τοῖς περὶ ψυχῆς*) *ὅτι ἐστὶ χρῶμα τοῦ διαφανοῦς κατὰ συμβεβηκός.*

Cf. Alex. Aphrodis. *ἀπορίαι καὶ λύσεις Α, β'* p. 19, l. 20 Sp. *ὃν λόγον ἔχει ἐπιφάνεια πρὸς τὸ ὡρισμένον σῶμα, τοῦτον ἔχει τὸν λόγον χρῶμα πρὸς τὸ διαφανὲς τὸ ὡρισμένον.* Quo capite, id quod obiter monere licet, p. 15, lin. 16 Sp. legendum est: *πᾶν μὲν γὰρ χρῶμα* (nec vero *σῶμα*) *ἐν ἐπιφανείᾳ γε καὶ κτλ.*

§ 2. 418ᵇ 4. Aqua et aër inde perspicua sunt elementa, quod utrumque eandem habet naturam atque caelum (*ἐν τῷ ἀϊδίῳ τῷ ἄνω σώματι*). Sed qualis sit haec similitudo, nunquam

significatur. Quod ut fiat, *καὶ* inserendum esse censeo. *φῶς δέ ἐστιν ἡ τούτου ἐνέργεια καὶ τοῦ διαφανοῦς ᾗ διαφανές.* Id eo probabilius est, quo magis demonstrativo *τούτου* siquidem ad *τοῦ διαφανοῦς* relato supersedeas. Haec igitur exsistit sententia: Lumen, sicut caeli est *ἐνέργεια*, ita et perspicui, quatenus perspicuum est, eo tamen discrimine, ut lumen propria sit et necessaria caeli *ἐνέργεια*, a qua *δύναμις* prorsus abest, in perspicuo autem modo tenebrae modo lumen dominetur; inest igitur sola luminis *δύναμις* (*δυνάμει δὲ ἐν ᾧ τοῦτ' ἐστί,* (*ἐν τούτῳ*), *καὶ τὸ σκότος*). Lumen, quoniam perspicuum illustrat et quasi permeat, huius qnasi est color.

418b 9. *τὸ ἄνω σῶμα*] caelum, cuius natura propter corpora caelestia ignea est (cf. meteor. I, 3. 340b 6). Mirari possis caelum corpus (*σῶμα*) vocari, at vide haec: de caelo II, 3. 286a 11. *ἐπεὶ δὲ ὁ οὐρανὸς τοιοῦτος* (*σῶμα γάρ τι θεῖον*), *διὰ τοῦτο ἔχει τὸ ἐγκύκλιον σῶμα, ὃ φύσει κινεῖται κύκλῳ ἀεί.* de caelo II, 7. 289a 13. *εὐλογώτατον δὴ καὶ τοῖς εἰρημένοις ἑπόμενον ἡμῖν τὸ ἕκαστον τῶν ἄστρων ποιεῖν ἐκ τούτου τοῦ σώματος, ἐν ᾧ τυγχάνει τὴν φορὰν ἔχον, ἐπειδὴ ἔφαμέν τι εἶναι ὃ κύκλῳ φέρεσθαι πέφυκεν· ὥσπερ γὰρ οἱ πύρινα φάσκοντες εἶναι, διὰ τοῦτο λέγουσιν, ὅτι τὸ ἄνω σῶμα πῦρ εἶναί φασιν, ὡς εὔλογον ὂν ἕκαστον συνεστάναι ἐκ τούτων ἐν οἷς ἕκαστον ἐστίν, ὁμοίως καὶ ἡμεῖς λέγομεν.* Quo loco si *τὸ ἄνω σῶμα* sphaera est, in qua sidera sunt, ad caelum vergit. de caelo I, 9. 278b 14. *εἰώθαμεν τὸ ἔσχατον καὶ τὸ ἄνω μάλιστα καλεῖν οὐρανόν, ἐν ᾧ τὸ θεῖον πᾶν ἱδρῦσθαι φαμέν.* de motu anim. 4. 699b 23. *πέφυκε γὰρ καὶ ἐνδέχεται εἶναι κίνησιν μείζω καὶ ἀφ' ἧς ἠρεμεῖ ἡ γῆ καὶ ἀφ' ἧς κινοῦνται τὸ πῦρ καὶ τὸ ἄνω σῶμα*, ubi *τὸ ἄνω σῶμα* caelum significat, ut ex iis, quae praecedunt, satis liquet. Aliis locis *τὰ ἄνω σώματα* aperte caelestia sunt astrorum corpora. De caelo II, 4. 287a 32. *εἰ γὰρ τὸ μὲν ὕδωρ ἐστὶ περὶ τὴν γῆν, ὁ δὲ ἀὴρ περὶ τὸ ὕδωρ, τὸ δὲ πῦρ περὶ τὸν ἀέρα καὶ τὰ ἄνω σώματα κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον.* de caelo II, 7. 289a 28. *τῶν δὲ ἄνω ἕκαστον ἐν τῇ σφαίρᾳ φέρεται.* Sed hic usus illi non dissimilis; caelum enim astra complectitur. [Cf. Bz. ind. Ar. 68b 2 sqq.]

418b 11. *ὅταν ᾖ ἐντελεχείᾳ διαφανές.*] Bekkerus. Praestat vulgata *ᾖ*. Neque enim solet dici *ᾗ ἐντελεχείᾳ*. Error fortasse apud Bekkerum typothetae. Scribit enim ad eam lineam *ᾗ* om. E, cum scribendum fuisset *ᾖ* om. E. Retinuimus igitur.

418b 12. *ἢ τοιούτου οἷον τὸ ἄνω σῶμα*] Si perspicuum re vera perspicuum factum est aut ab igne aut a tali

aliqua re, qualis caeli est corpus. Ita oppositionis simplicitas ferre videtur.

418b 13. *καὶ γὰρ τούτῳ τι ὑπάρχει ἓν καὶ ταὐτόν.*] *ἓν καὶ ταὐτὸν* i. e. igni simile. (cf. inter alia meteor. I, 3. 339b 22).

418b 13. *τί μὲν οὖν τὸ διαφανὲς καὶ τί τὸ φῶς εἴρηται ὅτι, κτλ.*] Quae sequuntur non ad perspicui, sed ad solam luminis definitionem pertinent. Aristoteles lumen corpus haberi vetat, ut ne in uno eodemque duo sint corpora. Sed quid est, quod in effluvii (*ἀποῤῥοῆς*) locum praesentiam (*παρουσίαν*) substituit? — Haec quidem *παρουσία* a corporis praesentia aliena ad solam praesentem vim redire videtur, ut ita ad *ἐνέργειαν*, ad perficientem perspicui vim, accedat.

Haec contra Platonis Timaeum (cf. p. 67 D.) disputata esse dicuntur. „*ἃ ξύμπαντα μὲν χρόας ἐκαλέσαμεν, φλόγα τῶν σωμάτων ἑκάστων ἀποῤῥέουσαν, ὄψει σύμμετρα μόρια ἔχουσαν πρὸς αἴσθησιν.*"

§ 3. 418b 18. Quae de Empedocle interiecta sunt, ea cave ne ad tenebras, unde fiant, explicandas dicta esse putes, quasi occulta inter terram et aerem circumdantem luce tenebrae exsisterent. Quomodo enim eiusmodi occultatio vel aliqua veri specie cogitari potest? Adiectum igitur puta ad *παρουσίας* notionem definiendam; eam itaque Aristoteles statuit, ut motum omnino abesse crederet, lucem adesse, nec vero motu aliquo (id quod rem esse, nobis vero latere Empedocles dixerat) inter aerem (*τὸ περιέχον*) et terram ferri; parvo quidem spatio fieri posse, ut motus aliquis lateat; immenso vero ab oriente et occidente non ubique simul, ut percipitur, lumen percipi posse, si quis motus, qui tempus requirit, lumini inesset. Cf. de sensu 6. 446a 26. *Ἐμπεδοκλῆς φησὶν ἀφικνεῖσθαι πρότερον τὸ ἀπὸ τοῦ ἡλίου φῶς εἰς τὸ μεταξὺ πρὶν πρὸς τὴν ὄψιν ἢ ἐπὶ τὴν γῆν.* Itaque Empedoclis sententia vero, quod recentior aetas invenit, propior, quam Aristoteles.

§ 4. 418b 28. *τὸ ἀόρατον ἢ τὸ μόλις ὁρώμενον*] Alex., Themistius, Simplicius ita interpretantur, ut tenebrae per se sint *ἀόρατον*: quatenus vero *κατὰ συμβεβηκὸς* lucis negatione et absentia cognoscuntur, *μόλις ὁρώμενον* i. e. quod aegre cernitur. At si tenebrae sola negatione cognoscerentur, haec quidem cognitio videre dici non posset; quippe quae mentis potius, quam oculorum esset. Tenebrae, quae re vera nunquam sunt absolutae, sed vel obscurissima nocte tenui lumine collustratae, rectius *τὸ μόλις ὁρώμενον* quam *ἀόρατον* dicuntur,

ut illud huius verbi severitatem quasi leniat. A qua sententia non longe abest Philoponus.

Plurima in luce videntur, nonnulla in tenebris. Quae in luce videntur, suum praebent colorem; quae in tenebris, eorum proprius et definitus color non cernitur, sed variant et corruscant, v. c. fungus, cornu, piscium capita etc. Neque hoc ita intellegendum est, quasi haec in luce omnino non videantur; apparent autem diverso prorsus modo. Haec uno et communi nomine dici negat. Dixit tamen, *τὰ πυρώδη φαινόμενα καὶ λάμποντα*. Est haec quaedam significatio, etsi minus apta. Rem certius expressit de sensu 2. 437ᵃ 31. *τὰ γὰρ λεῖα πέφυκεν ἐν τῷ σκότει λάμπειν, οἷον κεφαλαὶ ἰχθύων τινῶν καὶ ὁ τῆς σηπίας θόλος.* Quid, quod universum idque gravissimum eorum genus, quae in luce non videntur, in tenebris sensum movent, silentio praetermissum est, caeli dico signa et ignea meteora, diei luce obruta et quasi obscurata, sola nocte fulgentia? Haec suo nomine *τὰ πυρώδη φαινόμενα καὶ λάμποντα* dicta esse videntur, ut haec a sequentibus, a muco, cornu etc. tanquam ab alienis segreganda sint. Exciderunt fortasse, quae exempla *μύκης, κέρας, κεφαλαὶ* etc. communi genere comprehenderent, velut si legeres: *ἄλλα δὲ (ἀνώνυμα δ' ἐστὶ ταῦτα ἑνὶ ὀνόματι)* etc. Ita quidem parenthesis suam haberet vim. Sed haec fortasse speciosiora, quam veriora, certe non necessaria, ut dubia in medio relinquamus. Coniecturam si non admittas, illud *ἑνὶ ὀνόματι*, uno nomine dici non posse premendum est.

[419ᵃ 7. *ἄλλος λόγος*. Bz. ind. Ar. 99ᵃ 12 respici censet de sensu 2. 437ᵇ 5.]

§ 5. 419ᵃ 7. Lux videndi est conditio. Movet enim color perspicuum, si re vera (*ἐντελεχείᾳ*) perspicuum est, i. e. si lux est, perspicuum denique sensum tangit. Haec Aristoteles in logicam notionem conferens suis formis ita expressit: *τοῦτο γὰρ ἦν αὐτῷ τὸ χρώματι εἶναι τὸ κινητικῷ εἶναι τοῦ κατ' ἐνέργειαν διαφανοῦς*, coloris naturam (*τὸ χρώματι εἶναι* — quae forma notionem ponit a rebus avocatam sola mente conceptam), coloris igitur naturam eo contineri, ut nihil sit, nisi vis perspicuum, si quidem actu est perspicuum, movendi. At quo tandem dativus *αὐτῷ* pertinet? Ad *φῶς* relatus omni sensu caret. Suspicor *αὐτό* i. e. hoc erat illud ipsum, quod diximus, (§ 1 *τοῦτο γὰρ ἦν*) *τὸ χρώματι εἶναι τὸ κινητικῷ εἶναι.* Quod Bekkeri codice W confirmatum videmus.

§ 6. 419ᵃ 15. Itaque si perspicuum necessario interiacere oportet, ut sensus moveatur: inanis est Democriti sententia, qui

tantum abest, ut intermedium necessarium arbitretur, ut pro impedimento, quo minus plura eaque accuratius videantur, habeat. Perspicuo non interposito nemo quicquam videret, sicut prorsus nihil cernitur, si res sensui ipsi imposita est. Similis est reliquorum sensuum ratio (§ 8). Democritus atomos in vacuo, quod posuit, oberrare statuens in his defixus, neque experientiam consulens has facile obstare putavit, quo minus res accurate perciperentur.

419ᵃ 21. *οὐχ ὅτι ἀκριβῶς κτλ.*] Si Buttmanni observatio (gr. media § 150. p. 441) *οὐχ ὅτι* ad affirmationem vergere recte se haberet, exspectandum esset *οὐχ ὅπως*. [Bz. ind. Ar. 539ᵇ 24 exempla affert negationis *οὐ* cum particula *ὅτι* coniunctae: *οὐχ' ὅτι — ἀλλὰ καί.*]

§ 9. 419ᵃ 32. Themistius fol. 79 b.: *τὸ δὲ μεταξὺ ψόφου καὶ ὀσμῆς ἀὴρ καὶ ὕδωρ, οὐχ ᾗ ἀὴρ καὶ ὕδωρ, ἀλλ' ὥσπερ τὸ διαφανὲς κοινὸν ἦν πάθος τῶν δύο μάλιστα τούτων στοιχείων, δι' οὗ παραπέμπει τὰ χρώματα, οὕτως ἄλλο τι ὑποληπτέον κοινὸν εἶναι πάθος τῶν αὐτῶν τούτων στοιχείων, ὃ παραπέμπει τοὺς ψόφους καὶ αὖ ἄλλο ὃ παραπέμπει τὰς ὀσμάς.* Unde Brandisium acute coniecisse scimus, Themistium ita legisse, ut etiam soni medium ad *ἀνώνυμον* trahere posset: *τὸ δὲ μεταξὺ ψόφων καὶ ὀσμῆς ἀνώνυμον.* Reliqui interpretes vulgatam tuentur.

419ᵃ 32. *ὀσμῆς δ' ἀνώνυμον*] Adeo lingua duce de rebus cogitare solemus, ut verba e medio accepta cogitationes aeque cohibeant atque amplificent. Magna in eo cernitur Aristotelici acuminis vis, ut linguam post se relinquat, ut rerum rationes nondum observatas neque a lingua significatas tanquam gravissimas indicet. Quod si quoties et in physicis et in ethicis *ἀνώνυμα* significet, attenderis, sagacitatem, quae communem sensum superavit, admiraberis. [Exempla invenies in Bz. ind. Ar. 69ᵇ 2 sqq.] Adeo Aristoteles, verborum finibus haudquaquam coercitus, in res ipsas descendit.

419ᵃ 33. *τὸ δίοσμον* et *διηχές*, illud, quod odorem, hoc, quod sonum transmittit, Philopono auctore (L. fol. 2 b), qui Aristotelem secuti sunt, ut Theophrastus, nominarunt. Quia aquatilia odore non plane carent (quae res a recentioribus confirmatur): id, quod aeri et aquae commune est, odorandi est conditio.

His de visu in pauca collatis, Aristoteles id confecit, ut notiones magis logice adstringeret; demonstravit enim, qualis hoc loco *δυνάμεως* et *ἐντελεχείας* sedes, ut tres motus rationes tum moventis tum moti et rursus moventis, tum simpliciter moti

etiam in visu indicaret, ut, quae inter lucem et pellucidum, inter pellucidum et visum ratio intercedit, certius exprimeret, ut denique intermedii corporis necessitatem aperiret.

Cap. 8.

Aristoteles de auditu vel potius sono ita agit, ut primum (§ 1—4), quid sit quod sonum edat et quomodo, exponat, deinde (§ 5. 6), quid sit medium, quo sonus ad sensum accedat, tum (§ 7) qualis ictus sensum efficiat, quae sint soni species (§ 8) denique quibus e causis vox, quae est animantium sonus oriatur (§ 9—12). Conferas cum hoc capite librum de caelo II, 9. 290ᵇ 12 sqq.

§ 1. 419ᵇ 4. Sonus *δυνάμει;* sonus *ἐνεργείᾳ.* *ψόφον ἔχειν* ea dicuntur, quae ita comparata sunt, ut sonum edere possint (cf. III, 2. 425ᵇ 29). Itaque cum *ψόφος* eiusmodi aliquid dicatur, quod habetur, possidetur: est tanquam qualitas, quae rebus inest, ut non solum agat, sed etiam quiescat. Quo *ψόφου* usu recte dici potest, *ὁ δὲ ψόφος δύναμις*, ut non opus sit, quod voluerunt, scribere *δυνάμει.*

Mollia sonum efficere non possunt, quae autem solida et lēvia sunt, efficiunt.

429ᵇ 7. *ὅτι δύναται ψοφῆσαι, τοῦτο δ' ἐστὶν αὐτοῦ μεταξὺ καὶ τῆς ἀκοῆς ἐμποιῆσαι ψόφον ἐνεργείᾳ*] Sonare i. e. quod inter id, quod sonat, et auditum intermedium est, sono implere (*ἐμποιῆσαι*). Quae definitio cum mihi inutilis videretur, in coniecturam incidi, ut legerem *καὶ τοῦ μεταξῦ*, ea quidem sententia: ut sonus *ἐνεργείᾳ* fieri dicatur, opus esse etiam medio, quod propaget, et auditu, qui suscipiat. Sed in librorum auctoritate facile acquiescas.

§ 2. 419ᵇ 9. *γίνεται δ' ὁ κατ' ἐνέργειαν ψόφος ἀεί τινος πρός τι καὶ ἔν τινι*] Quia sonus ictu exsistit, aliquid ab aliquo percutiatur necesse est (*τινὸς πρός τι*); ictus vero quod solo motu conficitur, spatium aliquod requirit, in quo hic percutientis motus fiat (*ἔν τινι*). Hoc quidem ex ictus vi consequitur, de quo tanquam necessaria soni conditione hoc loco agitur (*ἕτερον γὰρ τὸ τύπτον καὶ τὸ τυπτόμενον*). Cave igitur, ne ab hac conditione discedens *πρός τι* sensum putes, ad quem sonus defertur, neve *ἔν τινι* aerem intermedium, quem sonus, dum ad aures accidat, percurrit. De sensu hic non quaeritur, sed de iis, quae ad sonum efficiendum necessaria sunt. Illud *ἔν τινι* verbis *πληγὴ δ' οὐ γίνεται ἄνευ φορᾶς* tanquam causa sua explicatur. Quod interpretes, ut Simplicius,

adeo neglexerunt, ut rei male intellectae (traxerunt enim ad aerem inter sonum et sensum intermedium) alienam causam intruderent.

Ictus igitur sonum efficit. Cf. Plat. Tim. p. 67 B. *ὅλως μὲν οὖν φωνὴν θῶμεν τὴν δι' ὤτων ὑπ' ἀέρος ἐγκεφάλου τε καὶ αἵματος μέχρι ψυχῆς πληγὴν διαδιδομένην.* Mollia, ut lana, percussa non sonant. Quod non ita dictum est, quasi de iis agatur, quae vel sonum edant vel prorsus nullum. Id potius spectari videtur, quid sonum minuat, quid augeat. Augent solida, lēvia, cava. Hoc si consilium non esset, vix, quid huc lēvium et concavorum mentio pertineret, perspiceres. Si mollia et dura inter se opponerentur sola, de iis, quae sonum vel edunt, vel non edunt, agi putares; id quod recte vidit Simplicius.

Conradus Gesner: „An *τύπτειν* et *πλήσσειν* communius dicuntur? *πατάσσειν* vero, ubi latitudo aliqua in verberando est et sonus *μετὰ πατάγου* redditur. Atqui inferius paulo sequitur *βελόνην βελόνῃ πατάσσειν. Ῥαπίζειν* vero, cum oblongo, angusto et lento aliquo, ut virga vel flagro ferimus, unde sibilus quidam et stridor redditur." — In qua vocis *πατάσσειν* definitione aliquid veri inesse videtur, siquidem maiorem usus partem spectare velis, ut *πατάσσειν ἐπὶ κόρρης*, *πατάσσειν τὼ χεῖρε*, *πατάσσειν τὴν θύραν*, *πατάσσειν* de corde.

419b 16. *τῇ ἀνακλάσει*] sono hinc illinc repercusso, quum aer sono commotus non habeat, quo exeat. cf. § 4.

§ 3. 419b 19. *τὸ κύριον* ita ab Aristotele adhibetur, ut, quod ex pluribus causis, quae una agunt, omnium maxime [1]) agit, significet; causa igitur est praecipua et quasi praepotens, a qua ceterae moventur, etiamsi alias non excludit. metaph. *Λ*, 10. 1075b 17. *καὶ τοῖς δύο ἀρχὰς ποιοῦσιν ἄλλην ἀνάγκη ἀρχὴν κυριωτέραν εἶναι καὶ τοῖς τὰ εἴδη, ὅτι ἄλλη ἀρχὴ κυριωτέρα.* metaph. *Λ*, 9. 1074b 19. *εἴτε νοεῖ, τούτου δ' ἄλλο*

---

1) [„Vorherrschend und dadurch beherrschend" Trd. Cf. Bz. ind. Ar. 415b 34. „*κύριος* 1. penes quem aliquid decernendi potestas est, sive is homo est, sive institutum aliquod („entscheidend"); prouti natura fert eius nominis, cui additur, adiectivum *κύριος* significare potest id quod ratum ac firmum est („giltig"); ubi non significatur, quo pertineat decernendi potestas, *κύριος* levissimo transitu, quem vix ubique distinguas, praecipuum ac primarium potest notare." — ibid. 416a 56. „*κύριος*, *κυρίως* 2. ipsam propriam ac primariam alicuius vocabuli notionem, proprium ac peculiare alicuius notionis nomen significat." Cf. ad de an. II, 4. 418a 3.]

κύριον, οὐκ ἂν ἡ ἀρίστη οὐσία εἴη. metaph. I, 4. 1055ᵇ 22. ἢ τῷ κυρίῳ ἢ πάντη. eth. Nicom. VI, 2. 1139ᵃ 17. τρία δ' ἐστὶν ἐν τῇ ψυχῇ τὰ κύρια πράξεως καὶ ἀληθείας, αἴσθησις νοῦς ὄρεξις. eth. Nicom. II, 2. 1103ᵇ 30. αὗται γὰρ (αἱ πράξεις) εἰσὶ κύριαι καὶ τοῦ ποιὰς γενέσθαι τὰς ἕξεις. Aer igitur non praecipua et praepotens soni causa est; sed solida cum inter se tum ad aerem concuti debent; hoc autem ita fieri debet, ut aer non ante diffluat, quam corpora concutiantur. Itaque tanta in ictu motus vehementia esse debet, ut aerem, priusquam dilabatur, quasi occupet et praevertat. Haec quidem plana. Sed quale est exemplum, quod additum legimus?

419ᵇ 24. ὥσπερ ἂν εἰ σωρὸν ἢ ὁρμαθὸν ψάμμου τύπτοι τις φερόμενον ταχύ] velut si quis acervum aut cumulum celeriter feriat. Quid est, cur ὁρμαθὸν quasi orationem corrigens addiderit? ὁρμαθὸς proprie series est; ita ὁρμαθὸς νεοττιῶν hist. anim. VI, 1. 559ᵃ 8. ὁρμαθοὶ τῶν ἁμαξῶν Xenoph. cyrop. VI. 3, 2. quid autem arenae series? quid, quod additur arenae series mota? De arenae serie nobis non constat. Exemplum ita sibi finxisse videtur. Ictus, si in arenae cumulum lente inicitur, nullum sonum efficit; suppetit enim tempus, ut arenulae in utrumque latus ictui cedant; si autem arena celeriter pellitur, ut minus cedat, quam ictum sequatur, ac magis comprimatur, quam discutiatur: sonus auditur. Ita praepotenti celeritate diffluens aer cohibendus est, ut sonus nasci possit. Itaque φερόμενον ταχύ, si recte se habet, quasi ab effectu dictum videtur: si quis arenae cumulum ita pulset, ut arena celeriter moveatur eoque motu comprimatur. Nec multo clarius Alexander Aphrodisiensis de anima I, 18. περὶ ἀκοῆς fol. 131 b, qui haud dubie φερόμενον legit. Locum his verbis exponit: ἤδη δὲ καὶ μόνος ὁ ἀὴρ πληγείς πως ψόφον ποιεῖ διὰ τὴν τῆς πληγῆς ταχύτητα ὡς στερεαιὸς (fortasse στερεὸς) ἀντιτυπῶν τῷ πλήσσοντι, φθάνοντι διὰ τὴν ταχύτητα τῆς πληγῆς τὴν οἰκείαν αὐτοῦ διαίρεσίν τε καὶ θρύψιν. ὡς ἐπὶ τῶν μαστίγων γίνεται. ὡς εἴγε μὴ γίνοιτο θᾶττον ἡ ἀπὸ τῆς πληγῆς κίνησις τῆς θρύψεως τοῦ ἀέρος, οὐκ ἂν ψόφος γίνοιτο· ὥσπερ οὐδ' ἐὰν εἰς σωρὸν ἄμμιον τύπτῃ τις φερόμενον ταχὺ μὴ φθάνων τὴν θρύψιν αὐτοῦ καὶ φθορὰν (fortasse φορὰν) τῇ πληγῇ. Averroes, ut e Dandino cognoscimus, non legit φερόμενον; quam vocem agnoscere videtur Themistius, an Simplicius et Philoponus legerint, incertum est; nihil enim explicant.

§ 4. 419ᵇ 25. Vocis imago ex aëre repercusso oritur. In quo id quidem difficile est, quod Aristoteles aërem ab aëre nec

vero a solido aliquo corpore reddi ait. *ὅταν ἀπὸ τοῦ ἀέρος — — πάλιν ὁ ἀὴρ ἀπωσθῇ.* Hoc ad aërem, quem inter solida concussa ad sonum excitandum esse oporteat, redire videtur. Hic aer ictu compressus, si propter cavam vasis naturam nusquam effugere potest (*ἑνὸς γενομένου*, qui non per se unus est, sed ictu et cohibente vase unus factus) adeo sua vi repellit, ut sonus reddatur. In eo igitur scriptor sibi constat, quod soni repercussum non a solo pariete, sed etiam ab aëre, [1]) quem interiectum voluit, repetit. Vas propter cavi corporis naturam id efficit, ut ne aer diffluat (*τὸ διορίσαν καὶ κωλῦσαν θρυφθῆναι*). Quod additur, hoc fieri, sicut in pila qua luditur: id, etiamsi grammatica ratio ferat, non ad aerem compressum et maiore vi dilatatum pertinere potest, sed ad repercussum simpliciter. cf. meteor. I, 3. 340a 28. *μήτε τῶν ἀπὸ τῆς γῆς ἀνακλωμένων ἀκτίνων.* phys. VIII, 4. 255b 27. *κατὰ συμβεβηκὸς γὰρ κινεῖ, ὥσπερ καὶ ἡ ἀνακλασθεῖσα σφαῖρα οὐχ ὑπὸ τοῦ τοίχου ἐκινήθη, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ βάλλοντος.* E quo nihil attinet colligere, quod quidem iure colligi potest, vocis imaginem, tanquam pilam *κατὰ συμβεβηκὸς* tantum a pariete moveri. Hoc autem animadvertas, quod *ἡ ἀνακλασθεῖσα σφαῖρα* dicitur. probl. IA, 23. 901b 19. (*ἡ ἠχὼ*) *ἀνάκλασίς ἐστιν, ἀλλ' οὐ κατάκλασις· οὕτω δὲ τὸ ὅλον διαμένει καὶ δύο μέρη ὁμοιοσχήμονα ἐξ αὐτοῦ γίνεται. πρὸς ὁμοίαν γὰρ γωνίαν ἐστὶν ἡ ἀνάκλασις. διὸ καὶ ὁμοία γίνεται ἡ τῆς ἠχοῦς φωνὴ τῇ ἐξ ἀρχῆς. Ἀνάκλασις* igitur propria de repercutiendo vox sive corpora sive radii vel lucis vel soni repercutiantur. Ita de color. 3. 793b 23. *τὸ γὰρ φῶς ὅταν προςπεσὸν ὑπό τινων χρωσθῇ καὶ γένηται φοινικοῦν ἢ ποῶδες, καὶ τὸ ἀνακλασθὲν προσπέσῃ πρὸς ἕτερόν τι χρῶμα, πάλιν ὑπ' ἐκείνου κεραννύμενον ἄλλην τινὰ λαμβάνει τοῦ χρώματος κρᾶσιν*, quo loco, ut physicorum more loquamur, non de lumine refracto, sed potius reflexo cogitandum est. Vocis origo errori locum dare potest; unde factum est, ut locus, quem e libro de coloribus

---

1) [Id negat Torstrikius; neque enim ab aëre aërem repercuti, sed a solido corpore. Comparat probl. IA, 901b 16. *διὰ τί, εἴπερ ἡ φωνή ἐστιν ἀήρ τις ἐσχηματισμένος καὶ φερόμενος, διαλύεται πολλάκις τὸ σχῆμα, ἡ δὲ ἠχώ, ἣ γίνεται πληγέντος τοῦ τοιούτου πρός τι στερεόν, οὐ διαλύεται αὕτη, ἀλλὰ σαφῶς ἀκούομεν αὐτῆς; ἢ ὅτι ἀνάκλασίς ἐστιν ἀλλ' οὐ κατάκλασις; οὕτω δὲ τό θ' ὅλον διαμένει καὶ δύο μέρη* (h. e. sonus, qui prior fuit et repercussus sonus) *ὁμοιοσχήμονα ἐξ αὐτοῦ γίνεται· πρὸς ὁμοίαν γὰρ γωνίαν ἐστὶν ἡ ἀνάκλασις· διὸ καὶ ὁμοία γίνεται ἡ τοῦ ἠχοῦς φωνὴ τῇ ἐξ ἀρχῆς.* Cum codd. SUVX igitur omittit, quod 419b 25 legitur *ἀπὸ τοῦ.*]

citavimus, Aristotelis de anima sententiis repugnare iudicaretur; quod sane immerito accidit.

Vocis etiamsi exiguam, aliquam tamen ubique esse repercussionem consentaneum est. Ita et lumen ubique remittitur; si enim lumen ab iis, quae circumiacent, non reflecteretur, umbra in ipsas tenebras abiret, neque alio loco, nisi aprico, videres. Neque tamen lumen ita a quovis remittitur, ut ab aere, cuius redditum lumen ad ipsam umbram proiciendam vim habet.

§ 5. 419^b 33.[1]) *τὸ δὲ κενὸν ὀρθῶς· λέγεται κύριον τοῦ ἀκούειν*] A quo hoc dicitur? Fortasse ab Empedocle, etsi fragmenta certum indicium non praebent. Aristoteles va-

---

1) 419^b 25 *ἠχὼ* — 420^a 19. *ἀέρα*] In his de duabus agi rebus exponit To.; prius de *ἠχοῖ* — 420^a 2. *λείου ἐπίπεδον*, deinde de aëre cum ipso auditu concreto, qui in cavitate tympani includitur 420^a 3. *ψοφητικὸν* — 19. *ἀέρα*. Intra prioris autem loci fines interposita esse quaedam, quae ad secundum locum pertineant: 419^b 33. *τὸ δὲ κενὸν ὀρθῶς λέγεται κύριον τοῦ ἀκούειν· δοκεῖ γὰρ εἶναι κενὸν ὁ ἀήρ* (intellege *ὁ ἐν τοῖς ὠσὶν ἐγκατῳκοδομημένος*), *οὗτος δ' ἐστὶν ὁ ποιῶν ἀκούειν*. Ea verba manifesto cognata esse cum his, quae altero loco legantur: *καὶ διὰ τοῦτό φασιν ἀκούειν τῷ κενῷ καὶ ἠχοῦντι, ὅτι ἀκούομεν τῷ ἔχοντι ὡρισμένον τὸν ἀέρα*, 420^a 18. Utroque loco explicari opinionem quandam popularem: „cum enim sub tympani membrana vacuum esse videretur, dicebant nos vacuo audire." Cf. de part. anim. B, 10. 656^b 15 *ἔχει τὴν ἀκοὴν ἔνια τῶν ζῴων ἐν τῷ τόπῳ τῷ περὶ τὴν κεφαλήν· τὸ γὰρ κενὸν καλούμενον ἀέρος πλῆρές ἐστι, τὸ δὲ τῆς ἀκοῆς αἰσθητήριον ἀέρος εἶναί φαμεν*. Verba autem 419^b 33—34 eo loco, quo nunc posita sunt, ferri non posse: „primum enim quomodo et quando fiat *ἠχὼ* Ar. enarrat, 419^b 25. *ἠχὼ* — 27. *σφαῖρα*. Deinde demonstrat omnem sonum repercuti quidem, sed ita repercuti ut auditum non feriat nisi a superficie plana vel, quod ipse dicit, lēvi repercutiatur. Illustrat hoc ipsius lucis exemplo: nam in luce quoque utrumque usu venit, ut et semper repercutiatur et, nisi a superficie lēvi, adeo repercutiatur obscure ut vix lucem voces: quia videlicet lux diffusa non efficit umbram, qua re definimus lucem. Eodem modo, inquit, etiam sonus repercutitur, modo aër continuus sit et unus: sed propter aeris naturam, quia facile diffluit, auditum non stringi nisi a superficie lēvi repercutiatur: sin ita, unus est aer, et omnes aëris moti particulae simul repercutiuntur, propter superficiei naturam, quam lēvem esse posuimus: una enim est rei laevis superficies." Cum hac re verba 419^b 33—34 nihil commune habere, intercidisse autem ea verba, quibus a comparatione lucis ad sonum reditur, nec quicquam ex iis reliquum esse nisi haec: *ὅταν κινηθῇ συνεχὴς καὶ εἷς*. — Quod denique utraque sententia 419^b 33 et 420^a 18 non tantum cognata, sed una eademque vario modo dicta sit, id eo esse factum, quod verba prioris editionis horum librorum, quam Aristoteles instituit, principio scripta fuerint in margine secundae; deinde ea sive casu sive consilio detrusa esse in lacunam illam, quae est post 419^b 33. *ὁρίζομεν*.

cuum esse in rerum natura non statuit, cf. phys. IV, 6. 7. 8. 213a 12 sqq. Sed cum veteres aërem in mente haberent, ubi de vacuo disputarent, Aristoteles ita se ad eorum sententias accommodat, ut vacui notionem ad aërem traducat. phys. IV, 6. 213a 28. *οἱ δὲ ἄνθρωποι βούλονται κενὸν εἶναι διάστημα, ἐν ᾧ μηδέν ἐστι σῶμα αἰσθητόν· οἰόμενοι δὲ τὸ ὂν ἅπαν εἶναι σῶμα, φασὶν ἐν ᾧ ὅλως μηδέν ἐστι, τοῦτ' εἶναι κενόν. διὸ τὸ πλῆρες ἀέρος κενὸν εἶναι.* Aërem ipsius soni praecipuam esse causam Aristoteles negavit; ex ictu enim pendet. Quod autem sonus ad sensum defertur et ab auditu suscipitur, id aëri potissimum debetur (*κύριον τοῦ ἀκούειν*). Id hoc loco agitur, ut aër, quatenus sonum propagat, ab aëre, qui ad efficiendum concurrit, segregetur. Quaeras enim, quidni hic quoque aër, qui unus et continuus dicitur, sonum edat. Sed hic aër neque ab ictu compressus neque ulla re obstante cohibitus non sonat; diffluit enim.

419b 35. *ψαθυρός*, quotquot docent lexica significationes, h. l. significat, quod facile diffluit. Ita de sensu 4. 441a 25., ubi aqua oleo opposita *ψαθυρά* dicitur, quoniam oleum difficilius dilabitur. *ἀλλ' ἐπεκτείνεται ἐπὶ πλεῖον τοῦ ὕδατος τὸ ἔλαιον διὰ τὴν γλισχρότητα. τὸ δ' ὕδωρ ψαθυρόν ἐστι· διὸ καὶ χαλεπώτερον φυλάξαι ἐν τῇ χειρὶ ὕδωρ ἢ ἔλαιον.* Quod in aquam cadit, si oleo opposueris, id multo magis in aerem. hist. an. III, 1. 510b 25. *ὡς δύο ἐχόντων ᾠὰ τῶν ἰχθύων τούτων, ὅσων λέγεται τὸ ᾠὸν εἶναι ψαθυρόν. ἔστι γὰρ οὐχ ἕν, ἀλλὰ πολλά, διόπερ διαχεῖται εἰς πολλά.* meteorol. IV. 9. 387a 11. *γλίσχρον δ' ἐστίν, ὅταν ἑλκτὸν ᾖ, ὑγρὸν ὂν ἢ μαλακόν. τοιοῦτον δὲ γίνεται τῇ ἐπαλλάξει ὅσα ὥσπερ αἱ ἁλύσεις σύγκειται τῶν σωμάτων· ταῦτα γὰρ ἐπὶ πολὺ δύναται ἐκτείνεσθαι καὶ συνιέναι. ὅσα δὲ μὴ τοιαῦτα, ψαθυρά.* Quo loco *ψυθυρὸν* lento opponitur, lentum autem aeris naturae, qui facile et pellenti cedit et pulsus redit, h. e. elasticae, quam vocant, naturae plane contrarium. cf. Galenus in Hippocratis prorrh., qui *ψαθυρὰ* interpretatur *τὰ εὐδιάλυτα καὶ μηδεμίαν ἕνωσιν ἔχοντα δύσλυτον.* Removendae igitur ceterae significationes, quas *ψαθυρὸν* habet.

420a 1. *τότε δὲ εἷς γίνεται ἅμα διὰ τὸ ἐπίπεδον· ἓν γὰρ τὸ τοῦ λείου ἐπίπεδον*] Aer, qui ad sonum propagandum valet, *εἷς καὶ συνεχής*, qui ad efficiendum, solummodo *εἷς* dicitur. Ille igitur cum universi aeris continuitate confusus, hic ab illa ictu quodammodo segregatus, ut quasi in semet ipso unus significari possit. Ita haec distinguenda sunt, ne sibi repugnare videantur.

§ 6. 420ª 3.[1]) Haec igitur definitio ex iis, quae antecedunt, consequitur: *ψοφητικὸν μὲν οὖν τὸ κινητικὸν ἑνὸς ἀέρος συνεχείᾳ μέχρις ἀκοῆς.* Quod sonandi facultatem habet, id aerem eumque unum ad auditum usque continuitate quadam movere potest. *συνεχείᾳ* igitur non ad notionem *ἑνὸς* sed ad *κινητικὸν μέχρι τῆς ἀκοῆς* trahendum est. Quomodo ita sonus percipiatur, id sequentibus exponitur: *ἀκοὴ δὲ συμφυὴς ἀέρι.* Aer auri insitus, ut auditus cum aere coalescat. Unde fit, ut id quod sonat, quoniam auditus aeri quasi immersus est, aere externo moto, internam quoque moveat partem. *τὸ εἴσω κινεῖ,* quaeri potest, quid sit subiectum? Personam indefinitam *τις* addere nihil attinet. Quare ex antecedentibus *ψοφητικὸν* repetas, quod, moto aëre, sensum ipsum movet, nisi genetivus absolutus, ubi subiecti nominativus requiritur, positus est i. e. *κινούμενος ὁ ἔξω ἀὴρ τὸ εἴσω κινεῖ.* de part. animal. II, 10. 656ᵇ 14. *ἔχει δὲ καὶ τὴν ἀκοὴν εὐλόγως ἔνια τῶν ζῴων ἐν τῷ τόπῳ τῷ περὶ τὴν κεφαλήν· τὸ γὰρ κενὸν καλούμενον ἀέρος πλῆρές ἐστι. τὸ δὲ τῆς ἀκοῆς αἰσθητήριον ἀέρος εἶναί φαμεν.* de an. gen. V, 2. 781ª 14 sqq., ubi plura, quomodo auditus cum aëre coniunctus sit, afferuntur. *τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ἔχει καὶ περὶ τὴν ἀκοὴν καὶ περὶ τὴν ὄσφρησιν. ἓν μὲν γάρ ἐστι τοῦ ἀκριβῶς ἀκούειν καὶ ὀσφραίνεσθαι τὸ τὰς διαφορὰς τῶν ὑποκειμένων αἰσθητῶν ὅτι μάλιστα αἰσθάνεσθαι πάσας· ἓν δὲ τὸ πόρρωθεν καὶ ἀκούειν καὶ ὀσφραίνεσθαι κτλ. — — ὁ μὲν οὖν τῆς ἀκοῆς ἐπεί ἐστι τὸ αἰσθητήριον ἀέρος, ᾗ τὸ πνεῦμα τὸ σύμφυτον ποιεῖται κτλ.*

Hic insitus et quasi ingenitus aer facit, ut sola aure neque alia corporis parte audiamus. Id tamen additur *οὐ γὰρ πάντῃ ἔχει ἀέρα τὸ κινησόμενον μέρος καὶ ἔμψυχον.* Partem enim, quae quasi animata se ipsa motura est (*κινησόμενον*, in quo

---

1) [Cf. tamen quae To. ad hanc paragraphum coniecit. Locum alterum 420ª 3. *ψοφητικὸν* — 19. *ἀέρα* non lacunis deformari, sed perversa quadam abundantia exponit To. — cf. in apparatu critico ea, quae uncis inclusit. Quod ª 4 legebatur *ἀκοὴ δὲ συμφυὴς ἀέρι* correxit e cod. W et Philopono; aërem enim *ἐγκατῳκοδομημένον* in auribus concrevisse cum auditu, ac ridiculum esse dicere auditum concrevisse cum aëre. — Porro 4—5. quod legebatur *κινουμένου τοῦ ἔξω τὸ εἴσω κινεῖ* sensu carere; nam si *τὸ εἴσω* esset accusativus, Aristotelem scribere debuisse *κινούμενος ὁ ἔξω τὸν εἴσω κινεῖ.* Restituit igitur *κινουμένου τοῦ ἔξω ὁ* (codd. ETXy) *εἴσω κινεῖται* (codd. EUXy): „per aërem externum motum eo motu qui est sonus, movetur aër in aure inclusus." — Deinde 6. scribit pro *ἔμψυχον* quod legebatur, *ἔμψοφον* (= *τὸ ψόφον ἔχον*); in corpore enim animato cum non sola auricula sit *ἔμψυχος*, huic vocabulo hic non esse locum. — l. 7. cum Themistio scribit *αὐτὸς* loco *αὐτό*.]

urgeas medii vim), *ὄργανον* intellegas, quod aere utatur, tanquam necessaria audiendi conditione.

In sequentibus duo sibi inter se repugnare videntur, quod primum dicit 9. *ὁ ἐν τοῖς ὠσὶν (ἀὴρ) ἐγκατῳκοδόμηται πρὸς τὸ ἀκίνητος εἶναι*, deinde autem 16. *ἀεὶ γὰρ οἰκείαν τινὰ κίνησιν ὁ ἀὴρ κινεῖται ὁ ἐν τοῖς ὠσίν*. Quid enim haec, aërem auri esse inclusum, ut non moveatur, et denuo hunc aërem suum habere motum et praeterea ipsius motu effici, ut audiatur? Laborant interpretes, ut has angustias effugiant. Alii, negationis vim paululum laxant, ut aer intellegatur non penitus immobilis, sed quietus vel vehementiori motui occlusus. Sed de vehementiori motu nihil agitur. Alii, ut Philoponus, de hac aëris sede cogitant, quae una et eadem maneat, quae commutetur nunquam. Sed hoc vix eo pertinet, ut accuratius audias. Cave ne *ἀκίνητος* in *εὐκίνητος* convertere velis. Hoc enim esset, lapidem nec movere nec tollere, sed devitare vel circumire. Aristoteles, qui in omni naturae instituto et structurae ratione suum quaerit consilium (*τὸ οὗ ἕνεκα*), cuius rei pulcherrimum exemplum ipsi sunt de partibus animalium libri, id agit, ut, cur aer inclusus sit, exponat. Quid vero est, quod facilis aëris mobilitas cum sede prorsus clausa commune habet? Haec potius inter se pugnant. — Quid igitur aer aure contentus immobilis dicitur? Quodsi et sono movetur et suum habet sonum: propterea inclusus est, ut a ceteris aëris fluctibus et turbis immunis (*πρὸς τὸ ἀκίνητος εἶναι*) soni motui suscipiendo eiusque differentiis percipiendis eo magis pateat (*ὅπως ἀκριβῶς αἰσθάνηται πάσας τὰς διαφορὰς τῆς κινήσεως*).

Quod autem de proprio aeris in aure motu affert, id eo tendit, quod auris digito compressa in se ipsa videatur sonare; cui sono rectissime, Simplicio auctore, cornu contulit, in quo eodem modo, aëre in corpus solidum incurrente, sonus exsisteret.

420ª 16. *κέρας*] cf. *περὶ ἀκουστῶν* 802ª 17. *ἀπὸ δὲ τῶν ἄλλων ὀργάνων οἱ τῶν κεράτων ἦχοι πυκνοὶ καὶ συνεχεῖς πρὸς τὸν ἀέρα προσπίπτοντες ποιοῦσι τὰς φωνὰς ἀμαυράς, διὰ δὴ τὸ κέρας τὴν φύσιν ἔχειν τῆς αὐξήσεως ὁμαλὴν καὶ λείαν καὶ μὴ ταχέως ἐκδεδραμηκυῖαν.*

In aqua audimus, nisi aqua in ipsam inclusi aëris sedem intraverit. Quod si fit, sensus perit (*οὐκ ἀκούει* sc. *τις*).

420ª 14. *οὐδ' ἂν ἡ μῆνιγξ κάμῃ*] — *ἡ μῆνιγξ*. Ea potissimum membrana dicitur, quae cerebrum circumdat, histor. an. I, 16. 495ª 8. *ἔστι δ' ὑμὴν δερματικὸς ἡ μῆνιγξ ὁ περιέχων τὸν ἐγκέφαλον.* de part. anim. II, 7. 652ᵇ 30. *τελευτῶσιν*

αἱ φλέβες εἰς τὴν μήνιγγα τὴν περὶ τὸν ἐγκέφαλον. tamen et membranas universas significat, ut oculi: de gener. anim. V, 2. 781ᵃ 19. *ὥσπερ ἐπὶ τῆς ὄψεως, ἂν ᾖ καθαρὸν αὐτό τε καὶ ἡ περὶ αὐτὸ (τὸ αἰσθητήριον) μῆνιγξ,* quae paulo infra *ὑμὴν τῆς ἐπιπολῆς* vocata esse videtur (de sensu 2. 438ᵇ 2). Ita hoc loco *μῆνιγξ* ad aurem adhibita est (probl. XXXII, 13. 961ᵃ 38) cf. *ὕλη ἀνθρωπίνη*, scr. et edid. L. Philippson. 1831. p. 7. *ὅτι ἀκούομεν τῷ ἔχοντι ὡρισμένον τὸν ἀέρα.* i. e. *τῷ μορίῳ τῷ ὡρισμένον τὸν ἀέρα ἔχοντι.* Sophon.: *ὅτι ἀκούομεν τῷ ἐντὸς ὡρισμένῳ ἀέρι.* Ceteri non discrepant a vulgata commentatores.

§ 7. 420ᵃ 20. *ἢ καὶ ἄμφω*] *ἢ* particula responsioni inservit, v. ad. I, 1. § 11, i. e. neque unum neque alterum sonat solum; sed potius (*καὶ*) utrumque.

420ᵃ 25. *τὸν ἀέρα ἀθροῦν ἀφάλλεσθαι*] ut aëris non aliquantula pars, sed quasi moles resiliat.

§ 8. 420ᵃ 29. *ὀξὺ καὶ βαρὺ*] cf. Plat. Timaeus p. 67. de gen. anim. V, 7. Plato Tim. p. 67 c.: *ὅση δ' αὐτῆς ταχεῖα (κίνησις), ὀξεῖαν· ὅση δὲ βραδυτέρα, βαρυτέραν (θῶμεν).* Quae definitio tacite fortasse sequentibus respicitur et corrigitur.

τὸ ὀξὺ et *βαρὺ* i. e. acutum et grave non solum sonorum, sed sonantium corporum differentiae dicuntur. Cernuntur autem in sono, qui agit. Ut enim colores sine lumine non videantur, ita et acutum et grave non esse sine sono. In qua quidem similitudine aliquid desideratur. Non enim eadem est inter lumen et colores ratio, quae inter sonum et soni differentias; est potius sicut color et coloris species. Sonus acutus sensum brevi tempore multum, gravis multo paululum movet, ut ille, quemadmodum res obtusa, pellere: hic, ut acuta, pungere videatur. Negatur tamen acutum sonum per se esse celerem, gravem lentum, id demum sequi *κατὰ συμβεβηκός (ὥστε συμβαίνει τὸ μὲν ταχὺ τὸ δὲ βραδὺ εἶναι).* Quid autem illud est, propter quod acutum sonum per se esse celerem, gravem lentum neges? *οὐ δὴ ταχὺ τὸ ὀξύ, τὸ δὲ βαρὺ βραδύ, ἀλλὰ γίνεται τοῦ μὲν διὰ τὸ τάχος ἡ κίνησις τοιαύτη, τοῦ δὲ διὰ βραδυτῆτα.* acuti propter celeritatem eiusmodi fit motus, gravis soni propter tarditatem. Philopon. L. fol. 7 b. *ἵνα μήτις νομίζῃ ὅτι αὐτὸς ὁ ὀξὺς ψόφος ταχέως ἢ βραδέως κινεῖται. ἐνέργεια γάρ ἐστιν ἀέρος ἀσώματος* (de qua re ne vestigium quidem apud Aristotelem) *τὸ δὲ ἀσώματον οὐ κινεῖται κατὰ τόπον, ἀλλ' ὀξὺς λέγεται ψόφος τὸ ὀξέως κινεῖσθαι τὸν ἀέρα οὗ ἐστιν ἐνέργεια. ὁμοίως δὲ καὶ βραδύς. ἢ οὖν τοῦτο*

σημαίνει διὰ τοῦ εἰπεῖν ἀλλὰ γίνεται τοῦ μὲν διὰ τάχους ἡ κίνησις τοιαύτη, τοῦ δὲ βραδυτῆτα, ἀντὶ τοῦ διὰ τάχος τοῦ κινουμένου σώματος ἐν ᾧ ἐστι τοιαύτη γίνεται καὶ ἡ κίνησις τῆς αἰσθήσεως ὑπὸ τοῦ ψόφου. hoc si est, non sono, sed corpori, in quo est, vel celeritas vel tarditas tribuitur. Sed hoc ipsum, in quo inessent omnia, nusquam dictum est; imo alio loco aeri, nec vero corpori (de gen. anim. V. 7. 787ᵇ 2 sqq.) vel maior vel minor in his celeritas assignatur. Obscura haec verba eo fortasse tendunt, ne hae soni species suo quaeque modo ad aurem accidentes in sola quanti differentia i. e. in sola maiore vel minore motus celeritate positae esse existimentur, sed ut a quanti mensura ad propriam qualitatis naturam traducantur. Sed cuinam rei utrum aeri an ictui et percussis corporibus motus celeritatem tarditatemve tribuerit, parum expressit, ita ut haec celeritatis et tarditatis notitia magis ex obscuro rei sensu, quam e perspecta causarum serie ducta esse videatur. Inest re vera acuto sono maior quaedam celeritas, cum eodem temporis puncto saepius, quam gravior, vibretur. Sed talia nusquam indicata sunt. Quae, quid sit acutus, quid gravis sonus, in loco de gen. anim. V, 7. 787ᵃ 11. illustrant, haec fere sunt. Distinguitur magna vox a gravi, exilis ab acuta. *αἴτιον δ' ὅτι τὸ μέγα καὶ τὸ μικρόν, καὶ τὸ πολὺ καὶ τὸ ὀλίγον τὰ μὲν ἁπλῶς λέγεται, τὰ δὲ πρὸς ἄλληλα. μεγαλόφωνα μὲν οὖν ἐστιν ἐν τῷ πολὺ ἁπλῶς εἶναι τὸ κινούμενον, μικρόφωνα δὲ τῷ ὀλίγον. βαρύφωνα δὲ καὶ ὀξύφωνα ἐν τῷ πρὸς ἄλληλα ταύτην ἔχειν τὴν διαφοράν. ἐὰν μὲν γὰρ ὑπερέχῃ τὸ κινούμενον τῆς τοῦ κινοῦντος ἰσχύος, ἀνάγκη βραδέως φέρεσθαι τὸ φερόμενον, ἂν δ' ὑπερέχηται ταχέως. τὸ δ' ἰσχῦον διὰ τὴν ἰσχὺν ὅτε μὲν πολὺ κινοῦν βραδεῖαν ποιεῖ τὴν κίνησιν. — — τὰ δὲ δι' ἀσθένειαν ὀλίγον κινοῦντα ταχεῖαν. αἱ μὲν οὖν αἰτίαι τῶν ἐναντιώσεων αὗται κτλ.* cf. probl. IA, 19. 901ᵃ 8. *ἡ βαρυτέρα φωνὴ πλείω μὲν ἀέρα κινεῖ, οὐκ εἰς μῆκος δέ· πόρρωθεν μὲν οὖν ἧττον ἀκούομεν, διότι ἐπ' ἔλαττον κινεῖται, ἐγγύθεν δὲ μᾶλλον.* Causa igitur in movenda aëris mole vel maiore vel minore posita est, ita tamen ut simul e viribus, quantum movendo aëri pares sunt, pendeat, ut si maior aëris materia minori gravis, si minor maiori vi moveatur, acutus sonus oriatur. Simplicius fol. 40 b, 41. hanc habet loco nostro lectionis diversitatem: *κἂν γὰρ ἕπηται τῷ ὀξεῖ ἡ ταχύτης — — ἀλλ' ὅμως ἑτέρα ἡ ἰδιότης καὶ ἴδιόν τινα δηλοῦσα φύσιν — καὶ τοιαύτη μὲν ἡ τῶν προκειμένων ἔννοια. ἐν δὲ τῇ λέξει, εἰ μὴ ἔχοι ἡ γραφή, οὐ δὴ ταχὺ τὸ ὀξύ, ἀλλ' οὕτω δὴ ταχὺ τὸ ὀξύ, ὡς ἐφιστάνοντος ἀκουστέον*

τῷ ἐναργῶς ψευδεῖ, τῷ τὸ ταχὺ καὶ ὀξὺ ταὐτὸν λέγοντι καὶ τὸ βαρὺ καὶ τὸ βραδύ. Sed haec lectio οὕτω δὴ ταχὺ τὸ κτλ. plane eodem redit. Clarior autem vulgata: οὐ δὴ ταχὺ κτλ.

§ 9. 420b 5. Vox tanquam animantium sonus.

Res non animatae translate solummodo φωνεῖν dicuntur, ut tibia, lyra. metaph. Δ, 12. 1019b 13. καὶ γὰρ ἐν τοῖς ἀψύχοις ἔν ἐστιν ἡ τοιαύτη δύναμις οἷον ἐν τοῖς ὀργάνοις. τὴν μὲν γάρ φασι δύνασθαι φθέγγεσθαι λύραν, τὴν δ' οὐθέν, ἂν ᾖ μὴ εὔφωνος.

420b 7. καὶ ὅσα ἄλλα τῶν ἀψύχων ἀπότασιν ἔχει καὶ μέλος καὶ διάλεκτον.] ἀπότασις Philoponus L. fol. 8 a.: ῥυθμὸς ὃς περὶ τὴν ἔκτασιν τοῦ χρόνου τὴν ἐπὶ πλεῖον ἢ ἔλαττον καὶ τὴν τούτων συμμετρίαν θεωρεῖται. ἀπότασις, si contuleris hist. an. V, 14. ad id accedere videtur, quod harmonici ἐπίτασιν dixerunt. Legitur enim hist. an. V, 14. 545a 15. διαφέρει ἡ φωνὴ τῶν ἀρρένων καὶ τῶν θηλειῶν ἐν τῷ βαρύτερον φθέγγεσθαι τὰ ἄρρενα τῶν θηλειῶν, ὅσων ἐστὶν ἀπότασις τῆς φωνῆς. Itaque ἀπότασις τῆς φωνῆς cum voce vel acuta vel gravi coniungitur. Sic Aristoxenus harmonic. elem. lib. I. p. 10. Meibom. ἡ μὲν οὖν ἐπίτασίς ἐστι κίνησις τῆς φωνῆς συνεχὴς ἐκ βαρυτέρου τόπου εἰς ὀξύτερον. Euclid. de mus. p. 2. ed. Meibom. τὰ δὲ ποιοῦντα τὴν τῶν τάσεων διαφορὰν ἐπίτασίς ἐστι καὶ ἄνεσις. ἀποτέλεσμα δὲ τούτων ὀξύτης καὶ βαρύτης. τὸ μὲν γὰρ δι' ἐπιτάσεως γινόμενον εἰς ὀξύτητα ἄγει· τὸ δὲ δι' ἀνέσεως εἰς βαρύτητα. Unde probabile est, ἀπότασιν tanquam genus ἐπίτασιν et ἄνεσιν complecti et vocis tum acutae tum gravis communem esse causam. Itaque facile ἀπότασις ad musica instrumenta transferri potest.

420b 8. μέλος] sonorum, qui sibi inter se succedunt, concentus.

420b 8. διάλεκτον] Si διάλεκτος est (hist. nat. IV, 9. 535a 31) ἡ τῆς φωνῆς τῇ γλώττῃ διάρθρωσις i. e. vox a lingua temperata et articulata; si in hist. an. (I, 1. 488a 33) opponuntur τὰ μὲν διάλεκτον ἔχει τὰ δὲ ἀγράμματα, ut in dialecto litterarum varietatem distinguere possis (cf. probl. X, 39. 895a 7): haud scio, quomodo διάλεκτος instrumentis tribuatur. Intellegunt instrumenta, quae humanam vocem imitentur, nisi fortasse communius instrumenta significantur, quatenus animi sensa exprimunt et quasi eloquuntur. Sed hoc ipsum non satis proprie dictum est. Si διάλεκτος in eo cernitur, ut voces articulatim exprimantur neque ut rudis clamor inter se confundantur: διάλεκτος ad ea instrumenta transferri potest, quorum singuli soni non, velut tympanorum, indiscreti miscentur, sed,

velut tibiae, quamquam in unum concentum coëunt, aure quasi articulatim separantur. Sic apud Latinos cantus buccinae vel fidium dicetur, vix autem tympani vel cymbali.

420b 12. *οἷον ἐν τῷ Ἀχελῴῳ*] hist. nat. IV, 9. 535b 14. *οἱ δ' ἰχθύες ἄφωνοι μέν εἰσιν (οὔτε γὰρ πνεύμονα οὔτε ἀρτηρίαν καὶ φάρυγγα ἔχουσι), ψόφους δέ τινας ἀφιᾶσι καὶ τριγμοὺς οὓς λέγουσι φωνεῖν, οἷον λύρα καὶ χρομίς (οὗτοι γὰρ ἀφιᾶσιν ὥσπερ γρυλισμόν) καὶ ὁ κάπρος ὁ ἐν τῷ Ἀχελῴῳ, ἔτι δὲ χαλκὶς καὶ κόκκυξ· ἡ μὲν γὰρ ψοφεῖ οἷον συριγμόν, ὁ δὲ παραπλήσιον τῷ κόκκυγι ψόφον, ὅθεν καὶ τοὔνομα ἔχει. πάντα δὲ ταῦτα τὴν δοκοῦσαν φωνὴν ἀφιᾶσι τὰ μὲν τῇ τρίψει τῶν βραγχίων (ἀκανθώδεις γὰρ οἱ τόποι), τὰ δὲ τοῖς ἐντὸς τοῖς περὶ τὴν κοιλίαν. πνεῦμα γὰρ ἔχει τούτων ἕκαστον, ὃ προστρίβοντα καὶ κινοῦντα ποιεῖ τοὺς ψόφους.*

§ 10. 420b 17. *καθάπερ τῇ γλώττῃ.* cf. de part. an. II, 17. 660a 18.

420b 20. *τὸ εὖ* necessitati oppositum ad usum et utilitatem refertur. Ita metaph. *N*, 6. 1092b 26. *ἀπορήσειε δ' ἄν τις καὶ τί τὸ εὖ ἐστὶ τὸ ἀπὸ τῶν ἀριθμῶν*, ubi in exemplis de numerorum in rebus gignendis vi et usu agi apparet. de part. an. III, 7. 670b 23. *οἱ δὲ νεφροὶ τοῖς ἔχουσιν οὐκ ἐξ ἀνάγκης, ἀλλὰ τοῦ εὖ καὶ καλῶς ἕνεκεν ὑπάρχουσι.* polit. I, 2. 1252b 28. *ἡ δ' ἐκ πλειόνων κωμῶν κοινωνία τέλειος πόλις, ἡ δὴ πάσης ἔχουσα πέρας τῆς αὐταρκείας ὡς ἔπος εἰπεῖν, γινομένη μὲν οὖν τοῦ ζῆν ἕνεκεν, οὖσα δὲ τοῦ εὖ ζῆν.* Alimentum necessaria est vitae conditio, ut gustus, quippe qui cibos dignoscat, maiore necessitate poscatur, quam sermo, sine quo vita esse potest. Hic igitur utilitati (*τῷ εὖ*) magis, ille necessitati inservit. De sensu 1, 436b 20 et 437a 1. *τὸ τοῦ εὖ ἕνεκα* opponitur *τῷ τῆς σωτηρίας ἕνεκα.*

420b 21. *τὸ δ' αἴτιον ἐν ἑτέροις εἰρήσεται*] v. *περὶ ἀναπνοῆς* c. 8 sqq. c. 13. cf. etiam de spiritu c. 5, quem librum utpote dubium non moramur.

420b 20. *πρός τε τὴν θερμότητα.* h. e. ad calorem sanguinis temperandum et refrigerandum. cf. de part. an. III, 6. 669a 5.

420b 23. *φάρυγξ* i. e. larynx. ap. Arist. hist. an. IV. 535a 32. Schn. Hippocr. de carn. p. 253. Hesych. II. p. 1495. *Φάρυγξ. λάρυγξ, βρόγχος, στόμα.* Theophrast. metaph. p. 321. Brand. *οἷον τὸ ἔμπροσθεν τὴν φάρυγγα τοῦ οἰσοφάγου.* Gale-

nus demum ita loquendi usum definivit, ut aditum ad larynga (*λάρυγγα*) et *οἰσοφάγον* pharynga appellaret.

Difficile est apud Aristotelem *φάρυγγα* ab *ἀρτηρίᾳ* accurate discernere. Praxagoras Cous venas, quae sanguinem, et arterias, quae aërem ferrent, inter se opposuisse dicitur. Galenus de diff. puls. IV, 2. p. 82 f. Tom. VIII. de placit. Hippocr. et Plat. I, 6. Tom. V. p. 80. *Ἀρτηρία* apud Arist. non sanguini, sed respirando inservit; is est ductus, quo aer in pulmones defertur; trachea est, *ἀρτηρία τραχεῖα*, arteria aspera. hist. an. I, 12. 493ᵃ 5. *Αὐχὴν δὲ τὸ μεταξὺ προσώπου καὶ θώρακος καὶ τούτου τὸ μὲν πρόσθιον μέρος λάρυγξ, τὸ δ' ὀπίσθιον στόμαχος. τούτου δὲ τὸ μὲν χονδρῶδες καὶ πρόσθιον, δι' οὗ ἡ φωνὴ καὶ ἡ ἀναπνοή, ἀρτηρία.* ubi *λάρυγξ* tam late patere videtur, ut ipsam *ἀρτηρίαν* complectatur. cf. de resp. 7, 473ᵃ 19. *ἔστι γὰρ καὶ διὰ τῆς ἀρτηρίας ἐκ τῶν στηθῶν ἡ ἀναπνοή. περὶ ἀναπνοῆς* 11, 476ᵃ 29. *συμβαίνει πνίγεσθαι παρεισιούσης τῆς τροφῆς ἢ τῆς ὑγρᾶς ἢ τῆς ξηρᾶς ἐπὶ τὸν πνεύμονα διὰ τῆς ἀρτηρίας. πρότερον γὰρ κεῖται ἡ ἀρτηρία τοῦ οἰσοφάγου. κτλ. τοῖς μὲν οὖν τετράποσι καὶ ἐναίμοις ἔχει ἡ ἀρτηρία οἷον πῶμα τὴν ἐπιγλωττίδα.* de part. anim. III, 3. 664ᵇ 3. *κεῖται δὲ ἔμπροσθεν τοῦ οἰσοφάγου ἡ ἀρτηρία κτλ.* Quem ductum *ἀρτηρίαν* appellavit, eundem saepe *φάρυγγα* dixisse videtur, ut hoc ipso loco *ὄργανον δὲ τῇ ἀναπνοῇ ὁ φάρυγξ· οὗ δ' ἕνεκα καὶ τὸ μόριόν ἐστι τοῦτο, πλεύμων.* de part. an. III, 3. *ταῦτα δ' ἐστὶν ὅ τε φάρυγξ καὶ ὁ καλούμενος οἰσοφάγος. ὁ μὲν οὖν φάρυγξ τοῦ πνεύματος ἕνεκα*, in quo ex oppositione tracheam intellegi patet. Sed pars pro toto posita est. Proprie enim eam tracheae partem significare videtur, quae, si a pulmone proficiscaris, in sacculum rimamque desinit, quae quidem nunc larynx dicitur. Ita hist. an. I, 11. 492ᵇ 25. *τὸ δ' ἐντὸς στόμα σιαγόνων καὶ χειλῶν. τούτου μέρη τὸ μὲν ὑπερῷα τὸ δὲ φάρυγξ*, ubi pharynx palato opponitur, ut communem ad tracheam et oesophagum aditum significare videatur. de part. an. III, 3. 664ᵃ 35. *ἡ δὲ καλουμένη φάρυγξ καὶ ἀρτηρία συνέστηκεν ἐν χονδρώδει σώματι· οὐ γὰρ μόνον ἀναπνοῆς ἕνεκέν ἐστιν, ἀλλὰ καὶ φωνῆς.* paulo infra: *καὶ τὴν φάρυγγα καὶ τὴν ἀρτηρίαν πρότερον ἀναγκαῖον κεῖσθαι τοῦ οἰσοφάγου.* Galen. de plac. Hippocr. et Platonis I, 2. *τὸ μὲν γὰρ τῆς τραχείας ἀρτηρίας, ἥνπερ δὴ καὶ φάρυγγα προσαγορεύομεν.* de usu partium 8. *καὶ τό γε πρῶτόν τε καὶ κυριώτατον ὄργανον τῆς φωνῆς, ᾧ λάρυγξ ὄνομα, τὸ ἄνω πέρας ἐστὶ τῆς τραχείας ἀρτηρίας· ἣν δὴ καὶ φάρυγγα καλοῦσιν ὁμωνύμως τῇ πρὸ τοῦ λάρυγγος.* Qui-

bus locis arteria cum pharynge coniungitur, ut per se diversa significare necesse sit. Cf. Philippson ὕλη ἀνθρωπίνη p. 50. [Bz. ind. Ar. 812b 35.]

§ 11. 420b 26. *ὁ περὶ τὴν καρδίαν τόπος πρῶτος*] i. e. pulmo. cf. de part. an. III, 6. 668b 34. *ἀναγκαῖον μὲν γὰρ γίνεσθαι τῷ θερμῷ κατάψυξιν κτλ. τοῦ δ' ἀναπνεῖν ὁ πνεύμων ὄργανόν ἐστι, τὴν μὲν ἀρχὴν τῆς κινήσεως ἔχων ἀπὸ τῆς καρδίας κτλ.*

420b 28. *ὑπὸ τῆς ἐν τούτοις τοῖς μορίοις ψυχῆς*] De lectione *κατὰ τὴν ψυχὴν* haec apud Simplicium leguntur fol. 41 b. *ἵνα τὸ κινοῦν δηλώσῃ ὁ φιλόσοφος ἀκριβῶς ὑπὸ τῆς ψυχῆς ἔφη. ἀλλ' οὐχ ὡς ὁ Ἀλέξανδρος κατὰ τὴν ψυχὴν ἀξιοῖ ἀκούειν — — τῆς δὲ ψυχῆς τὸ μέν ἐστι καθ' ὅ, ὡς ζωτικοῦ ὀργάνου ὁριστικόν, ὃ καὶ μόνον ὁρᾷ ὁ Ἀλέξανδρος.* De re ipsa cf. de motu anim. 9. e quibus hoc unum affero dictum: 703a 1. *ἀλλὰ τὸ κινοῦν ἄμφω ἀναγκαῖον εἶναι· τοῦτο δ' ἐστὶν ἡ ψυχὴ ἕτερον μὲν οὖσα τοῦ μεγέθους τοῦ τοιούτου, ἐν τούτῳ δ' οὖσα.* c. 10.

420b 30. *τῇ γλώττῃ ψοφεῖν καὶ ὥσπερ οἱ βήττοντες.*] *καὶ* praeclare a Bekkero interiectum quatuor, ut videtur, codicum auctoritate. Neque enim tussis linguae strepitus.

Tussis agit, ut alienam vim e pulmone vel trachea repellat, propterea dici potest, non ab ipso animato, ab ipsa animi voluntate proficisci, neque a cogitatione quadam et specie (*μετὰ φαντασίας*) cum sono coniuncta: neque enim merus sonus vox est, sed sonus ita effictus, ut mentis signum esse possit. Sed aliud etiam inter tussim et vocem discrimen statuit. Tussim aëris respirati esse sonum; in voce autem gignenda aëre respirato arteriae aërem cum arteria collidi, ita ut sonus exsistat. Id inde sequi, quod, retento spiritu, arteriae aër verberetur, ut vox exsistat. Quae explicatio, si ad rem contuleris, vereor, ne parum definita sit. Neque enim hoc inter tussim et vocem interest. Tussis aërem et maiore vi et confertim emittit, vox paulatim, ut in emittendo temperet; nec loquaris, si spiritum prorsus detinueris, sed paulatim exspires necesse est.

420b 32. *μετὰ*[1]) *φαντασίας*] Praepositio *μετὰ* ita comparata est, ut de sola externa cogitationis et vocis coniunctione cogitare iubeat, nec vero de phantasia tanquam vocis fictrice, quae in fingendo voci significationem quasi ingignit.

---

1) [Bz. ind. Ar. 812a 21 non facultatem imaginandi censet significari, sed singulas imagines animo obversantes. „*μετὰ φαντασίας* i. e. *σημαντικός τινος.*"]

§ 12. 421ᵃ 3. *κινεῖ γὰρ τοῦτο ὁ κατέχων*] quid *τοῦτο*? — Intellego (*τὸν ἀέρα τὸν ἀναπνεόμενον*) *τὸ ἀναπνεόμενον*.

Cap. 9. De olfactu.

Conferenda sunt de gen. anim. V, 2. 781ᵃ 14 sqq. de part. an. II, 10. 655ᵇ 28 sqq., et imprimis de sensu 5. 442ᵇ 27 sqq. Hic in libro de sensu locus non admodum discrepat; multa in libro de anima exposita pluribus persequitur; duo vero, quae adiecta sunt, notatu digna videntur, alterum 442ᵇ 27: *τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον δεῖ νοῆσαι καὶ περὶ τὰς ὀσμάς· ὅπερ γὰρ ποιεῖ ἐν τῷ ὑγρῷ τὸ ξηρόν, τοῦτο ποιεῖ ἐν ἄλλῳ γένει τὸ ἔγχυμον ὑγρόν, ἐν ἀέρι καὶ ὕδατι ὁμοίως. κοινὸν δὲ κατὰ τούτων νῦν μὲν λέγομεν τὸ διαφανές, ἔστι δ' ὀσφραντὸν οὐχ ᾗ διαφανές, ἀλλ' ᾗ πλυντικὸν ἢ ῥυπτικὸν ἐγχύμου ξηρότητος· οὐ γὰρ μόνον ἐν ἀέρι, ἀλλὰ καὶ ἐν ὕδατι τὸ τῆς ὀσφρήσεώς ἐστιν.* In quo, cur perspicuum olfactus sit conditio, non satis liquet; id solum scriptor in nomine ponendo spectasse videtur, ut aërem et aquam communi genere comprehenderet. Sed quaeritur, cur aërem et aquam *πλυντικὸν ἢ ῥυπτικὸν ἐγχύμου ξηρότητος* dixerit. Ea fortasse mente, quod siccum quendam succum, qui olfactu percipiatur, rebus extrahat et quasi detergat. Alterum, quod significavimus, legitur 444ᵃ 22: olfactum vim quandam ad valetudinem habere. *ἀναφερομένων γὰρ τῶν ὀσμῶν πρὸς τὸν ἐγκέφαλον διὰ τὴν ἐν αὐταῖς τῆς θερμότητος κουφότητα, ὑγιεινοτέρως ἔχει τὰ περὶ τὸν τόπον τοῦτον· ἡ γὰρ τῆς ὀσμῆς δύναμις θερμὴ τὴν φύσιν ἐστί.* Quae sensibus percipiuntur, ea ex Aristotelis mente non ad cerebrum, quo nervi ducunt, sed ad cor deferuntur.[1]) Odoribus,

1) Haec e Sprengelii rei medicae historia petita. I, 458. Sed quos locos testes excitat, ii non sufficiunt. Locus de part. an. II, 6. paene contraria docet. Verba e loco de part. an. V, 2. *οἱ γὰρ πόροι τῶν αἰσθητηρίων ἁπάντων τείνουσι πρὸς τὴν καρδίαν* universo loco tam subito interiecta neque ulla causa addita, ut adhiberi non possint. Eadem est verborum difficultas e libro de part. an. II, 7. *οὐκ ἔχει ὁ ἐγκέφαλος συνέχειαν οὐδεμίαν πρὸς τὰ αἰσθητὰ μόρια.* Quod si in libro de partibus animalium omne sensuum et cerebri commercium abscinditur, Aristotelem sententiam retractasse necesse est. Affirmant enim loci e libris de gen. anim. II, 6. et de sensu c. 2. allati. Sed quid sint Aristoteli *πόροι*, prius investigandum est. Si fieri potest, ut non solum nervi sint, quemadmodum Sprengel interpretatur (quid autem sensuum nervi ad cor tendunt?) sed etiam arteriae vel venae (*φλέβες*) controversia facilius dirimitur. E corde utpote arteriarum principio in libro de iuventute et senectute 3, 469ᵃ 10. conclusio videtur esse facta: *ἀλλὰ μὴν τό γε κύριον τῶν αἰσθήσεων ἐν ταύτῃ (τῇ καρδίᾳ) τοῖς ἐναίμοις πᾶσιν· ἐν*

quatenus propter calorem sursum abeunt, id proprium est, ut ad cerebrum accedant. Quaeritur, utrum haec inter se pugnent, an odores simul ad cerebrum evolent, simul ad cor descendant. cf. de sensu 438ᵇ 24. *ἡ δ' ὀσμὴ καπνώδης τίς ἐστιν ἀναθυμίασις· ἡ δ' ἀναθυμίασις ἡ καπνώδης ἐκ πυρός. διὸ καὶ τῷ περὶ τὸν ἐγκέφαλον τόπῳ τὸ τῆς ὀσφρήσεως αἰσθητήριόν ἐστιν ἴδιον· δυνάμει γὰρ θερμὴ ἡ τοῦ ψυχροῦ ὕλη ἐστίν. καὶ ἡ τοῦ ὄμματος γένεσις τὸν αὐτὸν ἔχει τρόπον· ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου γὰρ συνέστηκεν· οὗτος γὰρ ὑγρότατος καὶ ψυχρότατος τῶν ἐν τῷ σώματι μορίων ἐστίν. τὸ δ' ἁπτικὸν γῆς. τὸ δὲ γευστικὸν εἶδός τι ἁφῆς ἐστιν. καὶ διὰ τοῦτο πρὸς τῇ καρδίᾳ τὸ αἰσθητήριον αὐτῶν, τῆς τε γεύσεως καὶ τῆς ἁφῆς· ἀντίκειται γὰρ τῷ ἐγκεφάλῳ αὕτη καὶ ἔστι θερμοτάτη τῶν μορίων.*

§ 1. 421ᵃ 7. *Ὀσμήν,* quoniam et odorem et odoratum significat, primo loco, ubi *τῷ ὀσφραντῷ* opponitur, olfactum, altero, quo cum sono et colore confertur, odorem interpreteris necesse est.

421ᵃ 12. *ὡς οὐκ ὄντος ἀκριβοῦς τοῦ αἰσθητηρίου*] Cum olfactus odores non puros sed cum grati vel ingrati sensu mixtos percipiat, *ἀκριβὴς* ita accipi potest, velut *μοναρχία ἀκριβής* i. e. pura nec aliena potestate circumscripta nec populari imperio mixta. Sed hoc fortasse a communi sensu longius distat.

§ 2. 421ᵃ 13. *σκληρόφθαλμα*] Cf. Bz. ind. Ar. 684ᵃ 61. hist. an. IV, 10. 537ᵇ 12. *ἅπαντα γὰρ ἀμυδρῶς βλέπουσι τὰ σκληρόφθαλμά.* de part. an. II, 13. 657ᵇ 34. *ἀλλ' ἀντὶ ταύτης τῆς φυλακῆς πάντα σκληρόφθαλμά ἐστιν οἷον βλέποντά διὰ τοῦ βλεφάρου προσπεφυκότος.*

421ᵃ 20. *ἐν μὲν ταῖς ἄλλαις λείπεται πολλῶν* (*πολλῷ* Bekkerus) *τῶν ζῴων, κατὰ ἁφὴν πολλῷ* (*πολλῶν* Bekker.) *τῶν ἄλλων διαφερόντως ἀκριβοῖ*] Retinenda est vulgata; neque enim ceteris sensibus animalia praestant universa, sed solum multa, tactu vero omnio animantia

---

τούτῳ γὰρ ἀναγκαῖον εἶναι τὸ πάντων τῶν αἰσθητηρίων κοινὸν αἰσθητήριον. δύο δὲ φανερῶς ἐνταῦθα συντεινούσας ὁρῶμεν τήν τε γεῦσιν καὶ τὴν ἁφήν, ὥστε καὶ τὰς ἄλλας ἀναγκαῖον. ῃ μὲν γὰρ ζῷον, ταύτῃ καὶ ζῆν φαμεν, ᾗ δ' αἰσθητικόν, ταύτῃ τὸ σῶμα ζῷον εἶναι λέγομεν. διὰ τί δ' αἱ μὲν τῶν αἰσθήσεων φανερῶς συντείνουσι πρὸς τὴν καρδίαν, αἱ δ' εἰσὶν ἐν τῇ κεφαλῇ (διὸ καὶ δοκεῖ τισὶν αἰσθάνεσθαι τὰ ζῷα διὰ τὸν ἐγκέφαλον) τὸ αἴτιον τούτων ἐν ἑτέροις εἴρηται χωρίς. Cum hic ipse locus aliquantulum fluctuet: facile accidit, ut diversi loci dissentirent.

nec solum multa superare videmur. Ceterum conferas hist. anim. I, 15. 494ᵇ 16. *ἔχει δὲ ἀκριβεστάτην ἄνθρωπος τῶν αἰσθήσεων τὴν ἁφήν, δευτέραν δὲ τὴν γεῦσιν· ἐν δὲ ταῖς ἄλλαις λείπεται πολλῶν.*

421ª 23. *σημεῖον δὲ τὸ καὶ ἐν τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων παρὰ τὸ αἰσθητήριον τοῦτο εἶναι εὐφυεῖς καὶ ἀφυεῖς, παρ' ἄλλο δὲ μηδέν.*] Praepositio *παρὰ* non ab omni parte plana. Duplici modo interpreteris, aut „ad huius sensus rationem, pro eius natura" — (in comparando enim adhibetur, verum tamen paulo aliter, ut duas res inter se componat) aut „propter [1]) hunc sensum;" ita enim apud Demosthenem. Phil. I. § 11. p. 43. 14. *οὐδὲ γὰρ οὗτος παρὰ τὴν αὑτοῦ ῥώμην τοσοῦτον ἐπηύξηται, ὅσον παρὰ τὴν ἡμετέραν ἀμέλειαν.* de an. II, 9. 421ᵇ 6. *ἀνόσφραντον δὲ τὸ μὲν παρὰ τὸ ὅλως ἀδύνατον ἔχειν ὀσμήν.*

De re cf. de part. an. II, 16. 660ª 11. *μαλακωτάτη ἡ σὰρξ ἡ τῶν ἀνθρώπων ὑπῆρχε· τοῦτο δὲ διὰ τὸ αἰσθητικώτατον εἶναι τῶν ζῴων τὴν διὰ τῆς ἁφῆς αἴσθησιν.* physiogn. 3, 807ᵇ 12. *εὐφυοῦς σημεῖα σὰρξ ὑγροτέρα καὶ ἁπαλωτέρα, οὐκ εὐεκτικὴ οὐδὲ πιμελώδης σφόδρα.*

§ 5. 421ᵇ 12. *ὕποσμα γινόμενα*] si in odoris vicinitatem accesserint odori quasi obnoxia. *ὕποσμον*, velut *ὑπόσπονδον*, quod pacti natura continetur, *ὑπόσκιος*, umbrae subditus, *ὕπομβρος*, *ὕπαιθρος*, *ὑπόστεγος*, *ὑπόφορος*, tributo subiectus i. e. tributarius. Errant igitur, qui voci activam vim tanquam primariam tribuunt.

§ 6. 421ᵇ 18. *κοινὸν πάντων* sc. *αἰσθητηρίων*, etsi oppositio nos eo movet, ut *ζῴων* animo suppleamus.

421ᵇ 21. *ἀλλ' ἀδύνατον, εἴπερ τῆς ὀσμῆς αἰσθάνεται.* Simplicius nihil habet, unde, an *ἀλλ' ἀδύνατον* legerit, quidve de his verbis statuerit, conicere possis. Philoponus (M. fol. 4 b) rem ita componit: *ὅτι τὰ μὴ ἀναπνέοντα οὐκ ἄλλῃ κέχρηται αἰσθήσει παρὰ τὴν ὄσφρησιν, διὰ τούτων δείκνυσιν. εἰ γὰρ ὀσμῆς φησιν αἴσθησιν ἔχουσιν· ἡ δὲ ὀσμὴ οὐδεμιᾷ ἄλλῃ αἰσθήσει ἐστὶν αἰσθητή, ἀλλὰ μόνῃ τῇ ὀσφραντῇ* (leg. *ὀσφραντικῇ*) *τὴν ὄσφρησιν ἄρα καὶ οὐκ ἄλλην ἔχουσιν αἴσθησιν. ὅτι δὲ ὀσμῆς αἰσθάνονται, κατασκευάζει ἐκ τοῦ τῆς κατ' αὐτὴν ἀντιθέσεως ἀντιλαμβάνεσθαι, εὐωδίας λέγω καὶ δυσωδίας κτλ.* Philoponus igitur ex eadem sensus actione eundem esse olfactum concludi vult. Bene id quidem. Sed ex

1) [Cf. Bz. ind. Ar. 562ª 10: „vi causali saepissime ab Ar. *παρὰ* ita usurpatur, ut fere idem sit ac *διὰ* c. acc."]

antecedentibus, si probe ponderaveris, id tantum colligi potuit, alium esse olfactus modum cum exsanguia non respirent, non alium plane sensum; id enim unde sequeretur? Itaque *ἀλλ' ἀδύνατον* interponitur importune, ut orationis continuitatem turbet. Quid tandem fieri non potest, si quidem animalia in aqua odorantur? Aliam his esse olfactus rationem (*ἑτέραν τιν' αἴσθησιν*), in iis, quae antecesserunt, significatum est; quibus congruit, quod in sequentibus probatur, necesse esse, ut odorentur. Discrepant, quae interiecta sunt. Iam ut discentus tollatur, *ἀλλ' ἀδύνατον* recidere praestat; sunt enim fortasse verba a lectore tanquam dubium apposita, e margine in textum illata.

§ 7. 422a 1. *τοῖς δὲ τὸν ἀέρα δεχομένοις ἔχειν ἐπικάλυμμα, ὃ ἀναπνεόντων ἀποκαλύπτεσθαι, διευρυνομένων τῶν φλεβίων καὶ τῶν πόρων*] [Cf. de sensu 5. 444b 21. *οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον ὀσφραίνονται, ἀλλὰ τοῖς μὲν ἀναπνέουσι τὸ πνεῦμα ἀφαιρεῖ τὸ ἐπικείμενον ὥσπερ πῶματι (διὸ οὐκ αἰσθάνονται μὴ ἀναπνέοντα), τοῖς δὲ μὴ ἀναπνέουσιν ἀφῄρηται τοῦτο*]. Quaenam animalia eiusmodi habent olfactus operculum? quid h. l, interest[1]) inter *φλέβια* et *πόρους*?

421b 32. *οὕτως καὶ τὸ ὀσφραντικόν*]. „Citantur haec Aristotelis verba atque etiam refutantur a Galeno in libro *περὶ ὀσφρήσεως* c. 5. de odoratus instrumento." Conr. Gesner.

Cap. 10. De gustu.

Quae in libro de sensu c. 4. 440b 26 sqq. quasi supplementi loco leguntur, ab hoc loco non dissentiunt. In eo autem se continent, ut magis saporum naturam, quam gustus sensum tangant, et ut magnam partem in Empedocle et Democrito refutandis occupata sint. Haec igitur, quippe quae ad hunc, de quo agimus, locum parum faciunt, praetermittenda videntur.

§ 1. 422a 8. Aristoteles sensus in duos ordines redegit, tum in eos, qui rebus e longinquo percipiendis idonei medio aliquo interposito utuntur, tum in eos, qui, omni medio remoto, solummodo in ipsarum rerum tactu sentire possunt. Illi sunt visus, auditus, olfactus; hi gustus, tactus. Ita gustum tactus quasi esse speciem, pluribus locis ab Aristotele indicatur. de anima III, 12. 434b 18. de part. an. II, 10. 656b 37. *ἔστι γὰρ*

---

1) [Saepissime coniunguntur *φλέβια καὶ πόροι*. cf. Bz. ind. Ar. 653a 5 sqq.]

οἷον ἁφή τις καὶ αὕτη ἡ αἴσθησις. II, 17. 660ᵃ 17. *ὁ μὲν οὖν ἄνθρωπος ἀπολελυμένην καὶ μαλακωτάτην ἔχει μάλιστα τὴν γλῶτταν καὶ πλατεῖαν, ὅπως πρὸς ἑκατέρας ᾖ τὰς ἐργασίας χρήσιμος, πρός τε τὴν τῶν χυμῶν αἴσθησιν (ὁ γὰρ ἄνθρωπος εὐαισθητότατος τῶν ἄλλων ζῴων, καὶ ἡ μαλακὴ γλῶττα· ἁπτικωτάτη γάρ, ἡ δὲ γεῦσις ἁφή τις ἐστί), καὶ πρὸς τὴν τῶν γραμμάτων διάρθρωσιν κτλ.*

§ 1. Gustus in tactu est positus; eiusque materia humor.

422ᵃ 10. *τὸ γευστὸν ἐν ὑγρῷ ὡς ὕλῃ.*] Quem dativum (legebant enim *ὕλη*, nominativi casu) Weissius praeclare suspicatus erat, suo iure restituit Bekkerus. Ita etiam Philoponus legit. Philoponus M. fol. 5 b. *τὸ σῶμά φησιν ἐν ᾧ ὡς ἐν ὕλῃ τὸ εἶναι ἔχει ὁ χυμός κτλ. λέγει δὲ φέρεσθαι καὶ ἄλλην γραφὴν ὁ Ἀλέξανδρος, καὶ τὸ σῶμα, ἐν ᾧ ὁ χυμὸς τὸ γευστὸν ἐν ὑγρῷ ὡς ὕδατι. σημαίνειν δέ φησι τὴν γραφὴν ταύτην ὅτι ὁ χυμὸς ἐν τοιούτῳ ἐστὶν ὑγρῷ, ὁποῖόν ἐστι τὸ ὕδωρ. οὐ γὰρ δοκεῖ ὁ ἀὴρ χυμῶν εἶναι δεκτικὸς καίτοι ὑγρὸς ὤν, εἰ μὴ πάνυ δραστήριος ᾖ ὁ χυμός.* Simplicius *ὡς ὕλη* nominativum statuisse videtur; scribit enim fol. 43 a. *καὶ τὸ σῶμα τὸ τῇ χυμώδει ποιότητι γευστῇ οὔσῃ ἐν ὑγρῷ πάντως γινομένῃ ὑποκείμενον ὡς· ὕλη ὑπέστρωται.* Neglexit Themistius, quasi non legisset. Vulgatam *κἂν εἰ ἐν ὕδατι ἦμεν, ᾐσθανόμεθ' ἂν* contra Bekkeri lectionem ex uno codice haustam duabus de causis retinemus; primum enim quod affertur, ita in conditione ponitur, ut re vera non esse cogitetur, quae est imperfecti ratio; deinde quod sequitur imperfectum *οὐκ ἦν δ' ἂν* imperfectum in iis, quae antecedunt, requirere videtur.

422ᵃ 14. *τὸ δὲ χρῶμα οὐχ οὕτως ὁρᾶται τῷ μίγνυσθαι, οὐδὲ ταῖς ἀπορροίαις*] quae fuit Democriti sententia.

§ 2. 422ᵃ 15. Humor sive saporis sive linguae non tanquam medium est aliquod interiectum, quod non mutetur, sed ipsa materia, a qua sapor suscipitur, in quam prorsus diffluit. Quod sapit aut iam humidum est aut humorem suscipere potest, velut salsum, etsi concretum, tamen facile liquescit, de qua salsi natura cf. meteor. IV, 9. 385ᵇ 23. *τὸ δὲ νίτρον τήκεται μὲν τέγγεται δ' οὔ. ὅτι ἐν μὲν τῷ νίτρῳ δι' ὅλου οἱ πόροι· ὥστε γε διαιρεῖται εὐθὺς ὑπὸ τοῦ ὕδατος τὰ μόρια· ἐν δὲ τῇ γῇ καὶ παραλλὰξ εἰσιν οἱ πόροι.* Qui locus, quomodo chemica ad mechanicam rationem traducebantur, praeclaro exemplo est, ut chemica vis et potestas inter mechanicam et organicam interiecta, ne aliqua quidem specie concepta, esse videatur.

422ª 19. *συντηκτικὸν γλώττης*] activa vi, linguam colliquefacit; in quo praepositio *σὺν* ita interpretanda videtur, ut non ad linguae partes, quae inter se colliquefiant, cuiusmodi est *συντήκειν σίδηρον*, spectare existimetur, sed potius ut coniunctionem indicet, quae inter salsum et linguae humorem initur. Salsum et linguae humor inter se colliquescunt, ut sapor percipiatur.

§ 3. 422ª 20. *ὥσπερ δὲ καὶ ἡ ὄψις ἐστὶ τοῦ τε ὁρατοῦ καὶ τοῦ ἀοράτου* 29. *οὕτως δὴ καὶ ἡ γεῦσις κτλ.*] Quae constructio [1] Aristotelis more interpositis explicationibus iisque ab universae enunciationis perpetuitate segregatis obscuratur.

Si quid sensum maiori vehementia ferit, ita ut iustam inter sensum et sensibile rationem excedat: turbat sensum nec vere percipitur. Quod non sentitur, i. e. *τὸ ἀόρατον, ἀνήκουστον, ἄγευστον* duplex est, sive ut absolute et simpliciter non sentiatur, sive ut vix percipiatur. Hoc, quod vix percipiatur, denuo duplex est, vel quod sensum effugit vel quod nimia vehementia sensum perturbat. Cf. metaphys. *Δ*, 22. 1022ᵇ 32., qui locus plane convenit: *καὶ ὁσαχῶς δὲ αἱ ἀπὸ τοῦ α ἀποφάσεις λέγονται, τοσαυταχῶς καὶ αἱ στερήσεις λέγονται· ἄνισον μὲν γὰρ τὸ μὴ ἔχειν ἰσότητα πεφυκὸς λέγεται, ἀόρατον δὲ καὶ τὸ ὅλως μὴ ἔχειν χρῶμα, καὶ ἄπουν καὶ τῷ μὴ ἔχειν ὅλως πόδας καὶ τῷ φαύλους· ἔτι καὶ τῷ μικρὸν ἔχειν, οἷον τὸ ἀπύρηνον, τοῦτο δ' ἐστὶ τῷ φαύλως πως ἔχειν. ἔτι τῷ μὴ ῥᾳδίως ἢ τῷ μὴ καλῶς, οἷον τὸ ἄτμητον οὐ μόνον τῷ μὴ τέμνεσθαι ἀλλὰ καὶ τῷ μὴ ῥᾳδίως ἢ μὴ καλῶς*. Cf. ad I. 2. § 20.

422ª 32. *γεῦσις γάρ τις ἀμφότερα.*] Conicias *ἀμφοτέρου*, quod planius esset. Ut nunc est, statuendum videtur, *γεῦσιν* in passivam vim abiisse, ut sit: utrumque gustatur.

---

1) [Cf. Bz. stud. Ar. II, III. 43: „Der Vordersatz besteht aus drei Gliedern, deren erste beide an das Verhältniss des Gesichts- und des Gehörsinnes zu ihren Objecten erinnern, das dritte die Verschiedenheit zweier Bedeutungen der durch das *α* privativum bezeichneten Negation erwähnt; aus den beiden ersten Gliedern wird sodann unter Benützung der im dritten gegebenen Erklärung derselbe Satz auf den Sinn des Geschmackes übertragen. — Die Interpunction *ἀνήκουστος, τρόπον τινὰ κτλ.* wird sich durch die Vergleichung von ª 22 *καὶ γὰρ τοῦτο (τὸ λίαν λαμπρὸν) ἀόρατον, ἄλλον δὲ τρόπον τοῦ σκότους* als nothwendig erweisen; eben so nämlich ist *τρόπον τινὰ ὁ μέγας καὶ ὁ βίαιος ψόφος ἀνήκουστος*, nämlich *ἄλλον τρόπον τοῦ μικροῦ ψόφου*. Uebrigens hat schon Themistius in der bezeichneten Weise die Worte verbunden, 81 b *καὶ διὰ τοῦτο οὐ μόνον ὁ μικρὸς ψόφος ἀνήκουστος, ἀλλὰ τρόπον τινὰ καὶ ὁ μέγιστος καὶ ὁ βίαιος.*"]

§ 4. 422a 33. Gustus a potu, quod gustet, accipit, idque cum gustus in tactu quodam sit positus, eo magis consentaneum, quod potus tum gustari tum tangi potest. Quoniam gustus, cum saporem percipit, aliquid patitur, aliqua inter gustum et humidum differentia intercedat necesse est. Quod gustat, nec plane humidum esse oportet (humor enim insitus, quominus agere posset humor extrinsecus accedens, impediret) neque humidi plane expers et impatiens; sic enim nec susciperet nec perciperet saporem.

422b 3. *ἀναγκαῖον ἄρα ὑγρανθῆναι τὸ δυνάμενον μὲν ὑγραίνεσθαι σωζόμενον, μὴ ὑγρὸν δέ, τὸ γευστικὸν αἰσθητήριον*] Quid illud est *σωζόμενον*? Integrum, nihil, etiamsi humefactum, de natura sua neque amittens neque adulterans. Res exemplo probatur. Si lingua admodum humida est, humor potius, quo semel imbuta est (*τοῦ πρώτου ὑγροῦ*), quam sapor, qui accedit, gustatur, velut gustum a vehementi sapore susceptum ad res, quas post hunc gustes, transtuleris.

§ 5. 422b 10. Quid interest inter *δριμὺ* et *ὀξύ*, *αὐστηρὸν* et *στρυφνόν*? Repetuntur eodem ordine saporis differentiae de sensu 4. 441a 15., sed nihil, quod species definiat, adiectum est.

422b 13. *Δριμὺς* et *ὀξὺς* ita fortasse differunt gustus, ut ille magis mordeat, hic magis pungat. Quod ut credamus, a Dioscoride maxime adducimur, qui solani describens radicem *γεῦσιν* dixit *δριμεῖαν* et *δάκνουσαν τὴν φάρυγγα* (cf. Stephanus s. v.) Platonis Timaeus: *τραχύτερα μὲν οὖν ὄντα στρυφνά, ἧττον δὲ τραχύνοντα, αὐστηρὰ φαίνεται*, quibuscum consentiunt quae Stephanus ex Aëtio in praef. I. 1. affert, *ὅταν τὸ πλησιάζον τῇ γλώττῃ σῶμα σφοδρῶς ξηραίνῃ καὶ συνάγῃ καὶ τραχύνῃ μέχρι βάθους πλείονος αὐτήν, στρυφνὸν ἅπαν τὸ τοιοῦτον ὀνομάζεται, ὅπερ ἐστὶν ἐπιτεταμένον αὐστηρόν.*

Cap. 11. De tactu.

In hac de tactu quaestione (cf. II. 7. 419a 25), cuius difficultates h. l. magis moventur, quam componuntur, a reliquis, qui nobis supersunt, libris Aristotelicis plane destituti haeremus. Quod eo aegrius tuleris, cum h. l. magis quaeratur, quam decidatur, ac summa rei sententia plane suspensa in medio relinquatur. Frustra quicquam de tactus sensu in libro *περὶ αἰσθήσεως* quaesieris. Pauca sunt eaque vix memoratu digna, quae in libro de partibus animalium II, 8. 653b 19 sqq. leguntur.

§ 1. 422b 17. De hac ipsa quaestione, quid Aristoteles de tactu statuerit, num sit tactus plures sensus inter se concreti et utrum tactus sensus ipsa sit caro, an intus peculiaris intra carnem, commentatores in diversas partes discedunt.

τὰ ἁπτὰ] cf. meteor. IV, 8. 384b 24 sqq.

422b 17. *περὶ δὲ τοῦ ἁπτοῦ καὶ ἁφῆς ὁ αὐτὸς λόγος.*] Tactus eadem est ratio. Quae ratio ad quid tandem pertinet? Ad id, quod proxime de *δυνάμει* et *ἐντελεχείᾳ* antecessit, vix trahas. Sequitur enim, quod eo minime pertinet. *εἰ γὰρ ἡ ἁφὴ μὴ μία ἐστὶν αἴσθησις ἀλλὰ πλείους, ἀναγκαῖον καὶ τὰ ἁπτὰ αἰσθητὰ πλείω εἶναι.* In quo de universa, quae inter sensus et eas res, quae singulis qnibusque expositae sunt, intercedit ratio, agitur, ut ad id revocare possis, unde Aristoteles omnium sensuum principium repetivit h. e. id, quod supra dixit, in ipsis rebus sensui subiectis sensum quemque cerni. Philoponus (N. fol. 3 a.) enunciationis partes ita transponendas censet, ut, hac difficultate vitata, illa verba *περὶ δὲ τοῦ ἁπτοῦ καὶ ἁφῆς ὁ αὐτὸς λόγος* in tam artam et singularem rationem cogenda non sint, et similitudo illa latius patere possit. Praeponi enim iubet: *ἔχει δ' ἀπορίαν πότερον πλείους εἰσὶν ἢ μία· εἰ γὰρ ἡ ἁφὴ μὴ μία κτλ.* Sic facilius alterum ex altero nectitur.

422b 21. *καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις τὸ ἀνάλογον*] *ἐν τοῖς ἄλλοις* in ceteris animantibus, quae veram carnem non habent, id, quod in carnis locum substitutum est. Ita *τὸ ἀνάλογον* saepius. Exemplo sit de gen. an. V, 2. 781a 20. *οἱ γὰρ πόροι τῶν αἰσθητηρίων ἁπάντων τείνουσι πρὸς τὴν καρδίαν· τοῖς δὲ μὴ ἔχουσι καρδίαν πρὸς τὸ ἀνάλογον.*

§ 2. 422b 23. Cf. de gen. et corr. II, 2. 329b 7 sqq., ubi hae in tactus differentiis oppositiones pluribus exponuntur. Si in reliquis quoque sensibus plura sunt contraria, quae percipi possunt, haec tamen una primaria oppositione tanquam conditione nituntur, nec sine hac esse possunt. Quod in tactu aliter evenit. Unumquodque enim contrariorum par aequo iure per se solum a tactu percipi potest neque alterius est conditio.

§ 3. 423a 1. *σημεῖον* [1]) Aristoteles adhibet, si quae notio et lex e singulis rei quasi indiciis, ex his illis, quae fieri solent,

---

1) [„Cf. Ar. anal. pr. II, 27. p. 70a 3 sqq. ubi *σημεῖον* latius panditur, *τεκμήριον* angustius contrahitur, ita quidem, ut *σημεῖον* tribus cognoscendi generibus, sive ex extremis sive e medio termino colligas, tribui possit, *τεκμήριον* ei maxime quod primae figurae respondet." Trdlbg. el. log. Ar. § 37; Bz. ind. Ar. 677a 41.]

colliguntur, nec vero ubi, quae fieri necesse est, e notione proposita repetuntur, ubi e singulis universa coniciuntur, nec vero ex universis singula demonstrantur. A quibus non plane dissentiunt, quae Philoponus ad libr. de an. I. (A fol. 7 b.) de *τεκμηρίου* et *σημείου* discrimine attulit. *τεκμήριον δέ ἐστι τὸ ἄλυτον σημεῖον ὡς τοῦ πυρὸς ὁ καπνός, ὡς τοῦ σφαιρικὴν εἶναι τὴν σελήνην τὸ οὕτω φωτίζεσθαι. τὸ δὲ λυτόν, οὐ τεκμήριον, ἀλλὰ σημεῖον λέγεται, τοῦτο δέ ἐστιν, ὅταν μὴ πάντως ἕπηται τῷ αἰτιατῷ τὸ αἴτιον. οἷον ὠχρά ἐστιν, ἐπειδὴ τέτοκεν. οὐ πάντως οὖν τῇ ὠχρότητι ἕπεται τὸ τετοκέναι.*

423ᵃ 3. *ὁμοίως τὴν αἴσθησιν εὐθέως ἁψάμενος ἐνσημαίνει*] Quod *ἐνσημαίνει* ad eum, qui tactu percipit, relatum est, non satis convenit. Quid enim is, qui sentit, sensum indicare dicitur? Membrana potius, quae per se ipsam quasi sensum transmittit, quid percipiatur indicare videtur, ut, cum Aristoteles in subiecto disertim significando neglegens esse soleat, conicere liceat *ὁμοίως τὴν αἴσθησιν εὐθέως ἁψαμένῳ* (vel *ἁψαμένοις*) *ἐνσημαίνει*. Confirmatur quodammodo eo, quod subsequitur: *ἐν τούτῳ* quippe quod aperte ad membranam pertineat. Si in lectione *ἁψάμενος* persistas, interpreteris: „membrana, si tetigit, indicat."

Omnis haec disputatio eo tendit, ut sensus instrumentum non necessario ipsam carnem, sed fortasse intra cutem esse appareat. Caro enim quasi membrana illa est, per quam sensus penetrat, cum corpore coniuncta.

§ 4. 423ᵃ 6. Hanc ipsam similitudinem aliorsum versat, ut, num hoc, quod tactui intermedium esse videatur, etsi cum corpore concretum, aëri, qui visui auditui olfactui inservit, comparari queat, clarius intellegatur. Neque hoc solum. Fieri enim potest, ut sensus instrumentum, etsi non unum, hac carne vestitum unum esse videatur. Si enim aër, qui tribus sensibus necessaria est percipiendi conditio, ita cum corpore coaluisset, ut caro coaluit: fieri posset, ut hi tres sensus, quippe qui uno involucro tecti, unus viderentur. In his autem discreta sunt. At vero per quae instrumenta motus suscipiuntur, iis illi sensus ita discreti sunt ut de eorum diversitate nulla sit quaestio. Illud *δι' οὗ γίνονται αἱ κινήσεις*, si verba spectes, ad ea, quae intermedia sita sunt, referas, ut aërem a corpore nostro disiungi significetur. Quod Simplicius accepit. Si sententiam spectes, sensus potius instrumenta interpreteris, ex quibus separatis diversam sensuum naturam colligas. Quod Themestio placuit. Hoc ipsum, quale sit, per quod tactus fiat, obscurum est.

Auditui aër insitus est. Oculo inest liquor, qui aquae respondet. Horum enim sensuum similitudinem significasse videtur his verbis ἐξ ἀέρος μὲν γὰρ ἢ ὕδατος ἀδύνατον συστῆναι. Tactus autem, qui in solidi corporis differentiis dignoscendis positus est, solidam quandam naturam referat oportet; unde ex elementis terra potissimum ei relinquitur. Corpus ex eiusmodi natura genitum, si inter tactum et res tactu percipiendas interiectum est, oculo quidem et auri simile est, nec vero aëri intermedio tanquam externae conditioni, ut, quae verba ad hanc redeunt, iure expulsa sint. Leguntur enim in editionibus ante Bekkerum haec; ἡ γὰρ πᾶσα αἴσθησίς διὰ τοῦ μεταξὺ καὶ ἡ ἁφή, quae importune adscripta sunt ab aliquo, qui obscuram sententiarum seriem non perspexit nec abrupta mente componere scivit. Fortasse e Themistio desumpta, ut iam a Dandino adnotatum est. Themistius enim fol. 82 a. λείπεται δὴ μικτὸν εἶναι ἐκ τῆς γῆς καὶ τῶν ἄλλων στοιχείων, οἷον βούλεται εἶναι σὰρξ καὶ τὸ ἀνάλογον. εἰ δέ τις ὑπόθοιτο ζῷα εἶναι πύρινα ἢ ἀέρινα, ἐπὶ τοιούτων χαλεπὸν διακρῖναι ὥσπερ ἔφην, τὰς πέντε αἰσθήσεις καὶ τὰ ὄργανα οἷς χρῆται ἑκάστη. θεὰ (?) δὲ καὶ τὸν λόγον, εἰ μὴ προσάγεται, εἰ γὰρ πᾶσα αἴσθησις διὰ τοῦ μεταξὺ, καὶ ἡ ἁφή, τοῦ δὲ ἁπτοῦ καὶ τοῦ ἁπτικοῦ, οὐδὲν ἕτερόν ἐστι μεταξύ, ἢ τὸ σῶμα, τὸ σῶμα ἄρα τὸ μεταξύ, δι' οὗ γίνεται ἡ ἀντίληψις. Reliqui silent. — Igitur si tactus non unus est sensus, sed plures, necessario statuas, natura esse factum, ut tale, quale dictum est corpus, tactus sensum tegat (μεταξὺ τοῦ ἁπτικοῦ προσπεφυκός).

§ 5. 423^a 17. In tactu plures inesse sensus, gustus comparatio probat. Hic enim ita comparatus est, ut non solum sapores sed etiam tactus differentias percipiat. Si tactum ignorares, facile errares, ut gustum unum sensum haberes, cum, habita tactus a gustu separati ratione, duos esse appareat.

423^a 21. *νῦν δὲ δύο διὰ τὸ μὴ ἀντιστρέφειν*] ἀντιστρέφειν notiones dicuntur, quae inter se converti possunt, quae adeo inter se respondent, ut, quod una habeat proprium, etiam alteri adsit, ideoque altera in alterius locum substitui possit. analyt. post. II, 4. 91^a 35. Vox a scaena ducta. Chori antistrophe strophae ad assem respondet, eiusque motus ita fit, ut posterior in prioris locum succedat. categor. περὶ οὐσίας. 2^b 20. τὰ μὲν γὰρ γένη κατὰ τῶν εἰδῶν κατηγορεῖται, τὰ δὲ εἴδη κατὰ τῶν γενῶν οὐκ ἀντιστρέφει. 12. 14^a 30. δεύτερον δὲ τὸ μὴ ἀντιστρέφον κατὰ τὴν τοῦ εἶναι ἀκολούθησιν,

οἷον τὸ ἓν τῶν δύο πρότερον· δυοῖν μὲν γὰρ ὄντοιν ἀκολουθεῖ εὐθὺς τὸ ἓν εἶναι, ἑνὸς δὲ ὄντος οὐκ ἀναγκαῖον δύο εἶναι ὥστε οὐκ ἀντιστρέφει ἀπὸ τοῦ ἑνὸς ἡ ἀκολούθησις τοῦ εἶναι τὸ λοιπόν. [„Quo etiam pertinet vocabuli *ἀντίστροφος* usus iam apud Platonem frequentati (ut in Philebo p. 40. 57. Gorg. p. 464); significat enim ex altera parte respondere et quasi ex adverso oppositum esse; id quod etiam in antistrophen cadit. Omnis haec similitudo iusto longius repetita non est; multa enim a scaena in vitam migrarunt, velut *χορηγεῖν* (eth. Nic. I, 11. 1101a 15), *κορυφαῖος, δευτεραγωνιστής, πρωταγωνιστεῖν, ἀνταγωνιστής* (polit. VIII, 4. 1338b 30; 37), et alia similis generis, velut *ἀπροσδιόνυσον*, nonnulla in philosophorum usu, velut *συστοιχία* (metaph. A, 5. 986a 23. eth. Nic. I, 4. 1096b 6. top. II, 9. 114a 32. analyt. post. I, 29. 87b 14 etc.). Quoniam omnis oppositio, cuius *τὸ ἀντίστροφον* altera est pars, uno genere comprehenditur, potest fieri, ut ipsum *ἀντίστροφον* tanquam *ἀνάλογον* hanc affinitatem exprimat; velut in rhetoricorum initio (I, 1. 1354a 1) *ἡ ῥητορική ἐστιν ἀντίστροφος τῇ διαλεκτικῇ*. De quo loco conferas Leonardi Spengel adnotationem ad Aristotelis libros de arte rhetorica. 1867. vol. II. p. 1 sqq. Neque a propria translationis origine is vocis usus remotus est, quo Gellius (V. 10) argumenta *ἀντιστρέφοντα* Latinis reciproca appellata esse scribit; sunt enim eiusmodi: ut utrimque pariter valeant ideoque referri contra et in eum, a quo dicta sunt, converti possint." Trdlbg. el. log. Ar. § 14. p. 78. Cf. Bz. ind. Ar. 66a 18 sqq.]

Gustus et tactus, cum non ita inter se congruant, facile discernuntur. Itaque Aristoteles ceterorum sensuum, quibus unum oppositionis genus tanquam suum subest, similitudine ductus eo inclinat, ut in tactu plures sensus discernat.

§ 6. 423a 21. Redit Aristoteles ad eam quaestionem, utrum revera tactus sit ipsius rei contactus, an aliquid intermedium, nobis ipsis insciis, intercedat. In quo adeo subtilis est, ut, principio paulo altius repetito, aëris vel aquae partem aliquam residuam in ipso tactu intermediam non posse non remanere demonstret. Ab universa corporis natura profectus haec fere affert. Omne corpus in tria spatia patet. Quoniam corpus non solum longum et latum est, sed etiam altum, haec altitudo efficit, ut corpora, si quid interiectum est, inter se tangere non possint. Atqui aqua et aër corpora sunt; in quae elementa cum sensus, qui percipiat, immersus sit, eorum altitudo prohibet, quominus tactus res revera contingat.

423ª 21. ἀπορήσειε [1]) δ' ἄν τις, εἰ πᾶν σῶμα βάθος ἔχει] εἰ i. e. siquidem omne corpus altum est, quae est dubitationis conditio nec vero dubium ipsum.

423ª 22. τὸ τρίτον μέγεθος] cf. metaph. Δ, 13. 1020ª 11. μεγέθους δὲ τὸ μὲν ἐφ' ἓν συνεχὲς μῆκος, τὸ δ' ἐπὶ δύο πλάτος, τὸ δ' ἐπὶ τρία βάθος.

Aristoteles ab aqua, cuius corporea natura magis patet, ad aërem, qui ad aquam propius accedit, transit, ut, si aquae partes interveniant, aëris etiam intervenire necesse sit. Cum in aqua, si quae se tangere videntur, summa corpora non sint sicca, necesse est aquam intercessisse. Idem in aëre accidit, sed nos latet, num extremae corporis nostri partes aëre imbutae aërem tangant (εἰ διερὸν διεροῦ ἅπτεται). Intellegas verba ita iuncta: λανθάνει δὲ μᾶλλον ἡμᾶς, εἰ διερὸν διεροῦ ἅπτεται. ὥσπερ καὶ τὰ ἐν τῷ ὕδατι ζῷα λανθάνει, εἰ ὑγρὸν ὑγροῦ.

423ª 24. 25. ὑγρὸν aquae, διερὸν aëris naturam significare videtur; ita enim Aristophanes nub. v. 336. οἰωνοὶ ἀέριοι διεροί.

423ª 25. ἀναγκαῖον ὕδωρ εἶναι ἢ ἔχειν ὕδωρ] Simplicius fol. 46 a. ἐν δὲ τῇ λέξει, τὸ ἀλλὰ ἀναγκαῖον ὕδωρ εἶναι ἢ ἔχειν, πρὸς τὸ ὑγρὸν μὲν τὸ εἶναι ὕδωρ, πρὸς δὲ τὸ διερὸν τὸ ἔχειν ἀποδέδοται. Recte id quidem, dummodo ne διερόν, ut Philoponus fecit, limum vel quod eiusmodi est, ut aquae particeps sit, intellegas (Philopon. N. fol. 4 b. διερὸν δὲ τὸ ἀλλότριον ὡς ὁ πηλός). Aër etiam aliquam aquae naturam habet; unde fit, ut humidus videatur.

§ 7. 423ᵇ 1. Duo insunt, atque ea levioris momenti, quae orationem turbant et interpellant; quibus detractis sententiae, etsi Aristotelico more abruptae, tamen perpetuo vinculo cum inter se tum cum antecedentibus et sequentibus nexae sunt. Haec primum expediamus. Orditur oratio a duplici quadam

---

1) [Cf. Bz. stud. Ar. II, III. 63: „Zur Motivirung der Aporie: πότερον πάντων ὁμοίως ἐστὶν ἡ αἴσθησις ἢ ἄλλων ἄλλως werden diejenigen Erwägungen dargelegt, welche zur Entscheidung der Frage gegen die verbreitete Ansicht (dass nämlich die Sinneswahrnehmung des Tastens und des Geschmackes durch unmittelbare Berührung des Objectes, die andern aus der Ferne durch ein vermittelndes Medium geschehen) führen. Die Darlegung der Erwägungen geschieht in dem durch die Partikel εἰ eingeführten Vordersatz εἰ = in Erwägung, dass). Das im fünften Gliede sich findende εἰ ist nicht eine an dieser Stelle unmotivirte Epanalepsis jenes den Vordersatz einleitenden εἰ, sondern ihm untergeordnet = τούτου δ' ὄντος ἀληθοῦς ἀδύνατον κτλ."]

interrogatione, cuius altera pars dividitur, hoc quidem modo: *πότερον οὖν πάντων ὁμοίως ἐστὶν ἡ αἴσθησις, ἢ ἄλλων ἄλλως, ἡ μὲν γεῦσις καὶ ἡ ἁφὴ τῷ ἅπτεσθαι, αἱ δ' ἄλλαι ἄποθεν;* Quae est eorum, quae disputata erant, conclusio. Sed interiecta sunt verba *καθάπερ νῦν δοκεῖ*, quae, quoquo referas, non consentiunt. Neque enim nunc ita statutum, duos hos sensus, nulla re interposita, suas contingere res, cum maxime in contrariam partem disseratur. Si vera sunt verba, non, quod nunc Aristoteli, sed quod nunc in vulgus [1]) placeat, significare iudices. *καθάπερ νῦν δοκεῖ* sc. *τοῖς πολλοῖς*. Alterum est, quod orationem implicat: *διὸ λανθάνει, ἐπεὶ αἰσθανόμεθά γε πάντων διὰ τοῦ μέσου· ἀλλ' ἐπὶ τούτων λανθάνει κτλ.* Cuius prioris vocis, *λανθάνει* vim non perspicimus. Latet quidem nos in his i. e. in tactu et gustu, quomodo aliquid intermedium interveniat. Sed quid lateat porro et quidem aliquid, quod oppositum sit (sequitur enim particula adversativa *ἀλλὰ*) id nulla interpretatione elicias. Corruptum esse videtur, sed nondum contigit, ut probabile quid in eius locum substituerem. Requiritur autem notio: „consentaneum est," aut tale quid „*διὸ εὔλογον*," etc.

His omissis, cetera liquent. Intervenit itaque aliquid medium, differt tantummodo spatium, quod interiectum est, ut alia procul, alia propius sentiantur. Ne species aliud suadere videatur, Aristoteles idem, quod proposuerat, repetit exemplum. Si qua membrana obducta, quae sensum a rebus separaret, sentiremus, fore, ut idem nobis accideret, quod nunc, interposita aliqua aëris parte; putaremus enim res a nobis tangi neque quicquam interesse medium.

§ 8. 423^b 12. Differt tamen in his sensibus medii aëris ratio. In prioribus illis, visu, auditu, olfactu id quod medium interiectum sit, necessariam esse, quae sensum moveat, conditionem; in tactu autem non movere, sed una cum sensu moveri; in illis aërem agendi quasdam partes sustinere, in hoc patiendi tantum. Aërem se habere quasi clipeum, qui telum transmittat, idque, quod feriat, transire patiatur nec vero ipse feriat.

§ 9. 423^b 17. Interest aër, non tanquam aliquid, quod requiritur, sed quod, etiamsi velis, removeri non potest. Interest quidem in tactu aër; sed non eo fine, quo inter reliquos,

1) [„Die zu Ar. Zeit verbreitete Ansicht, die er bestreitet (*τὸ δ' οὐκ ἔστι* ^{b} 3)" Bz. l. l.]

ut sensum moveat. Eiusmodi potius munere caro fungitur ipsi tactus sensui obducta. Qua tandem de causa Aristoteles ita statuit? Ductus solummodo, ut videtur, reliquorum sensuum similitudine. In quo eam in primis causam ponit, a nullo quicquam sensu ipsi sensus instrumento impositum percipi. Cui non consentiret, si caro ipsa esset *ὄργανον;* huic enim res imponas percipiendas. Quod magis ad tactum translatum est, quam ex intima natura depromptum.

§ 10. 423b 29. *ἐν τοῖς περὶ στοιχείων*] Conferas de gen. et corr. II, 2. 329b 18. quem locum [1]) intellexisse videtur Alex. Aphrodis. de anim. fol. 133 a.; attamen, num hic locus adeo quaestioni sufficiat, ut ad eum tanquam ad principem locum remittaris, iure dubites. Si a Diogene Laertio *περὶ στοιχείων* libri tres nominantur, vix in illo *περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς* loco acquiescas, etiamsi, quem de generatione et corruptione habemus librum, Diogenes non affert, ut alio fortasse apud eum nomine lateat.

§ 11. 423b 30. *ἐν ᾧ ἡ καλουμένη ἁφὴ ὑπάρχει πρώτῳ*] in quo tactus inest tanquam prima sede i. e. carne. Circumdatur etiam tactus, ut disputatum est, ab aëre, qui ne intellegeretur, adiectum esse videtur *πρώτῳ.*

424a 1. *ὥστε τὸ ποιοῦν, οἷον αὐτὸ ἐνεργείᾳ, τοιοῦτον ἐκεῖνο ποιεῖ δυνάμει ὄν.*] Quae iungas hoc modo: *ὥστε τὸ ποιοῦν ποιεῖ ἐκεῖνο δυνάμει ὂν τοιοῦτον οἷον αὐτὸ ἐνεργείᾳ.* Relativa effecerunt, ut quae verba effectum indicant, non, qui quidem iustus est sententiarum ordo, sequantur sed praeposita sint. Cetera antecedenti capiti extremo adeo congruunt, ut, his comparatis, satis illustrentur. Dandinus p. 1502: Scite admodum Themistius admonuit, non esse intellegendum medium, quod aeque ab extremis distat et ab utroque remotum est, quemadmodum in secundo ad Nicomachum libro virtus dicitur esse mediocritas quaedam inter excessum et defectum tanquam extrema vitiosa, sed medium, quod extremi utriusque particeps est. cf. meteor. IV, 4. 382a 14. *ἁπλῶς μὲν οὖν σκληρὸν ἢ μαλακὸν τὸ ἁπλῶς τοιοῦτον, πρὸς ἕτερον δὲ τὸ πρὸς ἐκεῖνο τοιοῦτον. πρὸς μὲν οὖν ἄλληλα ἀόριστά ἐστι τῷ μᾶλλον καὶ ἧττον· ἐπεὶ δὲ πρὸς τὴν αἴσθησιν πάντα κρίνομεν τὰ αἰσθητά, δῆλον ὅτι καὶ τὸ σκληρὸν καὶ τὸ μαλακὸν ἁπλῶς πρὸς τὴν ἁφὴν ὡρίκαμεν, ὡς μεσότητι χρώμενοι τῇ ἁφῇ.*

---

1) [Hunc locum ab Aristotele respici censent Bz. ind. Ar. 99a 13. et Heitz, 77. Aristotelem ipsum enim inscriptione, quae est *περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς* non uti.]

διὸ τὸ μὲν ὑπερβάλλον αὐτῆς σκληρόν, τὸ δ' ἐλλεῖπον μαλακὸν εἶναί φαμεν.

424ª 6. *Γίνεται γὰρ πρὸς ἑκάτερον αὐτῶν θάτερον τῶν ἄκρων.* Veterum interpretum solus Philoponus (N. fol. 6 b.) difficilia verba explicuit: *πῶς τὸ μέσον γίνεται τῶν ὑπερβολῶν κριτικὸν ἔδειξε. τὸ γὰρ ἐν μεσότητι τινῶν ὂν πρὸς ἑκάτερον τῶν ἄκρων θάτερόν πως ἐστίν. πρὸς μὲν γὰρ τὸ ὑπερβάλλον τὴν οἰκείαν αὐτοῦ θερμότητα ψυχρόν. πρὸς δὲ τὸ τὴν ψυχρότητα ὑπερβάλλον θερμόν.* Medium tam ad id, quod superat, quam ad id, quod relinquitur, diversum est, ut ab utroque aliquid pati possit. Ceterum turbat *θάτερον* inter *αὐτῶν* et *τῶν ἄκρων* interpositum neque *αὐτῶν* ullo modo utile. *θάτερον* fere Platonicum.

§ 12. 424ª 10. *τῶν ἀντικειμένων*] cf. supr. ad I, 1. 402ᵇ 15. — quae sensibus quasi opposita sunt.

424ª 13. *μικρὰν ἔχον πάμπαν διαφορὰν τῶν ἁπτῶν*] quae adeo absunt a corporis natura, ut tactus differentias non habeant et tactum fugiant. Philoponus (N. fol. 6 b), si haec explicat: *τοιαῦτα δ' ἂν εἴη μὴ πολὺ ἀφεστηκότα τῶν αἰσθητηρίων κατὰ τὰς ἁπτικὰς ποιότητας, ἀλλ' ἐγγὺς ὅμοια καὶ ταύτῃ ἠρέμα ἁπτὰ ὄντα*, non *τῶν ἁπτῶν*, sed *τοῦ ἁπτικοῦ* legisse videtur.

Haec universa si fueris secutus vestigia, sententiam dimittes a Philopono inde per manus traditam, Aristotelem, dubiis propositis, quid de tactu statuendum sit, in medio reliquisse. Aperte enim in eam partem disputat, ut tactum pluribus sensibus contineri atque carnem, qua sensus tectus sit, ita in sensum agere, ut aër interiectus vel aqua in aliis sensibus, statuere videatur.

Cap. 12. De iis, quae sensibus sunt communia.

Aristoteles singulis quibusque sensibus expositis singula ad communia traducere studet, ne notione moderatrice carere videantur. Itaque sensus — qua re tanquam lege sensus continetur — formas rerum suscipit sine materia. Idque eo efficitur, quod sensus a suis quisque rebus patitur, sed non quatenus unae et individuae sunt, ut totae simul et omni ex parte percipiantur, sed quatenus hanc illam certam habent naturam. Sed ut res ita agere possit, legitima inter res et sensus ratio intercedit, quae violari non debet. In quo de una re disceptatur, utrum sensus, qui formas sine materia suscipiat, *ὄργανον* sit, ut corporea quasi via forma intrare iudicetur, an animi

facultas, quae menti rerum imaginem quasi imitando effingat. In illam partem Simplicius et Themistius discedunt, in hanc Alexander Aphrodisiensis et Ioannes Philoponus. Illis quidem non id obici potest, in gustu et tactu res cum ipsa materia sensus quasi intrare. Aristoteles enim in his quoque aliquid intermedium remanere statuerat. Sed rei sensum adeo ad materiam, qua liberandus erat, quasi reicere, universa loci philosophica ratio vetat. Accedit, quod sequenti demum paragrapho ita de sensus instrumento agitur, idque eiusmodi verbis, quae hoc loco de eo cogitare non patiantur (*αἰσθητήριον δὲ πρῶτον, ἐν ᾧ ἡ τοιαύτη δύναμις*). Ceterum conferas de part. anim. II, 1. 647ᵃ 5. *ἡ δ' αἴσθησις ἐγγίνεται πᾶσιν ἐν τοῖς ὁμοιομερέσι, διὰ τὸ τῶν αἰσθήσεων ὁποιανοῦν ἑνός τινος εἶναι γένους, καὶ τὸ αἰσθητήριον ἑκάστου δεκτικὸν εἶναι τῶν αἰσθητῶν. πάσχει δὲ τὸ δυνάμει ὂν ὑπὸ τοῦ ἐνεργείᾳ ὄντος.*

424ᵃ 23. *ἀλλ' οὐχ ᾗ ἕκαστον ἐκείνων λέγεται, ἀλλ' ᾗ τοιονδί*] i. e. *ἕκαστον* et *τοιονδὶ* inter se opposita, illud individuum, quo quid unum constituitur, hoc illius pars, aliqua illius natura, certa quaedam qualitas, quam ab universa re mente segreges.

424ᵃ 23. *ἕκαστον*] cf. *αὐτοέκαστον*, quo Aristoteles ideas significavit nomine.

§ 2. 424ᵃ 24. *αἰσθητήριον δὲ πρῶτον* [1]) *ἐν ᾧ ἡ τοιαύτη δύναμις*] Sensus instrumentum est primum illud, in quo eiusmodi est vis. Quid hoc *πρῶτον*?

Quod primum dicitur, in quo hanc facultatem cernas, id tacite mentem spectare videtur, quae propria est huius facultatis sedes, et ea prima quidem, si ab intimo fonte, altera vero, si ab externa rerum natura proficiscaris. Itaque sensus huius facultatis particeps primum est, in quod incidas. cf. ad II. 1. *πρῶτον*.

---

1) [Bz. in ind. Ar. 652ᵇ 34 et 653ᵇ 25 duo maxime genera in usu philosophico vocis, quae est *πρῶτος, πρώτως* distinguit: „1) *πρῶτος* ubi absolute ponitur, conferri potest cum notione et vario usu nominis *ἀρχή*; 2) *πρῶτον*, relatum ad aliud, id dicitur, quod alteri ita est proximum, ut nihil intercedat medium. potest haec relatio significari: *πρῶτον πρὸς τὸ καθόλου, πρὸς τὸ καθέκαστον* anal. pr. II, 17. 99ᵇ 9; plerumque non significatur sed ex contextu sententiarum intellegitur." In secundo genere enumerat nostrum locum l. l. 653ᵇ 45: „*τὸ ὁρῶν πρῶτον* de an. III, 2. 425ᵇ 19. *τὸ πρῶτον αἰσθητήριον* II, 11. 422ᵇ 22. 31; 12. 424ᵃ 24. de part. an. II, 10. 656ᵇ 35. *αἰσθητικὸν πρῶτον τὸ πρῶτον ἔναιμον, τοιοῦτον δ' ἡ καρδία* de part. an. II, 4. 666ᵃ 34."]

424ᵃ 25. *ἔστι μὲν οὖν ταὐτόν, τὸ δ' εἶναι*[1]) *ἕτερον*] Verba brevitate obscura. De dicendi usu cf. eth. Nicom. V. 3. 1130ᵃ 10. *τί δὲ διαφέρει ἡ ἀρετὴ καὶ ἡ δικαιοσύνη αὕτη, δῆλον ἐκ τῶν εἰρημένων. ἔστι μὲν γὰρ ἡ αὐτή· τὸ δ' εἶναι οὐ τὸ αὐτό.* VI, 8. 1141ᵇ 23. *ἔστι δὲ καὶ ἡ πολιτικὴ καὶ ἡ φρόνησις ἡ αὐτὴ μὲν ἕξις, τὸ μέντοι εἶναι οὐ ταὐτὸν αὐταῖς.* de an. III. 2, 4. 425ᵇ 26. *ἡ δὲ τοῦ αἰσθητοῦ ἐνέργεια καὶ τῆς αἰσθήσεως ἡ αὐτὴ μὲν ἔστι καὶ μία, τὸ δ' εἶναι οὐ ταὐτὸν αὐταῖς.* Quid autem idem est? cui rei comparatur? quid denique *τὸ εἶναι*? Quaerenti, quae res eaedem sint, duplex ratio offertur. Aut *ἡ δύναμις* et *τὸ αἰσθητὸν* aut *αἰσθητήριον* et *δύναμις*. Quae ratio posterior grammatica coniunctione commendatur. Quod si est, sententiae ita procedunt: Sentiendi facultas est quidem cum hoc sensus instrumento nec sine hoc esse potest (*ἔστι οὖν ταὐτόν*), intima vero eius causa et notio (*τὸ δ' εἶναι*) diversa est a corporis sensu; sensus enim percipiens, nisi ab hoc diversus esset, magnitudo fieret; quod a notione eius plane alienum est, est enim ratio quaedam et facultas. Si illud prius ponas, ut sensum et res ad idem redire dicas: rem invertas necesse est, in hanc quidem sententiam: esse quidem notione (*δυνάμει*) eadem, ut ratio intercedere possit, sed re ipsa diversa; alioqui enim sensum adeo res externas referre, ut et ipse sit magnitudo. Cui sententiae vereor, ne *τὸ εἶναι* ad notionem potius generaliorem relatum parum conveniat. Exempla priorem rationem confirmant. [Cf. similem usum in pol. III, 4. 1277ᵃ 13 *ἀλλ' ἆρα ἔσται τινὸς ἡ αὐτὴ ἀρετὴ πολίτου τε σπουδαίου καὶ ἀνδρὸς σπουδαίου;* h. e. in uno eodemque et boni civis et boni viri erit virtus; at haec per se diversa esse Aristoteles ipse demonstrat. — Contra nos Michelet disseruit in comm. ad eth. Nicom. V, 1. § 20. p. 209: 1) „*ταὐτὸν* non hanc vim habere." at vero conferas inter alia II, 5. § 3. 417ᵃ 15 (*πρῶτον μὲν οὖν ὡς τοῦ αὐτοῦ ὄντος τοῦ πάσχειν καὶ τοῦ κινεῖσθαι καὶ τοῦ ἐνεργεῖν λέγωμεν*), ubi de notionibus unis iisdemque cogitari non potest, sed de contrariis agitur, quae in una actione quasi concurrunt. 2) „sensum universum esse ineptum." — At vero

---

1) [Cf. Bz. ind. Ar. 221ᵃ 41 sqq.: „*τὸ εἶναι συνήθως ὑπὸ τοῦ περιπάτου λεγόμενον καὶ τὸ εἶδος σημαῖνον* Simplic. ad phys. 174ᵃ." De verbis quae sunt *τὸ δ' εἶναι ἕτερον* cf. ind. 221ᵃ 50 sqq., ibid. 54. *τὸ δ' εἶναι αὐτῷ (αὐτοῖς) οὐ ταὐτὸ, ἕτερον* phys. I, 7. 191ᵃ 1; IV, 6. 213ᵃ 19; 11. 219ᵃ 21, ᵇ 11; V. 229ᵃ 18. de an. II, 425ᵇ 27 etc. — syn. *λόγος.*"]

quid inepti, perversitati occurrere, ne vis aliqua, quae intenditur (δύναμις, αἰσθητικόν) cum ipso sensus instrumento, quod extenditur (μέγεθος ἂν εἴη), confundatur? — Quae Michelet ipse proponit, ea hodierna olent, et repugnat grammaticae constructionis difficultas. Subinde Trdlbg. adnotavit: „ἀλλὰ γὰρ εὔηθες τὸ τοὺς εὐήθεις τῶν λόγων λίαν ἐξετάζειν, ut praecipit Aristoteles de part. an. III, 3. 664b 19."]

424a 28. *δύναμις*[1]) *ἐκείνου*] i. e. rerum sensibus expositarum.

§ 3. 424a 28. Si sensus in certa quadam ratione, qua ad res externas refertur, positus est: quidquid vehementiori motu sensum ferit, hunc tollit concentum.

424a 31. *τοῦτο δ' ἦν ἡ αἴσθησις*] imperfectum tempus, quatenus de eo praeterito tempore agebatur (cf. II. 7, 419a 9).

§ 4. 424a 32. Plantae, etiamsi quodammodo animae participes sunt, sensus sunt expertes. Quidquid res in eas agunt, id non ita ab iis suscipitur, ut forma a materia separetur, neque id medium tanquam mensuram et modum habent, quo sensus quasi iudicant. Si calefiunt aut refrigerantur, ita cum ipsa materia patiuntur, ut vel calor vel frigus plantae statum commutet. Hoc in tactu potissimum perspicuum. Num quid omnino in reliquis sensibus, vel odor vel color agat, dubitatur.

§ 5. 424b 5. *εἰ δὲ τὸ ὀσφραντὸν ὀσμή, εἴ τι ποιεῖ, τὴν ὄσφρησιν ἡ ὀσμὴ ποιεῖ.* Odor, si quid agit, nihil aliud efficit, quam olfactum. Ita interpungendum. Errat Philoponus, quod verba male separavit. Id quaeritur, an odor aliud quid praeter olfactum efficere possit; hunc ab eo proficisci, satis superque constat. Neque igitur eorum, quae odorari nequeunt, quicquam ab odore patiuntur, neque ea, quae possunt, alia ratione, quam ipso sensu.

424b 8. *ὁ δ' αὐτὸς λόγος ἐπὶ τῶν ἄλλων*] sc. *αἰσθήσεων*.

Nec lux et tenebrae, nec sonus nec odor corpora afficiunt, sed ea solummodo, quibus insunt, velut ab aëre cum tonitru coniuncto nec vero a sono eius lignum scinditur.

§ 6. 424b 12. Ab hac lege ea, quae tactu et gustu percipiuntur, excipienda sunt; harum enim vi res inanimae mutan-

---

1) [Cf. Bz. ind. Ar. 206b 12. „quoniam per id, quod aliqua res *πέφυκε ποιεῖν ἢ πάσχειν*, ipsa natura et qualitas rei significatur, *δύναμις* affinis est et coniuncta cum notionibus *εἶδος, μορφή, λόγος, φύσις*. cf. de an. II, 12. 428a 28. *ἡ αἴσθησις λόγος τις καὶ δύναμις ἐκείνου* (*τοῦ αἰσθητοῦ*)."]

tur. Quod si est, num ad res, quae reliquorum sensuum sunt, (*ἐκεῖνα*) eandem vim transferas? Non omne corpus ab odore et sono patitur. Quod patitur, non manet sed diffluit, ut aër, quippe quod ita comparatum sit, ut illos ad sensum deferat, nec vero ut teneat. Si itaque aër ab odore ita patitur, ut oleat, quid differt, ut non odoretur? Animans, quod olfactus particeps est, si patitur, odoratur; aër autem, si patitur, solummodo idoneus est, quem odoreris. Quod de olfactu dictum est, ad reliquos sensus patet, ut, dum res externa actione moventur, hi propria contineantur, ut dum in illis forma cum materia, in his sine materia agat.

424ᵇ 14. *ἆρ' οὖν κἀκεῖνα ποιήσει;*] Philopon. (N. fol. 8 a.): *εἰπὼν ὅτι ὑπὸ τῶν ἁπτῶν ποιοτήτων πάσχει τὰ σώματα καὶ ὑπὸ τῶν γευστῶν. ζητεῖ εἰ καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων αἰσθητῶν πάσχει τὰ σώματα, οὐκ αἰσθητικῶς δέ.*

424ᵇ 17. *ἢ*] cf. ad I, 1. § 11. Philoponus (N. fol. 8 b.): *ἐπιλυόμενος οὖν ταύτην τὴν ἀπορίαν φησίν, ἢ τοῦ μὲν ὀσμᾶσθαι αἰσθάνεσθαί ἐστιν, ὁ δὲ ἀὴρ ταχέως αἰσθητὸς γίνεται. οὐ γὰρ ἀρκεῖ πρὸς τὸ αἰσθάνεσθαι τὸ δύνασθαι τὸ εἶδος χωρὶς τῆς ὕλης δέχεσθαι, ἀλλὰ καὶ δυνάμεως δεῖ ψυχικῆς, ἥτις οὐκ ἐν πᾶσίν ἐστι τοῖς τὰ εἴδη τῶν αἰσθητῶν χωρὶς τῆς ὕλης δεχομένοις.* Haec explicatio cum etiam vulgata niti possit (*τὸ μὲν ὀσμ. κτλ.*), nec necessario illam, quae legitur, *τοῦ μὲν* requirat, Philoponum re vera *τοῦ μὲν* scripsisse non satis certum est.

LIBER III.

Liber tertius primum generales de sensu quaestiones expedit, deinde eas, φαντασίᾳ interiecta, ad mentem traducit, tum moventem animi vim explanat, denique de omnium animi facultatum ordine ac mutua inter se ratione disputat. Quibus universa de anima quaestio absolvitur. Tanti liber est ad inchoata perficienda momenti, tam arta cum superioribus coniunctione, tanta ad quaerendum gravitate, ut eo carere non possimus. Exstitit tamen, qui tanquam spurium a primo et altero libro segregandum existimaret [1]). In quo iudicio adeo subtilis est, ut universas sententias Aristotelias esse concedat, e sententiarum vero coniunctione et orationis genere fraudulentam manum cognosci arbitretur. Si quis tanto fuit ingenii acumine, ut adeo Aristotelis mentem perciperet: is suo Marte pugnam sustinere potuisset nec sua alieno timidus nomine venditasset. Accedit quod, sententiarum veritate concessa, obscurum solummodo de oratione iudicium relinquitur. Quae res in Aristotele, quo magis oratio eius modo intercidi modo adstringi solet, eo maiorem cautionem habet, ne in spinas et salebras incidas. Haec quidem in universum. Quae singula, si graviora sunt, libro obiciuntur, ea suo quodque loco examinanda sunt. Sed nobis otium fecit Schmidt, qui hanc negandi temeritatem strenue repressit.

Cap. 1.

§ 1 — 4. 424^b 22 — 425^a 13. Praeter quinque sensus non esse posse alios.

§ 5 — 8. 425^a 13 — ^{b} 11. Cur ea, quae omnibus sensibus communia sunt, non suum habeant sensum.

---

1) C. H. Weisse Aristoteles von der Seele und von der Welt. Leipz. 1829. p. 278 sqq.

Prior, quam indicavimus, capitis pars tantas habet difficultates, quantas interpretando vix tollas.[1]) Quod scriptor sibi

---

1) [De hoc loco (§ 1—4) Torstrikius haec dicit: „Videtur post Aristotelem nemo hanc demonstrationem intellexisse: videantur Simplicius, Philoponus, Sophonias, Alexander (in Ἀπορ. καὶ Λύ. Γ ς', p. 169 Sp.), Averroës, Julius Pacius, denique Trendelenburgius Nec ego intellego." Bonitzius in stud. Ar. II, III. 36 sqq. hanc explicationem proponit: „Das Ziel des beabsichtigten Beweises ist in dem ersten Satze des Capitels angegeben: dass es kein Gebiet der Wahrnehmung gibt, ausser den den fünf Sinnen angehörigen, davon kann man sich aus folgenden Gründen überzeugen." Der Beweis nun ist in einem sechsgliedrigen, öfters durch parenthetische Erklärungen erweiterten Vordersatze [cf. apparatum criticum] so ausgeführt, dass die ersten fünf Glieder oder doch das zweite bis zum fünften die Bedingungen feststellen, unter denen einem lebenden Wesen jedes Gebiet der Wahrnehmung zugänglich ist, das sechste sodann das Vorhandensein dieser Bedingungen bei einigen, nämlich den höheren Thierklassen, constatirt. Daraus ergibt sich dann als Nachsatz derselbe Satz der vorher als Ziel des Beweises ausgesprochen war und der sich durch diese deutliche Beziehung ebenso, wie durch die Partikel ἄρα als Nachsatz kundgibt. — Vorausgesetzt ist bei dem ganzen Beweise das, was Aristoteles nach der Anlage seiner Psychologie voraussetzen kann, dass die thierische ψυχὴ αἰσθητική ist, d. h. das Vermögen der Sinneswahrnehmung überhaupt hat. Für welche Gebiete nun diese allgemeine δύναμις des Wahrnehmens zu einer wirklichen δύναμις werde (ich setze diese Verbindung der „wirklichen δύναμις" mit voller Absichtlichkeit), hängt von dem Vorhandensein der für das Wahrnehmen erforderlichen Bedingungen ab. Nun geschieht das Wahrnehmen entweder durch unmittelbare Berührung des Wahrzunehmenden oder durch mittelbare. Die Fähigkeit der Wahrnehmung der ersteren Art, der Tastsinn, ist den Thieren eigen und sie sind dadurch fähig, alle Eigenschaften τοῦ ἁπτοῦ ᾗ ἁπτόν wahrzunehmen [prima protasis, quam Bz. signavit numero I]. Die durch mittelbare Berührung zu erreichende Wahrnehmung geschieht durch Vermittelung eines Sinnesorganes. Sollte also eine in diese Kategorie gehörige Wahrnehmungsfähigkeit der thierischen Seele fehlen, so liesse sich dies, da sie ja αἰσθητικὴ überhaupt ist, nur aus der Voraussetzung ableiten, dass ihr das entsprechende Sinnesorgan abgehe, ἀνάγκη, τ', εἴπερ ἐκλείπει τις αἴσθησις, καὶ αἰσθητήριόν τι ἡμῖν ἐκλείπειν (II). Die vermittelnden Sinnesorgane bestehen aus den elementarischen Stoffen derselben Art, wie jener ist, durch welchen die Wahrnehmung an den Wahrnehmenden gelangt, ὅσων διὰ τοῦ μεταξὺ αἰσθανόμεθα, τοῖς ἁπλοῖς, λέγω δ' οἷον ἀέρι καὶ ὕδατι (III). Unter den elementarischen Stoffen sind aber nur zwei geeignet, Vermittlung für Sinneswahrnehmungen zu werden, und es sind dementsprechend, damit alle Gebiete der Wahrnehmung zugänglich seien, nur Sinnesorgane, welche aus diesen beiden Stoffen bestehen, erforderlich, nämlich aus Luft und Wasser (V). Die aus ihnen bestehenden Sinnesorgane finden sich in den höheren Thierklassen, ταῦτα δὲ καὶ νῦν ἔχουσιν ἔνια ζῷα (VI). Diesen sind also alle Gebiete der sinnlichen Wahrnehmung zugänglich, πᾶσαι ἄρα αἱ αἰσθήσεις ἔχονται, man müsste denn etwa, wie es im folgenden ^{a} 12 heisst, annehmen, dass es noch Körper und körperliche Eigenschaften gebe, welche von dem die Gesammtheit der Welt bildenden Complexe verschie-

proposuit, ut non plures esse sensus praeter quinque nostros demonstraret: id ipsos sensus, ipsamque experientiam superat. Si genus humanum sensus aliquis deficeret, unde hoc ipsum coniceret? neque enim eorum notitiam haberet, quae nonnisi alio sensu percipi possent. Id tantum restat, ut quaestio, experientia relicta, e rationis quadam necessitate rerumque concentu transigatur. A qua via hic quidem locus alienus. Quaestionem illam de absoluto sensuum numero motam esse admireris; ostendit enim, quantum a philosophia iure postules; sed his ipsis, quae leguntur, confectam esse dubites. Aristoteliae sententiae summa in eo vertere videtur, tum quod res tam contactu quam e longinquo percipiantur, ad quae aliquid tertium addi non possit (§ 1), tum quod sensus nostri cunctis elementis eorumque rationibus respondeant (§ 3). Quae sententia, si Aristotelis est, adeo iis, quae adiecta sunt, obscuratur et obruitur, ut vix agnoscas. Agit de hoc loco Alexander Aphrodisiensis in *ἀποριῶν καὶ λύσεων Γ, ς'* p. 169 Sp.

§ 1. 424^{b} 22. *εἰ γὰρ παντὸς οὗ ἐστὶν αἴσθησις ἁφή, καὶ νῦν αἴσθησιν ἔχομεν*] i. e. *εἰ γὰρ παντὸς, οὗ ἐστιν αἴσθησις, ἁφή (ἐστι), (παντὸς) καὶ νῦν αἴσθησιν ἔχομεν.* Si omnium rerum sensus in contactu positus esset, omnia sentiremus; sentimus enim omnes corporum rationes, quae tactu sentiri possunt [1]), in quo unde ad unam omnes rationes percipi appareat non liquet. Caute quidem adiecit: *τὰ τοῦ ἁπτοῦ ᾗ ἁπτὸν πάθη.* Concedas enim oportet, omnes rationes, quatenus tactu percipi possunt, re vera percipi. Sed tali adiecta conditione probandi nervus attenuatur; refertur enim iudicium, an omnia tactu percipiantur, ad tactum ipsum, ut in sua ipsius causa iudex constituatur.

Loco obscuri quid inesse fatentur interpretes. Simplicius. fol. 49 a.: *εἰ δὲ ἡ ἁφὴ καίτοι ἐσχάτη οὖσα οὐδὲν ἀφίησι*

---

den wären, *εἰ μὴ ἕτερόν ἐστι σῶμα καὶ πάθος ὃ μηθενός ἐστι τῶν ἐνταῦθα σωμάτων.* — In der vorstehenden Analyse des Beweisganges ist nur das vierte Glied des Vordersatzes übergangen, indem dieses nur mittelbar dazu dient, zu erweisen (oder zu behaupten), dass, wenn derselbe elementarische Stoff für verschiedene Classen von sinnlichen Erscheinungen die Vermittelung der Wahrnehmung ist, derselbe eine Stoff die verschiedenen Wahrnehmungsgebiete zugänglich macht."]

1) [Cf. tamen Bz. l. l: 38. n. 1: „Bei dieser Auffassung des ersten Gliedes wird es freilich kaum möglich sein, den Beweis zusammenhängend aufzufassen. Die griechischen Worte sind vielmehr so zu umschreiben: *εἰ γὰρ καὶ νῦν αἴσθησιν τούτων πάντων ἔχομεν, ὧν ἡ αἴσθησις ἁφῇ γίγνεται.*"]

τῶν ἁπτῶν ἄγνωστον, πάντως που καὶ ἑκάστη τῶν λοιπῶν, οὐδενὸς τῶν οἰκείων ἀπολειφθήσεται αἰσθητῶν· τοῦτο γὰρ ἕπεται μὲν τῷ ὑποθετικῶς προειρημένῳ, τῷ εἰ γὰρ παντὸς οὗ ἐστιν αἴσθησις ἁφή. Οὐ μὴν ἀποδέδοται ὑπὸ Ἀριστοτέλους, ἀλλὰ καὶ ἄλλα τινὰ προηγούμενα τὸ εἰπεῖν εἰ ἐκλείποι τις αἴσθησις. Philoponus (O. fol. 2 a.): *πᾶσαν αἴσθησιν ἢ ἀμέσως ἢ διὰ μέσου ἀντιλαμβάνεσθαι. ἔχομεν δὲ ἄμφω καὶ τὸ ἀμέσως καὶ τὸ διὰ μέσου· πάντα τὰ ἄλλα ἐάσας ἐκ τούτου ἄρχεται. καὶ δείκνυσιν ὅτι ἔχομεν ἀμέσως αἴσθησιν. εἰ γάρ φησιν ἐν πᾶσιν οἷς ἐστιν αἴσθησις ἡ ἁφή, ἀμέσως ἐνεργοῦσιν (τὰ γὰρ ἁπτὰ πάθη ἐστὶ τῆς ἁφῆς καὶ ἄμεσά ἐστιν αἰσθητά)· ἔχομεν δὲ ἁφήν, ἀμέσως ἄρα ἔχομεν αἴσθησιν. καὶ τοῦτο σκολιῶς ἔφρασεν ὅτι ὀφείλων κατασκευάσαι ὡς καὶ ἀμέσως ἔχομεν αἴσθησιν τοῦτο ἐάσας φησίν. ἄναγκη, ἔνθα λείπει αἴσθησις, καὶ αἰσθητήριον.*

424ᵇ 29. *ὅσα δὲ διὰ τῶν μεταξύ, καὶ μὴ αὐτῶν ἁπτόμενοι τοῖς ἁπλοῖς, λέγω δ' οἷον ἀέρι καὶ ὕδατι.*] Ante Bekkerum edebatur: *τοῖς ἁπλοῖς διαστήμασι.* Quam additam vocem Bekkerus eiecit. Philoponus, quantum quidem ex interpretatione eius conicias, legisse non videtur. Philop. (O. fol. 2 a.) *ταῦτα δὲ διὰ τῶν ἁπλῶν ἀντιλαμβάνεται μεταξὺ ὄντων. ἁπλᾶ δὲ λέγει ὕδωρ καὶ ἀέρα διότι στοιχεῖά ἐστι.* Simplicium contra, qui bis *τοῖς ἁπλοῖς ἀποστήμασι* posuerit, hanc lectionem ante oculos habuisse existimes. Simpl. fol. 49 b. *λέγει δὲ οὕτως. ὅσα δὲ διὰ τῶν μεταξὺ καὶ μὴ αὐτῶν ἁπτόμενοι, τοῖς ἁπλοῖς ἀποστήμασι, λέγω δὲ οἷον ἀέρι καὶ ὕδατι, ὅτι μὲν οὖν διὰ μόνων δύο τῶν μεταξὺ ἀέρος τε καὶ ὕδατος, μικρὸν προελθὼν δείξει* et postea fol. 50 a. *δύο μόνα τὰ ἁπλᾶ ἀποστήματα ἀήρ τε καὶ ὕδωρ.* Themistius in sola sententia detentus verba relinquit; Sophonias verborum vestigia accuratius legens *διαστήμασι* omittit *τοῖς ἁπλοῖς, λέγω δ' οἷον ἀέρι καὶ ὕδατι.* Alex. Aphrod. *ἀπορ. κ. λύσ. Γ, ς'.* p. 170, lin. 3. Sp. Si in necessariam sententiarum coniunctionem altius descenderis, non de spatiis agi, quae media interiecta sunt, sed de elementis, quibus quasi instrumentis sensus utuntur, facile persuasum habebis. Haec elementa, aqua et aër, quae quasi sensibus innata sunt, *ἁπλᾶ* dicuntur. Ita *ἁπλᾶ* paulo infra: *τῶν δὲ ἁπλῶν ἐκ δύο τούτων αἰσθητήρια μόνον ἐστίν, ἐξ ἀέρος καὶ ὕδατος.* Significari id, quo aliquid fit, nec vero medium, per quod fit, aperte docet dativus instrumenti.

§ 2. 425ᵃ 2. *καὶ ὁ τὸ ἕτερον αὐτῶν ἔχων μόνον αἰσθήσεται ἀμφοῖν.*] Ita Bekkerus. Restituendum est, quod

ante eum scribebatur, τοῦ δι' ἀμφοῖν i. e. χρόας, si quidem exemplum teneas. Lectionis auctoritas, si quid minori codicum parte detrahitur, Simplicii testimonio compensatur (fol. 50 a.) *τὸ γὰρ δι' ἀμφοῖν, ἐν τῷ, καὶ ὁ τὸ ἕτερον αὐτῶν ἔχων μόνον αἰσθήσεται τοῦ δι' ἀμφοῖν, οὕτως ἀκουστέον, ὡς δι' ἑκατέρου ἰδίᾳ, ἀλλ' οὐχ ὡς ἅμα, οὐδὲ ὡς ἐκ τοῦ ἐν ἀμφοῖν.* Illud minus aptum; neque enim id spectatur, ut aqua et aër percipiantur, quae potius percipiendo inserviunt.

Verba aperta sunt, sed si examinaveris, re ipsa impedita. Si uno elemento plura eaque genere diversa percipiuntur, is sensus qui huius elementi particeps est, plura haec necessario percipit. Si contra idem ad plura elementa pertinet, ut color ad aquam et aërem: sentitur, siquidem alterutrum elementorum adest.

Quae scripta sunt, id tantum respiciunt, quodnam elementum ad sentiendum corpori datum sit, quasi in eo omnia posita essent, nec vero quae facultas adesse debeat, qua haec externa quasi sensuum corpora temperentur. Quia scriptor haec non curat in illis solis detentus in consequentia incidit, quae, si ad rem contuleris, omni veritate destituta sunt. Ita ex his facile colligas, aurem, quoniam aërem audiendi principium habeat, aër vero non solum soni sed etiam coloris sit particeps, coloris quoque sensum habere. Iam Simplicius eadem in difficultate offendit fol. 50: *ἀλλὰ διατί ἅπερ ἐλέγομεν οὐχὶ καὶ ὁρᾷ ἡ ἀσπάλαξ ἔχουσα ἀέρα ἢ ἀκούει; διατί δὲ οὐχὶ καὶ ἀκούει ἡ πορφύρα ἔχουσα τὸ ᾧ ὀσφραίνεται εἴτε ἀὴρ τοῦτο εἴτε ὕδωρ εἴη; δι' ὅτι ἐρῶ οὔτε ἀξιοῦται ἁπλῶς οὔτε ἀληθεύει τὸ λεγόμενον, ἀλλ' ἐπὶ τῶν τελείων ζώων. ὅθεν ὡς εἴρηται καὶ ἐπὶ ἡμῶν ἐποιεῖτο τὸν λόγον· ἡμῖν λέγων καὶ ὅσων αὐτοὶ ἁπτόμενοι αἰσθανόμεθα.*

§ 3. 425a 3. Visus aquae, auditus aëris, olfactus utriusque particeps est. Calor omnibus sensibus communis. Terra aut nullius aut in tactu proprie mixta.

ἡ δὲ ὄσφρησις θατέρου τούτων] Philoponus O. fol. 2 b. *τινές φασιν ὅτι τοῦτο λέγει ὅτι ἡ ὄσφρησις θατέρου μετέχει, τουτέστιν ἑκατέρου καὶ ἀέρος καὶ ὕδατος, ἐπεὶ ἡμῶν μὲν ἀέρος, ἐπεὶ δὲ τῶν ἐνύδρων ὕδατος. τινὲς δὲ θατέρου λαμβάνουσι τὸ ἕτερον, τουτέστι τοῦ ἑτέρου μετέχει οἷον ἀέρος.* Simpl. fol. 50 a. *ἢ ὡς ἐν ἡμῖν μὲν ἀέρος, ἐν ἰχθύσι δὲ ὕδατος ὄντος. ἢ ὡς τοῦ ἀμφοῖν μεταξὺ ἐν πᾶσιν.*

§ 4. 425a 9. Conclusio admodum manca. Non id sibi scriptor proposuerat, ut omnia [1]) animalia omnes habere sensus

1) [Cf. tamen Bz. in nota ad p. 343.]

demonstraret, quo nunc quidem orationem deflectit, sed ut praeter quinque illos sensus non alium cogitari posse appareret. An hi sensus omnibus insint animantibus, plane alia est quaestio. Sed quae ultimo loco ponuntur, ea causam, qua omnia continentur, propius spectant. Cautam enim conditionem adicit: nisi aliud est corpus aut alia qualitas praeter ea, quae hic sunt i. e. quae in terra cognoscuntur, nullus nos deficiat sensus.

σπάλαξ sive *ἀσπάλαξ*, talpa (Blindmaus), cf. hist. an. I, 9. 491b 26. *τὰ μὲν οὖν ἄλλα γένη πάντα τῶν ζῴων πλὴν τῶν ὀστρακοδέρμων καὶ εἴ τι ἄλλο ἀτελές, ἔχει ὀφθαλμούς· τὰ δὲ ζῳοτόκα πάντα πλὴν ἀσπάλακος. τοῦτον δὲ τρόπον μέν τιν' ἔχειν ἂν θείη τις, ὅλως δ' οὐκ ἔχειν. Ὅλως μὲν γὰρ οὔθ' ὁρᾷ οὔτ' ἔχει εἰς τὸ φανερὸν δήλους ὀφθαλμούς· ἀφαιρεθέντος δὲ τοῦ δέρματος ἔχει τήν τε χώραν τῶν ὀμμάτων καὶ τῶν ὀφθαλμῶν τὰ μέλανα κατὰ τὸν τόπον καὶ τὴν χώραν τὴν φύσει τοῖς ὀφθαλμοῖς ὑπάρχουσαν ἐν τῷ ἐκτός, ὡς ἐν τῇ γενέσει πηρουμένων καὶ ἐπιφυομένου τοῦ δέρματος.* cf. IV, 8. 533a 3. Bekkerus h. l. e duobus codicibus scribit *σπάλαξ*, non *ἀσπάλαξ*, in historia vero animalium *ἀσπάλαξ*. Haec ut inter se consentirent, vulgatum reposuimus *ἀσπάλαξ*.

§ 5—8. 425a 13—b 11. Iam supra (II, 6. 3. 418a 17) Aristoteles, quae omnibus sensibus communia percipiuntur, a propriis, quae suum quodque sensum habent, segregaverat. De his communibus nunc duplex quaestio instituitur, primum quae sint communia (§ 5) deinde quomodo percipiantur et quam cum propriis rationem ineant (6—8). [Haec autem quaestio cum priori ita cohaeret, ut ne proprius communium sensus, quasi sextus accedat.]

§ 5. 425a 13. Est memorabilis ad crisin apud Philoponum locus ad verba *ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τῶν κοινῶν οἷόν τε. καὶ κινήσεις καὶ μεγέθη καὶ ἠρεμίαι εἰσὶν τὰ κοινὰ αἰσθητά· ἅτινα ταῖς μαθηματικαῖς ἐπιστήμαις εἰσὶν ὑποκείμενα. ἐπειδὴ οὖν ἐχρῆν τὰ μαθηματικὰ ὑποκείμενα ἀκριβῶς γιγνώσκεσθαι· ἀκριβῶς δὲ γιγνώσκονται τῷ ὑπὸ πολλῶν αἰσθήσεων γνωρίζεσθαι, καὶ διὰ τοῦτό ἐστι κοινὰ αἰσθητά. ἀλλ' εἰ ταῦτα οὕτως ἔχει, ἐναντιοῦται ἑαυτῷ Ἀριστοτέλης· αὐτὸς γὰρ ἐν τῷ δευτέρῳ λόγῳ τούτου τοῦ βιβλίου λέγει, ὅτι τὰ ἴδια αἰσθητὰ ἀκριβέστερον γιγνώσκεται. πῶς οὖν νῦν λέγει ὅτι τὰ κοινὰ αἰσθητὰ ἀκριβέστερά ἐστι; λέγομεν οὖν ὅτι οὐκ ἐναντιοῦται ἑαυτῷ, ἀλλὰ τὰ ἴδια αἰσθητὰ ὑπὸ τῆς οἰκείας αἰσθήσεως ἀκριβέστερον γιγνώσκονται τῶν κοινῶν αἰσθητῶν, οἷον ἴδιον ὄψεως τὸ λευκόν, κοινὸν δὲ τῆς* (supple *ὄψεως*) *αἰσθητὸν τὸ μέγεθος. ἡ οὖν ὄψις ἀκριβέ-*

στερον γιγνώσκει τὸ λευκὸν ἤπερ τὸ μέγεθος κτλ. συνεχομένη δὲ ἡ τῶν πλειόνων αἰσθήσεων γνῶσις ἀκριβῆ ποιεῖ τὴν τοῦ κοινοῦ αἰσθητοῦ γνῶσιν. — Quae hic agitatur quaestio, utrum propria an communia accuratius percipiantur, apud Aristotelem, ut nunc res est, frustra desideratur; ita ut conicere possis aut excidisse aliqua aut Philoponum legisse *ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τῶν κοινῶν οἷόν τ' εἶναι (αἰσθητήριον) ἀκριβέστερόν τι ἴδιον, ὧν ἑκάστῃ κτλ.* At irrita cadit haec coniectura etiamsi per se probabilis; paulo enim infra Philoponus haec ipsa verba, ut nunc se habent, explicat.

Communia percensentur, sicut II, 6. 418ᵃ 16 sqq. motus, quies, figura, magnitudo, numerus, quibus omnibus motus notio subsit. Quies, quae motum negat, sine motu intellegi non potest. In figura et magnitudine locus cernitur, quem motu sive animo sive spatio describas necesse est. Numerus, discreta et quasi interrupta continuitate, exsistit, ut nec numerus, quoniam spatii continuitas motu percipitur, sine motu cognosci possit. Quam vim motus habeat ad has notitias animo informandas, id e quarto maxime physicorum libro constat. E quo haec verba citamus: IV. 4. 211ᵃ 12. *πρῶτον μὲν οὖν δεῖ κατανοῆσαι ὅτι οὐκ ἂν ἐζητεῖτο ὁ τόπος, εἰ μὴ κίνησίς τις ἦν ἡ κατὰ τόπον.* Quod eodem Aristoteles libro (IV, 11. 219ᵇ 2) tempus numerum motus dicit, in eo nova numeri et motus coniunctio posita est. Ita quidem quomodo Aristoteles numerum cum motus notione cohaerere dixerit, probe intellegas. Tamen si in ipsam numeri quasi officinam descenderis, num ceteris, quae communia posuit, eodem numerum ordine addere possis, iure dubites. In reliquis etiam i. e. in motu et statu, magnitudine et figura, non mera est, qua res suscipias, sensus actio; compares enim necesse est spatii puncta, si motum et statum cognoscere velis; metiaris, si magnitudinem, definias, si figuram; quae omnes tanquam mentis actiones ad sensus accedunt, ita tamen ut, quod cognoscitur, non sensibus subtrahatur, sed in ipsorum sensuum ditione permaneat. In numero res, quae numerantur, sub sensus cadunt, ipse vero numerus adeo a sensuum consuetudine avocatus, ut soli menti vindices; in numero sibi ipsi animus est conscius, quoties aliquid mente repetat; in numero synthetica, ut verbo utar, mentis vis inest, ut sua vi dispersa in novam notionem coniungat. Animalibus motum, statum, magnitudinem, figuram ante oculos obversari necessario contendas, sed ea numerare et numeros tenere facile neges; est enim numerus humanae, ne dicam divinae mentis initium. Sed haec magis iudicium, quam interpretationem spectant. Nobis hoc

quidem loco, cum ipso motu numerum ad communia referri intellexisse sufficiat.

425ᵃ 16. *ἀριθμοῦ ἑνός*] Io. Philoponus (O. fol. 3. 6) *σκόπει ὅτι ἀντιδιέστειλε τῷ ἀριθμῷ τὸ ἕν, οὐδὲ γάρ ἐστιν ἡ μονὰς ἀριθμὸς ὡς ἀποδέδεικται ἐν τοῖς ἀριθμητικοῖς λόγοις*, ut alterum ab altero tanquam diversa diremisse videatur.

Quid vero, quod adiectum est 19. *καὶ τοῖς ἰδίοις*? *ὁ δ' ἀριθμὸς τῇ ἀποφάσει τοῦ συνεχοῦς καὶ τοῖς ἰδίοις*] Quod ita obscurum est, ut Simplicius (fol. 51) haec adiciat: *τὸ δὲ καὶ τοῖς ἰδίοις οὔ μοι δοκεῖ πρὸς τὸν ἀριθμὸν ἀλλὰ πρὸς τὸ ἀνωτέρω εἰρημένον ἀποδεδόσθαι, ἵνα συνάψῃς πρὸς τὸ πάντα γὰρ ταῦτα κοινῇ αἰσθανόμεθα τὸ καὶ τοῖς ἰδίοις, ἐπειδὴ καὶ αὐτὰ μὲν κινεῖ τὰ κοινὰ αἰσθητά· ἐπακολουθεῖ δὲ προηγουμένοις ὡς εἴρηται τοῖς ἰδίοις αἰσθητοῖς.* Quod consilium admitti non potest. Primum enim in editionibus nostris non *κοινῇ* legitur, sed *κινήσει*. Sed etiamsi, hoc expulso, illud receperis, tamen *καὶ τοῖς ἰδίοις* tanquam alienum et factum aliquid in sententiarum seriem intruderetur. Quid igitur statuendum? Nisi locum quasi invitum cogere velis, vox *ἰδίοις* interpretanda est *ἰδίαις αἰσθήσεσι*; de hoc enim sensuum discrimine agitur, nec vero *τοῖς τῷ ἀριθμῷ ἰδίοις*, quae qualia essent, obscura iudicares. Verba *τοῖς ἰδίοις* cum iis, quae sequuntur, *ἑκάστη γὰρ ἓν αἰσθάνεται αἴσθησις* arte coniungenda sunt. Unum aliquid quisque sensus percipit; oculi colorem, aures sonum, nasus odores etc. Si in eadem re aliquid a pluribus sensibus cognoscitur, inde plurium eius rei virtutum i. e. numeri notio exsistit. Unde fit, ut non solum, spatii continuitate discreta, sed etiam, ubi spatium cernitur nullum, propria eaque diversa sensuum natura numerus cognoscatur.

425ᵃ 20. *ὥστε δῆλον ὅτι ἀδύνατον ὁτονοῦν ἰδίαν αἴσθησιν εἶναι τουτων, οἷον κινήσεως*] Coniunctione *ὥστε*, a qua initium capitur, aperte ex iis, quae praecedunt, id sequi significat, fieri non posse, ut proprius sit communium sensus. Sed quae tandem causa [1]) allata est, ex qua tanquam consequens concludi possit? Necessariam rationem desideramus; neque enim quae praecedunt verba rationem continent, sed rem, qualis est, ut illud *ἀδύνατον* non habeat, quo nitatur. Dubito igitur an quaedam in pressa et adducta hac orationis brevitate

1) [Non ipsius rei causa, sed cognoscendi ratio spectari videtur, nec dicitur, quid fieri nequeat, ut sit, sed ut statuatur. Unicuique sensui communia quasi adhaerent, quorum si suum quodque sensum haberet, non adhaererent, sed alia notione interposita extrinsecus accederent. Trdlbg.]

exciderint. Veram si rationem quaeras, in eo videtur posita, quod nullus sensus nisi motu quodam insito percipere potest; unde enim rerum imago, quoquo sensu informatur, nisi sensus quasi a puncto orsus interno quodam motu res describit? Hoc modo si motus tanquam tacita cuique sensui inest conditio, communis sit oportet, neque uni peculiaris. Sed haec nos quasi ex Aristotelis mente tanquam rationem affinxisse, non contendemus. E Simplicio de *κοιναῖς αἰσθήσεσι* haec, quae citemus, digna ducimus. Fol. 50. 51. *διώρισται δὲ ὡς καὶ τὸ καθ' αὑτὸ διττόν· ἢ προηγουμένως καὶ δι' ἑαυτὸ ὑποπῖπτον τῇ αἰσθήσει, ἢ δευτέρως καὶ ὡς αἰτίῳ ἐπακολουθοῦν, δρῶν μὲν καὶ αὐτὸ εἰς τὸ αἰσθητήριον, ἀλλὰ σὺν ἄλλῳ πάντως προηγουμένῳ. ὡς τὸ μέγεθος καὶ τὸ σχῆμα τοῦ πράγματος ἡ ὄψις ὁρᾷ διὰ τοῦ χρώματος πάσχουσά τι καὶ ὑπὸ τοῦ μεγέθους καὶ ὑπὸ τοῦ σχήματος, ἀλλὰ κεχρωσμένων καὶ σὺν τῷ χρώματι δρώντων. τὰ μὲν οὖν προηγουμένως καθ' αὑτὰ αἰσθητὰ τὰ ἑκάστης ἐστὶν ἴδια. τὰ δὲ καθ' αὑτὰ μέν, σὺν δὲ τοῖς ἰδίοις προηγουμένοις δευτέρως γνωριζόμενα τὰ κοινὰ λεγόμενα διὰ τὸ μὴ μιᾷ μόνῃ ὡς τὰ ἴδια ἀλλὰ πλείοσιν ἢ πάσαις γιγνώσκεσθαι.* Restat difficultas, qua omnis loci ratio impeditur. Posita est in illo *κατὰ συμβεβηκός*. Quod enim ab ipso initio communia definiuntur, *ὧν ἑκάστῃ αἰσθήσει αἰσθανόμεθα κατὰ συμβεβηκός* (§ 5), quae lectio Philoponi et Simplicii testimonio confirmatur, id eo, quod postea statuitur, *τῶν δὲ κοινῶν ἤδη ἔχομεν αἴσθησιν κοινήν, οὐ κατὰ συμβεβηκός*, retractari videtur. Quae quomodo ad concentum quendam redigas? Fuere, qui e versionibus latinis in priora illa verba negationem [id fecit To. collato libri secundi capite sexto] inferre vellent. Sed illa negatio facilius in Latinum irrepsisse, quam e Graeco excidisse putanda est. Alii verba illa *ὧν ἑκάστῃ αἰσθήσει αἰσθανόμεθα κατὰ συμβεβηκὸς* tanquam consequens ponunt, quod in dubium vocetur: communium proprium sensum esse non posse; quae, si esset, *κατὰ συμβεβηκὸς* perciperentur. Sed nisi tempus vel modum verbi correxeris, grammatica ratio vetat. Itaque haec alia via componenda sunt. Illud *κατὰ συμβεβηκός*, quo omnia continentur, duplicem vim habere videtur, unam laxiorem, quae latius patet, alteram artiorem, quae acutius dividit. Hanc ut significaret, scriptor necesse habuit exemplum adicere, a quo initium fieret. Si Cleonis filium vides, album vides, i. e. certo modo affectum; esse autem Cleonis filium, id tibi aliunde accedit: est enim scientia, non sensus. Coniungis demum cum eo, quem vides, cogitationem, Cleonis esse filium. Quod vides, id ab eo, quod Cleonis filius est,

plane segregatum est, ut, dum illud sensu percipis, hoc a sensu excludatur, quocum non interiori vinculo coniunctum, sed extrinsecus connexum est.. Ut in hoc exemplo sensus et scientia, ita, etsi non eodem spatio, quae diversis sensibus propria suscipiuntur, inter se distant. Acerbum esse id, quod videas, non oculo cernitur; sed visu *κατὰ συμβεβηκὸς* percipitur. In quo *συμβεβηκὸς* mox propius, mox remotius est. Si enim, etsi diverso sensu, uno tamen tempore percipiantur, coniunctio ipsa vel invitis perspicua est. Si non unum et idem tempus est, in quod diversi sensus incidunt, aeque distant, atque in illo exemplo, ut externo tantum vinculo teneantur. Scimus enim priori aliquo usu experti, idque hac illa nota moniti meminimus, id, quod nunc videmus, dulce sapere. Extrinsecus igitur ad praesentem sensum prior accedit cognitio, cum sensu ne tempore quidem uno eodemque cohaerens. Sed propius etiam, quam in diversis sensibus, haec ipsa coëunt, si uno sensu tum propria tum communia cognoscuntur. Visus ad colorem spectat, in quo suum quasi domicilium habet; sed si id ipsum, quod colore suo cernitur, movetur, motus etiam cognoscitur. Quae etsi intima est coniunctio, tamen *κατὰ συμβεβηκὸς* fit. Rei enim, quae videtur, accidit, ut moveatur. Sensui igitur, utpote coloris sensui, *κατὰ συμβεβηκὸς* apparet; quod eo clarius, si, quod supra ostendimus, arcessiveris, in motu cognoscendo non sensum solum, sed sensum cum iudicii quadam comparatione coniunctum apparere. Conferas enim inter se necesse est spatii puncta, ut habeas, quo motum cognoscas. Hac vi priore loco *κατὰ συμβεβηκὸς* dictum existimamus, illa vero, qua maius quasi spatium notiones separat, ipso exemplo duce, posteriore. Hos cognitionis, quae accidens immixtum habet, quasi gradus in ipso exemplo ante oculos ponere licet. Si quem vides, visu id proprium et peculiare habes, quod albus est; quod movetur, id albo accidit nec visui tanquam finis propositum (primum *συμβεβηκότος* genus); quod loquitur, quod olet, id diverso sensu constat, sed si eodem tempore percipis, facile hi sensus coalescunt, ut sonus, odor ad visum non pertineant, sed sensuum cognatione visu *κατὰ συμβεβηκὸς* percipiantur (alterum *συμβεβηκότος* genus); quod denique is, quem vides, Cleonis est filius, id nec visu neque alio sensu compertum habes, sed aliunde, ex hominum ore acceptum nunc, cum vides, mente repetis eique quem vidisti, tanquam notam imprimis. Hoc cum visu nihil commercii habet, ut tertium *συμβεβηκότος* genus quam longissime disiunctum sit. Singuli quique sensus (*ἑκάστῃ αἰσθήσει* § 5) non tanquam suum et proprium communia suscipiunt,

sed tanquam ea quae propriis accidunt (*συμβεβηκότα*). Universam autem cognitionem si spectas, communia ipsis sensibus, non *κατὰ συμβεβηκὸς* cognoscuntur (§ 7. *τῶν δὲ κοινῶν ἤδη ἔχομεν αἴσθησιν κοινήν, οὐ κατὰ συμβεβηκός*). Haec fere nostrae hoc loco pacis conditiones. Quibus acceptis facilius singula transigemus.

425ᵃ 20. *ὥστε δῆλον ὅτι ἀδύνατον ὁτουοῦν ἰδίαν αἴσθησιν εἶναι τούτων, οἷον κίνησεως· οὕτω γὰρ ἔσται ὥσπερ νῦν τῇ ὄψει τὸ γλυκὺ αἰσθανόμεθα.*] Futurum (*ἔσται*) e conditione antecedenti, quae, si ita esset, sequerentur, concludens, additumque *νῦν* rei veritatem fictae conditioni opponens satis docent, non de via et ratione, qua communia suscipiantur, re vera agi, sed potius quid, si proprius eorum sensus foret, secuturum esset, significari. Communia, si suum haberent sensum, a reliquis haud aliter perciperentur, atque qua ratione dulce a visu percipitur. Adeo ex longinquo repeterentur.

§ 6. 425ᵃ 22. *τοῦτο*, i. e. quod postea dicitur, *τὸ ἀλλήλων ἴδιον*, tam arte ad postremum exemplum (*τὸ γλυκὺ*) se adiungit, ut, etiamsi cogere velles, ad *κοινὸν* retrahi non posset.

425ᵃ 24. *εἰ δὲ μή*, quod conditionem positam negat: *ὅταν συμπέσωσιν*. Si ea, quae diversi sensus percipiunt, in unum tempus incidunt, hac temporis quasi copula una agnoscuntur; sin minus i. e. si diversi sensus non simul agunt, ea, quae percipiuntur, inter se diversa adeo distant, ut non interna sensus lege, sed, quod una scientia comprehenduntur, *κατὰ συμβεβηκὸς* vinciantur.

§ 7. 425ᵃ 27. *τῶν δὲ κοινῶν ἤδη ἔχομεν αἴσθησιν κοινήν, οὐ κατὰ συμβεβηκός.*] Universa communium cognitio, licet singula singulis sensibus tanquam minus propria accidant, non est *κατὰ συμβεβηκός*. Quae ab omnibus sensibus communia percipiuntur, ita colliguntur, ut communis sensus dici possit.

Haec quidem hactenus expedita. Sed quae sequuntur, implicata: 28. *οὐδαμῶς γὰρ ἂν ᾐσθανόμεθα ἀλλ' ἢ οὕτως ὥσπερ εἴρηται τὸν Κλέωνος υἱὸν ἡμᾶς ὁρᾶν.*] Communia, si peculiari sensu atque ita reliquis *κατὰ συμβεβηκὸς* perciperentur, adeo reliquos sensus aequarent, ut velut dulce visu, ita a ceteris cognoscerentur. Hoc ex universa ratione consequens est, hoc disertis supra verbis dictum (*οὕτω γὰρ ἔσται ὥσπερ νῦν τῇ ὄψει τὸ γλυκὺ αἰσθανόμεθα*). Quid, quod nunc ad ultimum accidentium genus relegantur, in quo nullum interius est coniunctionis vinculum, ut quasi aliena et

peregrina extrinsecus tantum in unum corpus colligi videantur. Quid, quod alterum, quod posuimus genus, prorsus excludatur? Hoc enim valeret, quod additum esse videmus: *οὐδαμῶς γὰρ ἂν ᾐσθανόμεθα ἀλλ' ἢ οὕτως ὥσπερ εἴρηται τὸν Κλέωνος υἱὸν ἡμᾶς ὁρᾶν.* Quae ita a superioribus discrepant, ut ab aliena manu tanquam probabilis ratio adiecta videantur. Quae suspicio augetur, quod haec verba fere ad ovum similia sunt iis quae praecesserunt: *εἰ δὲ μή, οὐδαμῶς ἂν ἀλλ' ἢ κατὰ συμβεβηκὸς ᾐσθανόμεθα, οἷον τὸν Κλέωνος υἱὸν οὐχ ὅτι Κλέωνος υἱός, ἀλλ' ὅτι λευκός.* Unde fortasse a lectore minus intellegente illa verba, de quibus agimus, ne verba *οὐκ ἄρ' ἐστὶν ἴδια*, sua ratione destituta viderentur, in margine adscripta, e margine in textum migrarunt. A veteribus quidem commentariis verba agnoscuntur.

425a 30. *τὰ δ' ἀλλήλων ἴδια κατὰ συμβεβηκὸς αἰσθάνονται αἰσθήσεις, οὐχ ᾗ αἱ αὐταί, ἀλλ' ᾗ μία*] Si unum et idem uno et eodem tempore a diversis sensibus percipitur, hi sensus in unum coalescunt; unus vero eorum de altero iudicare non potest. Error igitur facilis est, si ex una unius sensus nota de eo, quid sit res, conicias; hoc enim in cunctorum sensuum iudicio positum est. Quod sensus quasi in unum coëunt (*ᾗ μία*), id quomodo fiat, si Aristoteles explicuisset, de communi sensuum quasi sensu et conscientia, de qua re iudicium fluctuare videtur, accuratius fortasse statuisset.

§ 8. 425b 4. Quem in finem communia non uno, sed omnibus sensibus percipiantur, quaeritur eaque quaestio quasi cumulus additur. Id esse consilium statuitur, ut communia certius discernantur, ne cum propriis confusa turbentur. Si enim unus ea sensus cognosceret, fieri posset, ut non quod huic uni sensui proprium est, consequi et comitari (*ἀκολουθοῦντα*), sed plane idem esse videretur. Sed cum ita institutum sit, ut communia alios quoque sensus sequantur, haec segregari necesse esse. Ita Aristoteles haec quoque, ut in ceteris, quae natura tulit, ad finem et consilium, in quo *τὸ οὗ ἕνεκα* positum est, revocavit. Ita si utilitas quaeritur, hac in re maiorem et graviorem invenies. Communia enim, cum singulis quibusque sensibus pateant, efficiunt, ut hoc ipso propria in unum corpus coniungantur. Alioqui enim propria, quae nihil inter se commercii habent, nullo vinculo tenerentur, quominus tanquam aliena dilaberentur. Sed res non in sola utilitate posita est. Singuli quique sensus non universam rem proprie spectant, sed rei quasi partes, colorem, sonum, odorem etc. Communia vero adeo ipsam et universam rem continent, ut illas partes ferant et ful-

ciant, neque hae partes sine illis percipi possint. Sic necessitati cedat utilitas.

Cap. 2.

Cf. de memoria 1. 449ᵇ 5 sqq. de iuv. et sen. 1. 467ᵇ 10 sqq. de somno 2. 455ᵃ 4 sqq. In tres partes hoc caput dividi potest, primum, quomodo sensus sentire percipiatur (§ 1—3), deinde quomodo sensus et res, quae sentitur, unum idemque dici possit (§ 4—9), denique quomodo sensus diversi in unum, qui eos discernat, tanquam commune iudicium redeant (§ 9—15). Haec tria non arbitrario modo adnecti, sed ultimo tanquam fine contineri, e decima paragrapho 426ᵇ 7, quae reliqua quasi fila in nodum colligit, facile elucet. Neque enim quod sensus sibi consciunt et quod res externas quasi intus referunt, per se sufficit, nisi haec diversa inter se coniunguntur. Quod a singulis quibusque sensibus, ut quasi sibi conscii sint, primo capite postulatur, id extremo ad cunctos universos transfertur.

§ 1. 425ᵇ 12. Cf. Alex. Aphr. *ἀπορ. κ. λύσ. Γ, ξ'.* p. 174 Sp., qui sententiarum seriem exposuit. Sensus ipsi se sentire patefaciunt, ut sibimet ipsis conscii dici possint. At mirum est, quod hic sentiendi sensus non ad universam mentem, quae in sensibus agit, sed ad singulos corporeos sensus refertur. Hoc inde factum esse videtur, quod quaestio non a mentis natura, sed a sensu profecta est. Quod nos offendit, id e fundamenti principio „*ἐπεὶ δ' αἰσθανόμεθα*" manavit. Sentimus quidem nos sentire, sed ne nos fallat, aliam in illo *αἰσθάνεσθαι,* aliam in hoc esse sentiendi vim et significationem. Haesit autem disputatio in hac corporei sensus potestate; neque ultra hos sensus quicquam pensum habuit.

425ᵇ 13. *ἢ τῇ ὄψει αἰσθάνεσθαι ὅτι ὁρᾷ, ἢ ἑτέρᾳ*] Suppleas *αἰσθήσει* quod e videndi sensu depromas. Constructio ad sensum. Genus *ἑτέρᾳ* ex *ὄψει* translatum videtur.

425ᵇ 13. *ἀλλ' ἡ αὐτὴ ἔσται κτλ.*] Sensus, qui ipsum visus sensum sentiret, necessario cum visu quae visus percepit, cognosceret, ut duo sensus et visus et ipsius visus sensus ad unum idemque velut ad colorem, pertineret (*δύο τοῦ αὐτοῦ*). Restat igitur, ut sensus se ipsum sentiat (*ἢ αὐτὴ αὑτῆς*). Etiamsi suus cuique sensui speculator et nuntius datus esset, ne hoc quidem sufficeret; rediret enim eadem quaestio, quo tandem hic patefieret. Quod si huic difficultati eodem modo mederi velles, non effugeres, sed res ita in infinitum procederet. Quod cum absurdum sit, iam primo sensui facultatem, qua se

aperiat, tribuas necesse est. Hoc est illud (17) *ὥστ' ἐπὶ τῆς πρώτης τοῦτο ποιητέον.* [In ed. pr. Trdlbg. pro *ποιητέον* coniecit *θετέον* vel *οἰητέον;* adnotavit: „noli mutare." Cf. Bz. ind. Ar. 609a 15: „*ποιεῖν τι* cogitatione, i. e. *τίθεσθαι.*"]

425b 16. *ἢ εἰς ἄπειρον εἶσιν*] Sicut *εἶμι* praesens futuri vim habere solet, ita in hoc et similibus coniungendi generibus, ubi futurum, ut conditioni satisfiat, requiritur (i. e. es würde gehen). Ita alio Aristotelis loco *ἢ εἰς ἄπειρον βαδιεῖται.*

§ 2. 425b 17. Difficultas movetur, in qua, quam parum Aristoteles hunc sentiendi quasi sensum a primi sensus materia avocaverit, apparet. Si visus nihil nisi colorem percipere potest, sequitur, visui ipsi, ut semet ipsum percipiat, colorem inesse debere. Unde autem visui color, quo semet ipse sentiat? Primum non uno modo visu sentimus; etiamsi non videmus, visu lumen et tenebras discernimus, ut simili ratione nos sentire percipere possimus. Deinde inest quodammodo visui color: eo enim sensus continetur, ut, quod sub sensus cadit, sine materia suscipiat. Visus igitur, qui colorem suscipit, colorem [1]) in se habet, quo ipse rursus percipiatur. In hoc multa nos mira habere, non infitias imus. Primum hoc, quod hac ratione non consequaris, quod propositum est. Si sensus se sentire ipse sentit, idque rei imagine, quam suscepit, efficit, non ea quaestio abscinditur, unde quis hunc ipsum sentiendi sensum habere sciat, quomodo hunc percipiat. Ita in orbem cogimur, nisi sentiendi facultatem tanquam animi partem eo ipso, quod agat, huius actionis sibi consciam esse statueris. Deinde vero, si visui, quod colores sine materia suscipiat, ita colores inesse dicuntur, ut his ipsis rursus se videre possit, haec formae perceptio, in qua sensus ratio vertitur, ita ad materiam revocatur, ut fere contrarium sit illis quae (II, 12) Aristotelicam sententiam esse docuimus. Quos locos ut in concentum redigeret, Dandinus *αἰσθητήριον* non *ὄργανον*, sed potius facultatem posuit; neque enim agi de instrumento, sed de ipsa sensus actione. Hanc vero significationem vocis usus non admittit. Itaque magis dialectio more in utramque partem disputatum, quam certa sententia posita esse videtur.

---

1) [Platonis Charmidem 168 D E hic respici censet Bz. ind. Ar. 599a 11, quamvis nec libri nec Platonis nomen adhibeatur. Cf. Charm. l. l.: *οὐκοῦν (ἡ ἀκοὴ) εἴπερ αὐτὴ αὑτῆς ἀκούσεται, φωνὴν ἐχούσης ἑαυτῆς ἀκούσεται· οὐ γὰρ ἂν ἄλλως ἀκούσειεν. — καὶ ἡ ὄψις γέ που, εἴπερ ὄψεται αὐτὴ ἑαυτήν, χρῶμά τι αὐτὴν ἀνάγκη ἔχειν· ἄχρων γὰρ ὄψις οὐδὲν (ἂν) μή ποτε ἴδῃ.*]

425b 19. *τὸ ὁρῶν πρῶτον*] visus, qui quatenus ab altero observari ponitur, *τὸ ὁρῶν πρῶτον*[1]) dicitur.

§ 3. 425b 20. *διὸ καὶ ἀπελθόντων τῶν αἰσθητῶν ἔνεισιν αἱ αἰσθήσεις καὶ φαντασίαι ἐν τοῖς αἰσθητηρίοις.*] Posses quidem de memoria interpretari, qua re memoriam ad solam sensuum actionem redigeres. Hoc autem ab Aristotele alienum; praeclare enim cum mentis imaginatione coniunxit (*περὶ μνήμης*. c. 1. 449b 30 sqq.). Nihil igitur significatur, nisi ipsis rebus, quae in sensus incurrerunt, amotis remanere aliquantisper, quasi adhuc adesset, sensum: id quod ex Aristotelis sententia ad imaginationem traducit (cf. III, 3. 429a 4, de somniis I, 458b 17 sqq.)

§ 4—9. 425b 25—426b 8. Quae sit sensus et rerum, quae sentiuntur, ratio, exponitur.

Ubi res in sensum agit, sensus vero rem suscipit, ibi res et sensus in unum quasi concurrunt, ut utriusque actio quasi unam efficiat (*ἡ αὐτή ἐστι καὶ μία*), utrique vero natura per se diversa sit (*τὸ δ' εἶναι οὐ ταὐτὸν αὐταῖς*). cf. ad II, 12, § 2.

Illud *ἡ αὐτὴ καὶ μία* non id sibi vult, ut utrique et rei et sensui eadem, si agunt, natura, eadem agendi sit ratio; est enim diversa et prope contraria; sed ut alteram alterius esse conditionem, et utramque, si convenerint, unam actionem efficere significetur.

426a 1. *ψόφος, ψόφησις*] Formam substantivorum in syllabam *σις* desinentium propterea scriptor elegit, ut brevia singularum et sensus et rei actionum momenta quasi perenni utriusque naturae opponeret. Eodem enim modo hae substantivorum formae differunt, quo actio (*ψόφησις*) et qualitas (*ψόφος* cf. ad II, 8. § 1. 419b 4).

§ 5. 426a 2. Cf. phys. III, 3. 202a 13. *καὶ τὸ ἀπορούμενον δὲ φανερόν, ὅτι ἐστὶν ἡ κίνησις ἐν τῷ κινητῷ· ἐντελέχεια γάρ ἐστι τούτου καὶ ὑπὸ τοῦ κινητικοῦ.* Quo loco uberius exposita sunt, quae nunc pro concessis sumuntur. Res quae sentitur, movet, sensus movetur; in hoc itaque utriusque *ἐντελέχεια* apparebit. Agendi patiendique notio in eo, quod efficitur, coniuncta tenetur. Nusquam, nisi in hoc, coeunt. Quod si est, quo pacto sonandi et audiendi actus in auditus facultate inesse dicitur? Quidni potius in eius actu? hic enim utrumque

---

1) [Bz. ind. Ar. 653b 25 „*πρῶτον* relatum ad aliud id dicitur, quod alteri ita est proximum, ut nihil intercedat medium." Citatur et noster locus (44) et *τὸ πρῶτον αἰσθητήριον*. II, 11. 422b 22. 31. 12. 424a 24. de part. an. II, 10. 656b 35.]

et agere et pati iungere videtur. Sed τὸ ποιούμενον, ad quod ἡ κατὰ δύναμιν ἀκοὴ tanquam ad normam exigitur, urgendum est: τὸ ποιούμενον non est τὸ πεποιημένον, neque igitur id, quod actu effectum est, sed quod fit, quod efficitur; in hoc, dum efficitur, agere et pati coniungitur. Ita ἡ ἀκοὴ ἡ κατὰ δύναμιν quasi materia est, in qua et res agit et auditus patitur, in qua utrumque concurrit tanquam in communi, quo appareant, spatio.

426ᵃ 5. διὸ οὐκ ἀνάγκη τὸ κινοῦν κινεῖσθαι] Quorsum haec? Si ad sensus contuleris, res, quae in sensus incurrunt, movere, sed non necessario moveri significat. Sed qua de causa illud διό? quomodo ex iis, quae antecedunt, concluditur? Si id, quod movet, moveretur, ageret una et pateretur. Sed hoc a sensu non postulatur, res enim, quae movet, habet aliud, in quod agat, quod a se patiatur, ut ipsam moveri necesse non sit. Philoponus ὡς ἐν παρόδῳ, data occasione, additum esse censet.

426ᵃ 7. διττὸν ἡ ἀκοὴ] i. e. qualitas, quae rei facultas, et actio, quae veritas est. ἀκοὴ et ἄκουσις.

§ 6. 426ᵃ 11. καὶ ἡ τοῦ αἰσθητικοῦ] Commode ad exempla proposita haec notio a Bekkero interiecta. Ecce iterum Aristotelem in philosophando non linguae vestigia sequentem, sed moderantem. Quae ipsa linguae subtilitas, qua, quoniam non unius est, vix ulla maior, confusa iacere sivit, ea Aristoteles quam accuratissime distinguit (cf. II, 7. 419ᵃ 32).

§ 7. 426ᵃ 17. ἀνάγκη ἅμα φθείρεσθαι καὶ σώζεσθαι τὴν οὕτω λεγομένην ἀκοὴν καὶ ψόφον] οὕτω i. e. ἐντελεχείᾳ. Cogites quidem verum sonum, qui a nemine audiatur, edi, ut ἐντελεχείᾳ esse videatur. At hic non de sono per se simplici agitur, sed de sono, quatenus ei propositum est ut ad aures accidat. τὸ αἰσθητὸν enim non res per se est, sed quae sub sensus cadat. Sonus quidem nunquam finem consecutus videbitur, nisi re vera fuerit auditus, ut nec auris audire possit, nisi sonus, nec sonus audiri, nisi auris agat re vera. Unde utriusque ἐντελέχεια simul servari simul perire recte dicitur.

§ 8. 426ᵃ 20. οἱ πρότερον φυσιολόγοι [1])] Qui tandem sunt hi philosophi, quos Aristoteles oblique perstrinxit? Solet hoc nomine Ionicos a Thalete profectos significare metaphys. Α, 5. 986ᵇ 14, ubi Ionici Eleaticis opponuntur. Α, 7. 989ᵇ 30,

1) [Cf. Bz. ind. Ar. 835ᵇ 3. „οἱ φυσικοί, i. e. philosophi Socrate superiores aetate, inprimis Ionici, Empedocles, Anaxagoras, Leucippus, Democritus."]

ubi cum Pythagoreis comparantur, *A*, 7. 992b 4., ubi Ionicorum sententiae (cf. *A*, 4. 984b 23 sqq.) significantur. de sensu 4. 442a 30. Quinam sint veteres physiologi, in incerto relinquitur in libro de gen. an. IV, 3. 769a 7. Ionicos, qui in rerum natura adeo occupati erant, ut humanam cognitionem neglegerent, naturae veritatem a sensuum conditionibus repetivisse, probabile non est. Unde factum est, ut Simplicio Democriteorum, Philopono Protagorae in mentem veniret. Protagoras, qui hominem omnium rerum mensuram fecit, ab eiusmodi sententia, qua, si vera est, rerum natura evanescit, non abhorruit. Testis est Platonis Theaetetus. Aristoteles huic placito Protagorae tanquam patroni nomen et personam saepius praetexuit. cf. metaph. *Θ*, 3. 1047a 6. *K*, 6. 1062b 13. [Quoniam [1]) autem in hac quidem re Heracliti placita in suum usum convertit, haud inepte cum aliis physiologus dici potest.] Hoc vero nomen non est, quod Democrito vindicetur; adeo iam per se in omnem eius philosophiae rationem cadit. Si qua testimonii auctoritate opus est, adeas librum de sensu c. 4. 442a 30, ubi haec leguntur: *Δημόκριτος καὶ οἱ πλεῖστοι τῶν φυσιολόγων*, ut Democritus in physiologorum numerum recipi videatur. Quo iure h. l. significari potuerit, id ex eodem loco divines. cf. Ritter hist. ph. I. p. 578. Democrito Empedoclem adiunxerim, idque Aristotele duce, metaphys. *Γ*, 5. 1009a 39. *ὁμοίως δὲ καὶ ἡ περὶ τὰ φαινόμενα ἀλήθεια ἐνίοις ἐκ τῶν αἰσθητῶν ἐλήλυθε*, inter quos Empedocles et Democritus referri videntur. Fortasse ipse iam Anaxagoras eidem sententiae locum dedit. In quam opinionem adducimur ab Aristotele in metaph. *K*, 6. 1062b 19. *μέτρον δ' εἶναι τὸ φαινόμενον ἑκάστῳ. Λύοιτο δ' ἂν αὕτη ἡ ἀπορία θεωρήσασι πόθεν ἡ ἀρχὴ τῆς ὑπολήψεως ταύτης. ἔοικε γὰρ ἐνίοις μὲν ἐκ τῆς τῶν φυσιολόγων δόξης γεγενῆσθαι.* A quibus physiologis Democritum certe Protagora natu minorem excludi temporum ratio iubet, ut ad Ionicos compellamur. Accedit apertum Aristotelis testimonium metaph. *Γ*, 5. 1009b 26. *Ἀναξαγόρου δὲ καὶ ἀπόφθεγμα μνημονεύεται πρὸς τῶν ἑταίρων τινάς, ὅτι τοιαῦτ' αὐτοῖς τὰ ὄντα οἷα ἂν ὑπολάβωσι.* cf. Ritter hist. phil. I. p. 325. Ad Aristotelis de hac re sententiam illustrandam haec quidem laudentur. cf. categor. *περὶ τῶν πρός τι. ἔτι τὸ μὲν ἐπιστητὸν ἀναιρεθὲν συναναιρεῖ τὴν ἐπιστήμην· ἡ δὲ ἐπιστήμη τὸ ἐπιστητὸν οὐ συναναιρεῖ* sqq. cf.

1) [In ed. pr. legebatur: Sed Protagoras, dicendi magister, qui philosophiam ad nihil nisi ad persuadendi artem accommodavit, physiologus dici non potest.]

metaphys. Γ, 5. 1010ᵇ 36. ἀλλ' ἔστί τι ἕτερον παρὰ τὴν αἴσθησιν ὃ ἀνάγκη πρότερον εἶναι τῆς αἰσθήσεως. τὸ γὰρ κινοῦν τοῦ κινουμένου φύσει πρότερόν ἐστι.

426ᵃ 26. ἀλλ' ἐκεῖνοι ἁπλῶς ἔλεγον περὶ τῶν λεγομένων οὐχ ἁπλῶς.] Simpliciter nulla addita nec conditione nec exceptione de iis dixerunt, quibus sua natura conditio inest.

§ 9. 426ᵃ 27. εἰ δὴ συμφωνία κτλ.] Simpl. fol. 54.: καλῶς μοι δοκεῖ ὁ Πλούταρχος ἐπιστῆσαι, ὡς τὸ ἐν τῇ δευτέρᾳ συλλαβῇ ἦτα οὐκ ἔστιν ἄρθρον ἀλλὰ συνδέσμου μέρος· ἵνα μὴ τρία ἀλλὰ δύο μέρη λόγου ᾖ τὸ εἰ δὴ, καὶ ἵνα ἡ τις φωνὴ ὑποκείμενον ᾖ κατηγορουμένης τῆς συμφωνίας. Ita et Philoponus (O. fol. 8 a.) iudicat. Senserunt quidem difficultatem, at non penitus sustulerunt. Quod concentus vox sit, nihil ad rem pertinet, sed quod vox est concentus. At repugnat illud φωνή τις, quid enim vox quaedam? Si est subiectum, generatim accipiendum est nec indefinito pronomine (τις) cohibendum, id quod soli praedicato conveniret. Nec concentus est vox, nec, si esset, inde colligi potest, auditum esse concentum; sequeretur potius, si quid sequeretur, omnem concentum esse auditum, quod nihil est. E perversa protasi perversa conclusio. Levissima erit mutatio eaque certa medicina, si, una voce transiecta, scribitur: εἰ δ' ἡ φωνὴ συμφωνία τίς ἐστιν, ἡ δὲ φωνὴ καὶ κτλ. λόγος δ' ἡ συμφωνία, ἀνάγκη καὶ τὴν ἀκοήν. Si religio in codicum auctoritate consisti iubet, pronomen τὶς mente certe et voce ad συμφωνία referatur.

426ᵃ 28. ἡ δὲ φωνὴ καὶ ἡ ἀκοὴ ἔστιν ὡς ἕν ἐστι καὶ ἔστιν ὡς οὐχ ἓν τὸ αὐτό. Illud ἔστι a Bekkero illatum (ὡς ἕν ἐστι) est. Deest apud Sylburgium. Duplex ἔστιν ὡς non est copula, sed adverbii loco.

Quae ratio inter sensus eorumque res externas intercedat, explorare pergitur. Res non difficilis. Sed unde capitis initium profectum est quoque exitus redit, longius atque longius distare haud negabis. Quamquam et sententiae et oratio ab Aristotelica indole non abludit, adeo haec vinculo, quo cum reliquis tenentur, carent, ut fere ἐπεισόδιον statuere cogaris.

εἰ δὴ συμφωνία φωνή τις ἐστίν vel potius εἰ δ' ἡ φωνὴ συμφωνία τίς ἐστιν] Duplex affertur concentus interpretatio. Potest enim esse vel concentus inter ipsa vocis quasi elementa, temperata quaedam acuti et gravis soni ratio vel concentus inter vocem et auditum. Hic si intellegeretur, iam praecepta esset conclusio. Id vero agitur, ut eadem auditus ac vocis temperies ostendatur. Si haec in voce sonorum temperatio rumpitur, rum-

pitur etiam auditus. [Ad hunc concentum in unius rei temperie positum redeunt, quae sub exitum sequuntur (426ᵃ 5): *ὅλως δὲ μᾶλλον τὸ μικτὸν συμφωνία.*]

426ᵃ 31. *ὁμοίως δὲ καὶ ἐν χυμοῖς τὴν γεῦσιν*] In reliquis sensuum generibus eae, quae agunt, species nominantur; in gustu omittuntur. *τὸ ὀξὺ* et *βαρύ*, quod praecessit, a voce ad gustum translatum videtur (*ὁμοίως*). Quorum alterum *τὸ ὀξὺ* in gustu usitatum (II, 10. 422ᵇ 14); quam vero similitudinem *τὸ βαρὺ* habet? [1])

Gratae sunt sensibus res, quae puram quandam et meram rationem habent quasi in extremo positam, velut dulces, amarae; gratiores autem mixtae et temperatae. Quod expressit Aristoteles: *ὅλως δὲ μᾶλλον τὸ μικτὸν συμφωνία ἢ* (quam) *τὸ ὀξὺ ἢ βαρύ, ἁφῇ δὲ τὸ θερμαντὸν ἢ ψυκτόν.* Mixta, quippe quae concentus, gratiora sunt, quam mera, ut auditui acutum vel grave, tactui calidum vel frigidum. Vulgata sententiam interponit abscissam eamque sensu cassam. Quid enim est *ἁφὴ δὲ τὸ θερμαντὸν ἢ ψυκτόν*? Non est, quod *ἐστὶ* suppleas, neque verbum habes, quod advoces, percipiendi potestate. Licet habeas, quorsum talia hac in sententiarum serie? Confirmatur, quod coniecimus, et a Simplicio et a Philopono, qui, quum *ἡδέα τῇ ἁφῇ* interpretentur, dativum legisse censendi sunt. Philoponus enim haec habet: *τῇ ἁφῇ φησίν ἐστιν ἡδὺ τὸ θερματὸν καὶ ψυκτόν.* Simpl. fol. 54 b. *εἰπὼν δὲ καθόλου τὴν αἰσθητὴν συμφωνίαν ἐν μίξει εἶναι καὶ οὐχὶ ἐν ἀκοῇ τὸ ὀξὺ καὶ τὸ βαρὺ ἄμικτα οὐδὲ ἐν τῇ ἁφῇ τὸ θερμὸν ἢ τὸ ψυχρὸν τὰ ἄκρα δηλαδή.*

θερμαντὸν καὶ ψυκτόν] quod restituit Bekkerus, Simplicius et Philoponus tuentur. Io. Philop. O. fol. 7 b. *θερμαντὸν τουτέστι τὸ δυνάμενον θερμανθῆναι καὶ ψυκτὸν τὸ δυνάμενον ψυχθῆναι.* Simplic. 54 b. *ἀντὶ τοῦ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ τὸ θερμαντὸν καὶ ψυκτὸν εἶπε τὰς ὕλας σημαίνων τὰς ἄκρας τῷ θερμῷ ἢ τῷ ψυχρῷ χαρακτηριζομένας.*

§ 10—15. 426ᵇ 8—427ᵃ 16. De sensu, quo singuli sensus inter se iudicantur, communi.

§ 10. 426ᵇ 9. Quod alias *ἀντικείμενον* dicitur, id nunc, sicut 425ᵇ 14, *ὑποκείμενον.* In illo, quod sensus facultati res oppositae, in quibus facultas exerceatur, respondent; in hoc, quod res sensibus tanquam arbitris subiectae sunt. Quod alias

1) [In Bz. ind. Ar. 134ᵃ 30 sqq. exempla tantum sunt, quibus *βαρὺ* de sono et de odore usurpatur, de gustu nulla.]

ὑποκείμενον materia dicitur, forma detracta, rebus substrata, id h. l. seponendum est.

Sensus suas quisque res diiudicat. Sed in hoc non consistimus. Singulos quoque sensus inter se comparamus et discernimus. Qua tandem re hoc fieri existimandum est? Sensu, ut necesse est, cum de iis agatur, quae sensibus submissa sunt.

426ᵇ 14.[1]) *τινὶ καὶ αἰσθανόμεθα, ὅτι διαφέρει.*] Scribendum videtur, ut interrogatio exsistat: *τίνι καὶ αἰσθανόμεθα, ὅτι διαφέρει;* duabus quidem de causis, tum quod pronomen indefinitum idque encliticum in ipso enunciationis initio non suo loco positum videtur (rara enim eiusmodi exempla et aegre admittenda), tum ut id, in quo res versatur, intentiore quadam vi efferatur.

§ 11. 426ᵇ 15. *ᾗ καὶ δῆλον ὅτι ἡ σὰρξ οὐκ ἔστι τὸ ἔσχατον αἰσθητήριον· ἀνάγκη γὰρ ἦν ἁπτόμενον αὐτοῦ κρίνειν τὸ κρῖνον.*] In quibus verbis mirum quantum interpretes laborant; neque ullam rationem, quae prorsus conveniat, excogitarunt. Primum *ἡ σάρξ*, non de solo tactu sed de omnium externa sensuum parte dictum existimant. *τὸ ἔσχατον αἰσθητήριον* eum interpretantur sensum (*αἴσθησιν*, non *ὄργανον* Simpl.), in quem reliqui quasi desinunt, ut sit communis. Ita hanc componunt sententiam: communem sensum non esse corpus; alioqui enim differentias tangendo sentiret: quasi omne corpus omnesque corporis partes tangendo sentirent. Id igitur falsum; nec habet illud *αὐτοῦ*, quo referatur. Conradus Gesner haec habet: „Caro sentit tanquam corpus et quidem tactu: tangere autem rem tactilem una tantum sui parte potest: diversas vero res diversis partibus tangat necesse est. At cum a diversis sentiuntur diversa, sensus plures esse necesse est." Sed hoc longius abest. Dandini (p. 1624) sententia in haec quidem conferri potest: Caro, i. e. si universe dicas, sensuum instrumenta ultimum et commune omnium iudicium non constituunt. Discerneres enim vel tangendo vel videndo vel audiendo; quod non fit in communi sensuum iudicio; tractantur enim solummodo, quae tactui sunt propria, videntur, quae in oculos incurrunt, haec autem non talia. In quo *ἁπτόμενον* tanquam exemplum pro ceteris omnibus sensibus dictum esse putat. Sed hoc ipsum lubricum, neque *αὐτοῦ* in calculum vocatum est. Ut sententia rectius percipiatur, ad particulam copulativam attendendum est, qua quid data occasione praeter insti-

---

1) [„Universus locus qui ab 426ᵇ 12 *ἐπεὶ* ad finem huius capitis pertinet optime illustratur ultimo capite libelli qui est de sensu et sensili." To.]

tuti necessitatem afferri significatur. Ad eorum igitur sententiam redit impugnandam, qui quod sensus suscipiunt, a materia non segregant et in ipsis sensuum instrumentis collocant, de vi supra materiam evecta parum solliciti. Haec sensuum instrumenta si ultima [1]) essent (*ἔσχατον*), ut nihil, quod iudicat, superius cogitaretur, ab alia re aliter affecta essent, ut id, quod iudicat, ipso tactu (instrumenta enim sensuum ad tactum sunt comparata, siquidem communius accipias) has sensuum differentias iudicaret.

426^{b} 16. *ἁπτόμενον αὐτοῦ*] i. e. *τοῦ αἰσθητοῦ*, quod facile animo obversabatur; grammatica ratio *τοῦ αἰσθητηρίου* animo addi iuberet. Si haec ad quaestionem, caro utrum ipsa an re aliqua interposita res perciperet, iam dudum relictam retrahere velles: nihil omnino cum perpetua cogitationum serie commercii haberent. Quoquo sententiam verteris, difficultas restabit.

Neque omnino fieri potest, ut segregatis sensibus haec diversa discernantur. Etenim si segregatis sensibus fieret (*οὕτω*, quod ex antecedentibus conditionem repetit): nihil repugnaret, quin, etiamsi sensus ita essent segregati, ut ne in eodem quidem homine reperirentur, tamen diversa esse iudicaretur. Ita communione sublata nulla est norma, ad quam utrumque exigas, nihil certi, quo utrumque metiaris. Ad unum enim utrumque revocetur necesse est (*δεῖ δὲ τὸ ἓν λέγειν ὅτι ἕτερον*). Unus sit oportet, qui utrumque percipiat, ut an diversa sint, pronuntiare possit. Sicut unus inter homines pronuntiat, ita una est rursus in homine facultas, qua cogitatur et percipitur. Illud *λέγειν* ab exemplo ductum est, et tanquam e vita petitum. Si enim num, quae diversi perceperunt, diversa sint disceptatur, unus exsistat oportet, qui, utroque inter se comparato, iudicium pronuntiet. Eadem sensuum ratio (*ὥστε ὡς λέγει, οὕτω καὶ νοεῖ καὶ αἰσθάνεται*), ut quod diversa esse cogitet, unum sit oporteat.

426^{b} 22. *νοεῖ καὶ αἰσθάνεται.*] In quo, quod cogitatio sensui addita vel adeo praeposita, non urgendum videtur; neque enim nunc, qualis sit facultas, utrum sentiendi an cogitandi,

1) [A Bonitzio in ind. Ar. 673^{b} 18 s. v. *σάρξ* noster locus ita citatur: „*ἡ σὰρξ οὐκ ἔστι τὸ ἔσχατον (τὸ πρῶτον) αἰσθητήριον* de an. III, 2. 426^{b} 15. Illud *ἔσχατον* igitur idem censet esse, atque quod alibi dicitur *πρῶτον*. Comparat de part. an. II, 10. 656^{b} 32: *διπλοῦν μὲν γάρ ἐστιν ἕκαστον τῶν αἰσθητηρίων διὰ τὸ διπλοῦν εἶναι τὸ σῶμα, τὸ μὲν δεξιὸν τὸ δ' ἀριστερόν. ἐπὶ μὲν οὖν τῆς ἁφῆς τοῦτ' ἄδηλον· τούτου δ' αἴτιον ὅτι οὐκ ἔστι τὸ πρῶτον αἰσθητήριον ἡ σὰρξ καὶ τὸ τοιοῦτον μόριον, ἀλλ' ἐντός.* De significatione huius „*πρῶτον*" cf. ind. Ar. 653^{b} 25: „*πρῶτον* relatum ad aliud id dicitur, quod alteri ita est proximum, ut nihil intercedat medium."]

quaeritur: sed communis utriusque species obversatur. Quod interiectum est, ἕτερον γὰρ τὸ γλυκὺ τοῦ λευκοῦ, prorsus inutile; et quod huic additum, λέγει ἄρα τὸ αὐτὸ (in quo τὸ αὐτὸ nominativus) adeo iners et otiosa repetitio, ut vel e margine in textum irrepsisse vel aliud, quod corruptum sit, in se absconditum habere censeam. Illa facilior ratio, ut verba excludas. Haec si quos veri numeros habet, eo fert, ut verba in hunc fere modum refingas: λέγει γὰρ καὶ ὅτι τὸ αὐτό.

§ 12. 426ᵇ 22.[1]) Nec tempus, quo haec discernuntur, diversum, sed unum. Quae comparantur, ut h. l. album et dulce, ita inter se referuntur, ut in iudicio alterum ab altero avelli non possit. Si alterum diversum dicitur, eo ipso alterum quoque diversum esse sequitur. Tolleretur enim diversi notio, si in uno collocaretur. Quod ita rei necessitate et notionum natura coniunctum est, id tempore quoque simul esse non opus est demonstrare. Tempus enim externa tantum est copula, qua illa notionis maior. Demonstravit vero Aristoteles, neque haec nocet subtilitatis quasi luxuria.

426ᵇ 24. ὥσπερ γὰρ τὸ αὐτὸ λέγει ὅτι ἕτερον τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ κακόν, οὕτω καὶ ὅτε θάτερον λέγει ὅτι ἕτερον, καὶ θάτερον] (sc. λέγει ὅτι ἕτερον) sicut una norma quasi iudex bonum et malum discrepare pronunciat, ita quando de uno, simul de altero diversum esse sententia fertur.

426ᵇ 26. οὐ κατὰ συμβεβηκὸς τὸ ὅτε] Tam leviter praecedentibus adnexum est nulla nec coniunctionis nec pronominis relativi copula, ut fere nominativi absoluti speciem prae se ferat. In ea, cum dicuntur, praesens tempus (νῦν) per accidens cadere videtur, quae nunc quidem non sunt, sed fuerunt vel futura sunt, ipso autem dicendo, quod nunc fit, cum praesenti tempore coniunguntur. Quod ita dicitur λέγω δ' οἷον νῦν λέγω ὅτι ἕτερον, οὐ μέντοι ὅτι νῦν ἕτερον. In quo cavendum est, ne personarum vicissitudo (λέγω — λέγει) confusio videatur. λέγω ad exemplum, quo κατὰ συμβεβηκὸς illustratur, λέγει, quod sequitur, rursus ad τὸ αὐτὸ pertinet. Congruit ceterum Philoponi interpretatio: καὶ τὸ κακὸν ἄρα ὅτε λέγει διαφέρειν τοῦ ἀγαθοῦ, ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ τοῦ πρῶτον λέγει· νῦν γὰρ λέγει ἄμφω καὶ νῦν κατὰ τὸ κύριον (νῦν) καὶ οὐ κατὰ συμβεβηκός, ὅταν τὸ πάλαι γενόμενον νῦν εἴπῃ γενέσθαι. οἷον ἐπειδὴ νῦν ἤκουσα. νῦν ἐγένετο τὰ πρωϊκά (scribe

1) [426ᵇ 24 legas in apparatu critico ita: 24. οὐδ' ἓν] οὐδ' ενι E. reliqui et scripti et impressi praeter To. habent οὐδ' ἕν. | δ' οὐδὲν Ald. | κέχ. ἔστι κτλ.]

Τρωϊκά). *λέγεται δὲ καὶ κυρίως νῦν, ὅταν τὸ νῦν γινόμενον νῦν ἴδω.*

§ 13. 14. 15. 426ᵇ 29 sqq. Simplicius (fol. 55 b.) cuncta, quae usque ad phantasiae quaestionem sequuntur, ab instituto deflectit, ut nec ad singulos sensus nec ad communem trahat. Suum potius iis finem tribuit; id enim agi, ut sentiendi iudicium nec motum esse nec actionem nec passionem demonstret, sed actionem et perfectionem intrinsecus excitatam. Sed haec adeo obscure significata essent, ut ne expromere quidem posses. Quae ex antecedentibus repugnantia consequi possint, nunc componi perpetua loci ratio nobis persuadet. Id quidem patet, quaestionem non solum sensum communem spectare, sed etiam ad singulos quosque redire. Amarum enim et dulce, de quibus tanquam contrariis exemplum loquitur, non ad sensum quidem communem utpote singulos inter se sensus comparantem pertinet, sed a solo gustu suscipitur. Itaque haec est dubitatio: quomodo fieri possit, ut contrariorum cognitio simul fiat (id enim affirmatum erat), hoc potius idem valere, quasi quid simul contrariis motibus moveretur. Cuius pugnae dirimendae haec primum ponitur lex: id, quod diiudicet, numero quidem et ipsa re esse unum et individuum, ratione autem et notione (*τῷ εἶναι*) separatum. Cuius rei haud absurdum afferunt linguam exemplum, quae, etsi loco et numero una, tamen duobus sensibus inservire potest, cum tactui tum gustando.

[427ᵃ 1. *τὴν αἴσθησιν ἢ τὴν νόησιν*] *νόησις*, ut infra 3, § 4. latiore sensu, ut fere *φαντασίαν* exaequet. Bz. ind. Ar. 487ᵃ 50 confert locum 426ᵇ 22. *καὶ νοεῖ καὶ αἰσθάνεται.*]

§ 14. Extenuat ipse, quae modo ad dubitationem tollendam attulit, ut difficultates undique perspiciantur. Facile enim fieri potuit, ut quis, facultatis et actus ratione in hanc rem collata, quod positum erat, admittere nollet. *Δύναμις* contraria quasi complectitur, quippe quae nondum in certas species definita sit. *Ἐνεργείᾳ* vero ex hac *δυνάμει* aut unum aut alterum fit (cf. ad II. 1. *τῷ ἐνεργείᾳ διαιρετόν*). Itaque sensus et intellectus, si *δυνάμει* considerantur, contrariorum participes sunt, sed si agunt (*εἰ τοιοῦτον* i. e. *ἐνεργείᾳ*). — de qua re sermo est — contrariorum formas simul non patiuntur. *οὐδὲ τὰ εἴδη πάσχουσι αὐτῶν* — quod ad illud redit, sensus rerum formas sine materia suscipere.

427ᵃ 6. *δυνάμει μὲν γὰρ τὸ αὐτὸ καὶ ἀδιαίρετον τἀναντία.*] Quod adiectum est *τῷ δ' εἶναι οὔ*, id a re alienum videtur. *δυνάμει* enim *τὸ ἐνεργεῖσθαι* oppositum. Verum quidem *τῷ δ' εἶναι* i. e. notione et ratione res discerni, etiamsi

coniunctas. Sed quorsum haec hoc loco? Obscurant potius sententiarum nexum, quam illustrant. Haec verba, si non ex antecedentibus manarunt (agnoscuntur quidem ab Alexandro Aphrodis. ἀπ. κ. λύσ. Γ, ϑ'. p. 179. lin. 18 Sp.) ita capienda sunt, ut a particula adversativa ἀλλά, quae sequitur, non reprimantur, sed confirmentur atque augeantur. Res si notione segregantur, magis etiam actu discedunt.

§ 15. 427ª 9. Restat, ut difficultas notionum pugna commota similitudine quadam componatur. Ut punctum unum est, nihilo minus tamen tanquam terminus duas lineas dirimit, ita et sensus communis. cf. phys. VIII. 8. 262ᵇ 24. τῷ ἄκρῳ τῷ ἐφ' οὗ τελευτῇ καὶ ἀρχῇ κέχρηται τῷ ἑνὶ σημείῳ ὡς δυο. et eodem capite paulo infra 263ª 23. ἂν γάρ τις τὴν συνεχῆ διαιρῇ εἰς δύο ἡμίση, ουτος τῷ ἑνὶ σημείῳ ὡς δυσὶ χρῆται· ποιεῖ γὰρ αὐτὸ καὶ ἀρχὴν καὶ τελευτήν· οὕτω δὲ ποιεῖ ὅ τε ἀριϑμῶν καὶ ὁ εἰς τὰ ἡμίση διαιρῶν. Nostro loco utrum punctum lineas vel dirimens vel coniungens an circuli centrum intellegendum sit, disceptari potest. Hoc quidem interpretes statuunt (cf. cum reliquis Al. Aphr. ἀπ. κ. λύσ. Γ, ϑ'. p. 179 Sp. it. Alex. in libro de an. I. c. 23) atque in eo multi sunt, ut, quantopere centri imago sensui communi respondeat, depingant. A centro radios exire, in centrum rursus confluere: ita a communi sensu singulos quosque proficisci et in eundem redire. Quae similitudo si dialecticam notionum contentionem non omnino compescit, tamen rationem suppeditat, in qua eam agnoscere intuendi leges cogunt. Sed haec, quamvis vera sint, ab instituto remota. Non id agitur, ut sensus communis ratio aliqua similitudine proponatur; sed solummodo, ut dialectica, quae mota est, difficultas tollatur. Ubinam στιγμὴ per se simplex [1]) centrum est?

Si centrum acciperetur, minus quadraret ᾗ δύο, et postea δὶς τῷ αὐτῷ χρῆται σημείῳ; cur enim duo tantum, cum centrum ad innumeros radios pertineat; minus etiam conveniret πέρατι; centrum non tam terminus est radiorum quam omnium principium (ἀρχή). Itaque praeclara imagine, ne aliena immisceantur, relicta in simplici puncto acquiescendum est. Punctum non solummodo unum est, sed, ut motu in lineam abit, ita simul et terminus et initium duo dividit. Sed quid est, quod dicitur ἣν καλοῦσί τινες στιγμήν? quale hoc iudicium? Si

---

1) [In Bz. ind. Ar. s. v. στιγμὴ hic usus non reperitur.]

centrum significaretur, obscurum esset; atque si simpliciter punctum, quid ineptius, quam hoc: „quod nonnulli punctum vocant." Mirum sane, si nonnullis assignaretur, qui omnium est usus. Apertum, puto, mendum est. Scribas igitur: *ἀλλ' ὥςπερ ἓν καλοῦσί τινες στιγμὴν* h. e. ita res se habet, ut unum nonnulli vocant punctum. Idque eo spectare censeo, quod *στιγμὴ* monas dicitur spatii particeps (cf. metaphys. *M*, 8. 1084ᵇ 26; *Δ*, 6. 1016ᵇ 26. de an. I, 4. 409ᵃ 6). Ita si punctum Aristoteles monada definivit, potuit fieri, ut alii punctum etiam unum appellarent. cf. similem puncti rationem phys. III, 11. 220ᵃ 20. [Bz. ind. Ar. 701ᵇ 26.]

Reliqua difficilia sunt, quippe quae verbis parca. Puncti similitudo ad communis sensus iudicium translata, ut in sequentibus *τὸ κρῖνον* orationis subiectum sit, de quo, quasi ipsum esset punctum, sermo est. *ᾗ μὲν οὖν δυσὶ χρῆται.* At sensus communis, ut similitudo constet, non duobus punctis utitur, sed bis eodem, ut vel *δὶς* pro *δυσὶ* vel *ὡς δυσὶ* scribendum esse existimem, quorum illud antecedentia tanquam conditionem repetat, alterum perversam vocis rationem levet ac leniat. Illud praetulerim; facillima enim mutatio eaque aptissima. Quatenus communis sensus iudicium eodem puncto bis utitur, termino duo discernit. Sed quid est, quod sequitur „*καὶ κεχωρισμένα ἐστὶν ὡς κεχωρισμένων*" et sunt diversa velut diversorum? Si vera est scriptura, subiectum est antecedentis enunciationis obiectum i. e. illa duo sunt separata velut separatorum. Sed quorsum obscurum hoc: „velut separatorum"? Supplent sensuum. Quod vix probabile. Adeo enim in advocata puncti similitudine scriptor detentus est, ut *αἰσθήσεων* vel tale quid e longinquo arcessere periculosum videatur. Facilior fortasse ratio, si *κεχωρισμένα* ut obiectum ad *κρίνει* traxeris et *κεχωρισμένον* scripseris, ita quidem *τῷ πέρατι δύο κρίνει καὶ κεχωρισμένα ἔστιν ὡς κεχωρισμένον* i. e. termino duo discernit eaque separata quodammodo ipsum separatum. *ᾗ δ' ἓν (κρίνει), ἑνὶ καὶ ἅμα.* Ut coniectura supersedeas, interpungas in hanc sententiam: *ᾗ μὲν οὖν δυσὶ χρῆται τῷ πέρατι, δύο κρίνει καὶ κεχωρισμένα ἔστιν ὡς (τῷ) κεχωρισμένῳ.* Sensus communis, quatenus termino tanquam duobus utitur (e puncti similitudine), duo discernit et separata quodammodo separato instrumento (*στιγμῇ ὡς δυσί*)· *τῷ κεχωρισμένῳ* ex Alexandro Aphrodisiensi *ἀπορ. κ. λυσ. Γ, θ'.* p. 180. lin. 6, Sp. [In textum hanc lectionem esse recipiendam Trdlbg. significavit.] Similiter Simpl. fol. 56 a. *κεχωρισμένοις* legisse videtur: *ὅταν δύο ἅμα κρίνῃ ἃ κεχώρισται τῷ λόγῳ καὶ τῇ ἰδιότητι ἀλλήλων, ὡς*

κεχωρισμένοις ταύτῃ τὰς τῶν διαφόρων πραγμάτων γίνεσθαι κρίσεις.

Cap. 3.

§ 1—3. 427ᵃ 17—ᵇ 14. Veterum sententia perpenditur, qui sensum et intellegentiam idem putarunt. Media autem interiecta est imaginatio, quae primum (§ 3—10) quid non sit, deinde (§ 11—15) quid sit, exquiritur.[1]

1) [Trdlbg. adnotavit: „De universo capite cf. Freudenthal, über den Begriff des Wortes *φαντασία* bei Aristoteles. Göttingen 1863." Freudenthal igitur de capite tertio haec dicit l. l. p. 9—11. „de anima III, 3. Der Zusammenhang dieses ganzen Capitels, dem einzigen, in welchem Aristoteles die *φαντασία* als solche in grösserer Ausführlichkeit bespricht, ist folgender: Im 12. Cap. des 2., sowie in den zwei ersten Cap. des 3. Buches war von Aristoteles die Wahrnehmung im Allgemeinen besprochen worden. Im Anfange des 3. Cap. wird die Ansicht widerlegt, Denken sei nichts wie eine Art des Wahrnehmens (*ἐπεὶ δὲ — καὶ λόγος* 427 a 17 — b 14). Dann kommt eine Abschweifung zur *φαντασία*, die in ihrer Verschiedenheit vom Denken, insbesondere von der *δόξα* durch mehrere Gründe nachgewiesen wird (*φαντασία γὰρ — θαρραλέα* b 24). Aristoteles wendet sich zum Denken zurück, gibt eine kurz vorher angeführte Eintheilung desselben, theilt dann das gesammte Gebiet des Denkens in *φαντασία* und *ὑπόληψις* und wendet sich zuerst zur Besprechung der *φαντασία* (— *λεκτέον* b 29). Sie ist weder *αἴσθησις* (— *ὁράματα* 428 a 16), noch *ἐπιστήμη* oder *νοῦς* (— *καὶ ψευδής* a 18), noch *δόξα* (— *ἡ φαντασία* b 10). Der Angabe ihres wirklichen Wesens oder vielmehr ihres physiologischen Grundes (— *γιγνομένη* 429 a 2) folgt eine Ableitung ihres Namens und eine kurze Bemerkung über ihre Bedeutung für Thiere und Menschen.

Wie diese Uebersicht zeigt, steht Alles in genauem Zusammenhange bis auf die Stelle 427 b 14—24. Dieser Mangel des Zusammenhanges zeigt sich auch sprachlich. *φαντασία γὰρ ἕτερον καὶ αἰσθήσεως καὶ διανοίας* soll die vorhergehende Behauptung begründen oder doch erläutern, dass Wahrnehmung und Denken verschieden seien, 1) weil *ἡ αἴσθησις τῶν ἰδίων* immer wahr, das Denken aber auch falsch sei; 2) weil Wahrnehmung allen Thieren, Denken nur den Menschen zukomme. Aber wie soll das möglich werden? Ist es klar und verständlich, wenn Brandis G. Ar. u. s. a. 1125 übersetzt: „Auch ist die Wahrnehmung der jedem Sinne eigenthümlichen Gegenstände stets wahr und allen Thieren gemeinsam, das Denken wahr oder falsch und nur bei solchen Thieren zu finden, die der Vernunft theilhaft; denn von beiden müssen wir das Vorstellen unterscheiden" u. s. w.?

Jul. Pacius in seinem Commentar zu de anima gibt folgende Erklärung des *γάρ*: „— probat enim distinctionem inter sensum et ratiocinationem ex eo quod inter utrumque collocatur phantasia, quae ab utroque separatur, nam si ambo extrema differunt a medio, multo magis differunt inter se." Aber diese Erklärung ist viel zu gekünstelt, um für wahr gelten zu können.

Besser könnte man es folgendermassen zu erklären suchen: „Wahrnehmung," so hiess es vorher, „kommt allen Thieren zu, Denken nur

§ 1. 427ª 17. Cf. metaphys. Γ, 5. 1009ᵇ 17. καὶ γὰρ Ἐμπεδοκλῆς μεταβάλλοντας τὴν ἕξιν μεταβάλλειν φησὶ τὴν

---

wenigen." (Dem darf man nicht einwenden, dass ja die φαντασία eine Art von αἴσθησις sei und wie das Denken nicht allen Thieren zukomme), „denn die φαντασία ist verschieden von Wahrnehmung und Denken."

Dass ähnliche Ergänzungen bei Aristoteles zuweilen gemacht werden müssen, steht fest; dass sie aber so viel voraussetzen und hineinschieben dürfen, ist höchst zweifelhaft.

Andere Bedenken gegen die Stelle sind folgende: Die Eintheilung des νοεῖν 427ª 27 und der Uebergang zur nachfolgenden Betrachtung über die φαντασία, sieht gar nicht aus, als ob Aristoteles schon früher in 2 Paragraphen über φαντασία gesprochen habe.

Der in § 8—10 gegebene, sehr ausführliche Nachweis, φαντασία sei nicht identisch mit δόξα, nimmt nicht die mindeste Rücksicht darauf, dass derselbe in unserer Stelle schon geführt ist, und die Worte λείπεται ἄρα ἰδεῖν εἰ δόξα 428ª 18 zeigen, dass diese Ansicht noch nicht widerlegt ist. (Keine Schwierigkeit macht folgende Stelle: 427ᵇ 16 ὅτι δ' οὐκ ἔστιν ἡ αὐτὴ νόησις καὶ ὑπόληψις φανερόν. Soll νόησις, wie es der Zusammenhang verlangt, φαντασία bezeichnen, so ist der Gegensatz, wie Trendelenburg hervorhebt, höchst unklar ausgedrückt. Unsere Lesart steht durch alle Handschriften und durch Simplicius und Philoponus fest und als blosse Emendation hat margo U kurzweg φαντασία statt νόησις geschrieben. Der Satz wird klar, wenn man νόησις nicht als Subject, sondern als Prädicat fasst und übersetzt: „Dass sie (die φαντασία) nun aber nicht dieselbe Art des Denkens ist, wie die Reflexion (ὑπόληψις), ist klar." Als Arten der νόησις werden φαντασία und ὑπόληψις einander gegenübergestellt 427ᵇ 28.)

Dass φαντασία und δόξα verschieden sind, wird durch folgende Gründe nachzuweisen gesucht:

427ª 17. τοῦτο μὲν γὰρ τὸ πάθος (ἡ φαντασία) ἐφ' ἡμῖν ἐστίν, ὅταν βουλώμεθα (πρὸ ὀμμάτων γάρ ἐστι ποιήσασθαι, ὥσπερ οἱ ἐν τοῖς μνημονικοῖς τιθέμενοι καὶ εἰδωλοποιοῦντες) δοξάζειν δ' οὐκ ἐφ' ἡμῖν· ἀνάγκη γὰρ ἢ ψεύδεσθαι ἢ ἀληθεύειν. Dieser Gegensatz ist schief. Von der φαντασία wird gesagt, sie stehe in unserer Macht, ὅταν βουλώμεθα, also zeitlich; von der δόξα, sie sei nicht in unserer Gewalt, ἀνάγκη γὰρ ἢ ψεύδεσθαι ἢ ἀληθεύειν, also in Bezug auf Wahrheit und Falschheit.

Aber der Gegensatz ist zugleich falsch. Denn auch zu meinen und zu denken steht bei uns, wann wir wollen; vgl. de an. II, 5. 417ᵇ 24: διὸ νοῆσαι μὲν ἐπ' αὐτῷ ὁπόταν βούληται. Und umgekehrt, wie die Meinung ist auch die φαντασία dem Kriterium der Wahrheit und Falschheit unterworfen, wenigstens nach der Ansicht, die Aristoteles in diesem Cap. ausspricht. 428ª 3 (ἡ φαντασία) μία τίς ἐστι τούτων δύναμις ἢ ἕξις, καθ' ἣν κρίνομεν καὶ ἀληθεύομεν ἢ ψευδόμεθα. — 12. 15. 18ᵇ 17. 28 f. (Allerdings herrscht über diesen Punkt bei Aristoteles einige Verworrenheit. Denn de an. III, 8. 432ª 11 wird behauptet, der φαντασία komme τὸ ἀληθὲς ἢ ψεῦδος gar nicht zu. Dasselbe geht hervor aus de mem. 1. 450ª 25 f., wonach φάντασμα ohne alle Beziehung zu einem Objecte sein soll. Aber in unserm ganzen Cap. ist von einer solchen φαντασία nicht die Rede. Eine ähnliche Unklarheit ist bei der αἴσθησις wahrzunehmen. Nach 428ª 16 ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τῶν ἀεὶ ἀληθευόντων f.

φρόνησιν· „Πρὸς παρεὸν γὰρ μῆτις ἐναύξεται ἀνθρώποισι" καὶ ἐν ἑτέροις δὲ λέγει ὅτι „Ὅσσον ἀλλοῖοι μετέφυν, τόσον ἄρ σφίσιν αἰεὶ Καὶ τὸ φρονεῖν ἀλλοῖα παρίστατο." E nudis Empedoclis et Homeri verbis ab Aristotele allatis non sequetur, eos, quod Aristoteles vult, voluisse. Homerum quidem, quasi Aristotele auctore idem docuerit, facile separaveris. Explices enim τὸ δ' αὐτὸ τούτοις βούλεται καὶ τὸ Ὁμήρου, idem ex illorum veterum sententia (τούτοις) Homericum valet. Quam veram esse rationem, metaphysicorum loco, quem citavimus, collato apparere videtur; ibi enim his pergitur verbis: φασὶ δὲ καὶ τὸν Ὅμηρον ταύτην ἔχοντα φαίνεσθαι τὴν δόξαν; alii igitur, neque Aristoteles auctor, Homerum in has philosophorum partes traxerunt. cf. Sturz. p. 493 sqq. p. 635. Homeri versus legitur in Od. σ. 135 sq., quem Eustathius talem esse hominibus animum, qualem dii vitae conditionem dederint, recte interpretatus est. Quid apud Empedoclem universus loci nexus docuerit, nobis quidem ex Empedoclis reliquiis non constat. Versus, quales laudantur, per se soli Empedoclem in eorum, qui sensus et mentis discrimen nullum faciunt, ordinem non detrudunt. Recte enim ille versus explicari potest, „ex iis, quae adsunt, rebus hominum prudentiam augeri, ex eo, quod quis experiatur, mentis intellegentiam crescere; homines, sicut aliis

---

gehört αἴσθησις nicht zu diesen ἀεὶ ἀληθευόντων. ᵃ 11 aber heisst es: αἱ μὲν (sc. αἰσθήσεις) ἀληθεῖς ἀεί, was nach 427ᵇ 11 auf αἴσθησις τῶν ἰδίων zu beschränken ist. Eine Einschränkung dieser Einschränkung wird wieder verlangt 428ᵇ 18: ἡ αἴσθησις τῶν μὲν ἰδίων ἀληθής ἐστιν ἢ ὅτι ὀλίγιστον ἔχουσα τὸ ψεῦδος. vgl. übrigens Metaph. Γ, 5. 1010ᵇ 1 f. Doch sind dergleichen Nachlässigkeiten noch keine Widersprüche.)

Auch der folgende Beweis ist nicht stichhaltig 427ᵇ 21: ὅταν μὲν δοξάσωμεν δεινόν τι ἢ φοβερόν, εὐθὺς συμπάσχομεν, ὁμοίως δὲ κἂν θαρραλέον· κατὰ δὲ τὴν φαντασίαν ὡσαύτως ἔχομεν ὥσπερ ἂν οἱ θεώμενοι ἐν γραφῇ τὰ δεινὰ ἢ θαρραλέα.

Wie wir viel Furchtbares „meinen" können, ohne zu erschrecken, so können wir auch durch Bilder der φαντασία in Freude oder Schrecken versetzt werden. Vgl. de ins. 3. 460ᵇ 3 f. 462ᵃ 14, Probl. XXX, 7. 956ᵃ 20.

Diese Gründe scheinen hinreichend, um zu beweisen, dass Aristoteles die Stelle φαντασία γὰρ — θαρραλέα 427ᵇ 14—24 in diesem Zusammenhang nicht geschrieben habe. Ob sie aber dennoch von Aristoteles herrühre, wie die durchweg aristotelische Ausdrucksweise glaublich macht, oder von Jemanden zu 427ᵇ 27 hinzugeschrieben worden ist, der sich hier erinnerte, dass φαντασία von Aristoteles auch mit αἴσθησις gleichgestellt werde, das wage ich nicht zu entscheiden. Wenigstens muss man mit seinen Folgerungen aus diesem zweifelhaften Stücke zurückhaltend sein. Diese Ansicht würde sich der von Torstrik aufgestellten Hypothese einer doppelten Recension von de anima anschliessen, welche, wenn auch sehr zu beschränken, doch wohl für einige Stellen besonders des 3. Buches anzunehmen ist.

et aliis utantur, ita aliam atque aliam mentem induere." Perperam in his Simplicius et qui eum secuti sunt, de somniorum vicissitudine et varietate loquuntur, inducti, ut videtur, voce *παρίσταται*. Metaphysica, quae attulimus, de somniis cogitare vetant.

Ceterum de paragraphi constructione [1]) iam veteres laborarunt. Philoponus P. fol. 3 a. *Ἀλέξανδρος δοκεῖ μάτην εἶναι τὸ ἐπειδή. οὔτε γὰρ ἔχει ἀπόδοσιν. ὁ μέντοι Πλούταρχός φησι κατωτέρω εἶναι τὴν ἀπόδοσιν, ὅπου λέγει ὅτι μὲν οὖν οὐ ταὐτὸν τὸ αἰσθάνεσθαι καὶ φρονεῖν.* Simplicius fol. 56 b. *διὸ καὶ τῷ κατὰ τόπον κινητικῷ ὡς καὶ ὀρεκτικῷ τὸ κριτικὸν ἀντιτιθεὶς ἐν τούτῳ τὸ αἰσθάνεσθαι καὶ τὸ νοεῖν συνείληφεν ἀντὶ πάσης τῆς ἀφ' ἑαυτῶν ἐγειρομένης γνώσεως παραλαβὼν τὸ νοεῖν* (in quo consentit Philoponus). *ἐν δὲ τῇ λέξει πρὸς τὸν ἐπεὶ σύνδεσμον διὰ μακροῦ ἀποδέδωκεν, ὅτι οὐ ταὐτόν ἐστι τὸ αἰσθάνεσθαι καὶ τὸ φρονεῖν φανερὸν εἶναι γράφων, διὰ τὴν διὰ μακροῦ ἀπόδοσιν τὸν οὖν προσθεὶς σύνδεσμον.*

§ 2. 427ᵃ 28. *ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς κατ' ἀρχὰς λόγοις διωρίσαμεν.*] Num liber de anima primus significatur? I, 2. § 7. § 20.

427ᵇ 3. *ὥσπερ ἔνιοι λέγουσι, πάντα τὰ φαινόμενα εἶναι ἀληθῆ.*] cf. III, 2. 426ᵃ 20 sqq.

427ᵇ 4. *ἢ τὴν τοῦ ἀνομοίου θίξιν ἀπάτην εἶναι.*] Haec non tam sententia videtur a quoquam vere prolata, quam ratio, quae Aristoteli, quid tandem error ex istorum sententia esse possit, excogitanti occurrit.

427ᵇ 5. *δοκεῖ δὲ καὶ ἡ ἀπάτη καὶ ἡ ἐπιστήμη τῶν ἐναντίων ἡ αὐτὴ* [2]) *εἶναι.*] Qui a vero aberrat, ut in contrarium incidat, easdem quidem notiones suscipit, sed non eandem notionum coniunctionem, ac qui contrarium cognovit. Error

---

1) [Bz. stud. Ar. II, III. 132: „Der Gedankengang der Periode (deren grammatische Einheit durch die Annahme der angedeuteten Parenthese ermöglicht ist) würde sein: Indem man das Wesen der Seele durch zwei Merkmale bestimmt, Ortsbewegung einerseits, Denken, Urtheilen, Wahrnehmen andrerseits, so ist, während manche das Denken für eine Art von Wahrnehmen halten, und die Alten Denken und Wahrnehmen für identisch erklären, soviel klar, dass Wahrnehmen und Denken nicht einerlei ist. — Ob aber wirklich bei den Worten *ὅτι μὲν οὖν κτλ.* die sprachliche Zusammengehörigkeit mit dem Vordersatze *ἐπεὶ δὲ* noch im Bewusstsein mag gewesen sein, ist sehr zweifelhaft."]

2) [In logicis *ἡ ἐπιστήμη τῶν ἐναντίων ἡ αὐτὴ* (*μία*) saepius dicitur. Trdlbg. cf. Bz. ind. Ar. 247ᵃ 13.]

itaque et contrarii cognitio easdem res tenent, etsi ratio, qua tenent, omnino diversa, erroris enim fortuita, cognitionis necessaria. Illud igitur, errorem et cognitionem eandem videri, ad rem obiectam, quam communem habent, redigendum esse videtur. Sed quorsum omnino haec hoc loco? Non eo pertinent, ut illos Aristoteles errorem praetermisisse gravius accuset, sed potius, ut ex illorum sententia errorem dissimilium i. e. contrariorum contactum esse posse demonstret; error enim in contrariis vertitur. Sed quomodo, si similia similibus cognoscuntur, dissimilium contactu cognitionis omnino quaedam species oriri possit, non apparet. Themistius de loco haec disputat (fol. 86 a). *ἄλλως τε ὅτι καὶ τῶν ἐναντίων μία ἐστὶν ἐπιστήμη καὶ μία ἄγνοια· ὁ γὰρ τὸ ἀγαθὸν ὡς ὠφέλιμον γινώσκων, καὶ τὸ κακὸν ὅτι βλαβερὸν συνεπίσταται, καὶ ὁ περὶ θάτερον ἐξαπατώμενος ἐξαπατᾶται καὶ περὶ θάτερον. χρὴ οὖν ἢ τοῖς ἐναντίοις ἡμᾶς ὁμοιοῦσθαι ἅμα, ὅταν τἀναντία γιγνώσκωμεν, ἢ τοῖς ἐναντίοις ἀνομοιοῦσθαι, ὅταν περὶ τἀναντία ἐξαπατώμεθα. ἄμφω δὲ ὁμοίως ἀδύνατα.*

§ 3. 427b 6. *Φρονεῖν* et *νοεῖν* aperte alterum ab altero segregantur. Hoc latius patet, subicitur enim *φρόνησις* tanquam pars, illud contrahitur. Si notiones generatim disiungere sufficiat, illud sapere est, hoc cogitare. *Φρόνησις* in ethicis a mera cognitione ad agendi consilium revocatur. [Cf. Bz. ind. Ar. 831b 13.] Sic eth. Nicom. VI, 5. 1140b 5. *φρόνησιν εἶναι ἕξιν ἀληθῆ μετὰ λόγου πρακτικὴν περὶ τὰ ἀνθρώπῳ ἀγαθὰ καὶ κακά.* cf. VI, 13. 1143b 20, 23. eth. Nic. VI, 11. 1143a 8. *ἡ μὲν γὰρ φρόνησις ἐπιτακτική ἐστι. τί γὰρ δεῖ πράττειν ἢ μὴ τὸ τέλος αὐτῆς ἐστι.* In polit. III, 4. 1277b 26. *φρόνησις* ei vindicatur, qui sive res sive homines ad finem a se propositum dirigit. *ἡ δὲ φρόνησις ἄρχοντος ἴδιος ἀρετὴ μόνη. — ἀρχομένου δέ γε οὐκ ἔστιν ἀρετὴ φρόνησις, ἀλλὰ δόξα ἀληθής· ὥσπερ αὐλοποιὸς γὰρ ὁ ἀρχόμενος· ὁ δ' ἄρχων, αὐλητὴς ὁ χρώμενος.* Alex. Aphrodis. *περὶ εἱμαρμένης* fol. 47 b. (Trincav.) *ἀνθρώπων δὲ ἡ φρόνησις ἀρετή. ἥ ἐστιν ὡς φασὶν ἐπιστήμη ποιητέων τε καὶ οὐ ποιητέων.* Cum bruta animalia caeco naturae impetu, nec sapienti rationis consilio regantur, *τὸ φρονεῖν*, si quidem a communi et infinito usu ad propriam hanc significationem remiseris, in exiguum animantium numerum cadere dicitur. Neque haec significatio infringitur, sed confirmatur, quod aliqua animalia *φρόνιμα* dicuntur, quippe quae aliquam habeant suarum rerum providentiam (ethic. Nicom. VI. 7. 1141a 26. *ὅσα περὶ τὸν αὑτῶν βίον ἔχοντα φαίνεται δύναμιν προνοητικήν.* metaphys. I. 1. 980b 21.

Νοεῖν, cogitare ab angusta hac significatione in latiorem ambitum dimittitur, ut ipsum *φρονεῖν* rursus comprehendere possit. Partes eius dicuntur *φρόνησις*, *ἐπιστήμη*, *δόξα ἀληθής*. Si cogitatio ad agendi consilium spectat, *φρόνησις* fit, si in cognoscendo conclusionibus utitur, *ἐπιστήμην* efficit, si, quamquam certa hac demonstrandi via carens, verum tamen occupat, *δόξα ἀληθής*. Ita *φρόνησις*, quae actionem ad finem dirigit, verae opinioni *δόξῃ ἀληθεῖ* in cognoscendo collocatae opponitur polit. III, 4. 1277^b 28. *Δόξα* ab *ἐπιστήμῃ* in analyticis posterioribus (I, 33. 88^b 30) segregatur. cf. eth. Nicom. VI, 3. 1139^b 17. *Δόξα* ita concepta est, ut et alia esse possit, *ἐπιστήμη* necessitatem habet; illa propositio certo argumento non collecta, haec ipsa demonstratione confirmata.

Αἴσθησις ab his omnibus diversa. Si enim propria spectat errare non potest. Cogitatio autem modo vera modo falsa. Omnia animantia sentiunt, cogitant ea sola, quibus ratio est. (*οὐδενὶ ᾧ μὴ καὶ λόγος*). Dubitare possis, *λόγος* utrum ratio an oratio (de gen. anim. V, 7. 786^b 20) sit interpretandus. Vox utrumque complectitur. Ratio et oratio ipsa natura tam arte inter se coniunctae, ut neque unam neque alteram sententiarum nexus repudiet. Sed orationi ab Aristotele tantum tribui non solet. Ex eius enim sententia oratio hominum quodam pacto composita magis ad cogitationes pronuntiandas, quam ad gignendas valere videtur (de interpret. I, 16^a 3). Praeterea si quae sequuntur (§ 9) *ἔτι πάσῃ μὲν δόξῃ ἀκολουθεῖ πίστις, πίστει δὲ τὸ πεπεῖσθαι, πειθοῖ δὲ λόγος*, comparaveris: rationem significari statuas, qua verum persuadetur.

§ 4. 427^b 14. Imaginatio inter sensuum perceptiones et mentis cogitationes media interponitur, ut imaginatio sensibus, mens imaginatione egeat. Aristoteles, ut sapientiam, scientiam, opinionem communi verbo complecteretur, nunc *διανοίᾳ*, nunc *ὑπολήψει* usus est. Differunt quidem inter se; *διάνοια* [1]) enim universam cogitandi facultatem significat, *ὑπόληψις* singulas, quamquam diversas, statuendi rationes, uno nomine comprehendit. (cf. ad III, 4. 429^a 15. metaphys. I, 1. 2. 981^a 7. *ἐκ πολλῶν τῆς ἐμπειρίας ἐννοημάτων μία καθόλου γίγνεται περὶ τῶν ὁμοίων ὑπόληψις*). Quae cum ita sint, congruere non videtur quae est apud Bekkerum lectio: *ὅτι δ' οὐκ ἔστιν ἡ αὐτὴ νόησις καὶ ὑπόληψις*

---

1) [Cf. Bz. ind. Ar. 186^b 60: „*ἡ διάνοια* ipsa actio cogitandi, distinguitur quidem ab ea sententia et persuasione, ad quam cogitando pervenitur, sed saepe *διάνοια* cum actione simul effectum (*τὴν δόξαν, τὴν ὑπόληψιν*) comprehendit."]

φανερόν. Neque enim adeo distant. Accedit, quod discrimen inter phantasiam et mentem exponendum est, ut, quid intersit inter *νόησιν* et *ὑπόληψιν*, prorsus nihil referat. Ita ad vulgatam inclines, *ἡ αὐτὴ φαντασία καὶ ὑπόληψις*. Sed haec unius Vaticani margine nititur. Philoponum et Simplicium locum, qualis apud Bekkerum est, ante oculos habuisse facile constat. Philoponus enim ita scribit (P. fol. 4 a.): *τὴν δόξαν ὑπόληψιν καλεῖ, νόησιν δὲ τὴν φαντασίαν*. In eandem plane sententiam Simplic. 57 b. *ὑπόληψιν μὲν τὴν λογικὴν ὡς εἴρηται γνῶσιν, νόησιν δὲ νῦν τὴν φαντασίαν καλῶν, ἣν καὶ πάθος προσαγορεύει καὶ ἐν τῇ μνημονικῇ τίθεσθαι βούλεται δυνάμει*. Scriptura igitur, quamquam turbat, tam gravi auctoritate confirmata accipienda est. Itaque *νόησις* [cf. n. ad § 1] latiore sensu dicta est, quo *φαντασίαν* comprehendit (*τὸ μὲν φαντασία δοκεῖ εἶναι τὸ δὲ ὑπόληψις*). Sed hac ratione si acceperis, vix fieri potest, ut *φαντασία* et *ὑπόληψις* inter se opponantur.

427^b 16. *ἄνευ ταύτης*] i. e. *φαντασίας*. Scribas potius *αὐτῆς*, ut ne grammatica via ductus in *αἴσθησιν* aberres. Themistius (Hermol. Barb. interpr.) p. 538. Ita fit, ut ea vis sensum quidem sequatur, sed actionem animi antecedat. Quod explicationem nostram confirmat. Aliter quidem Simplicius fol. 57 b. *τὸ μὲν ὡς τέλος, τὸ δὲ ὡς οὗ οὐκ ἄνευ. αὐτή φησιν ἡ διάνοια λέγω οὐ γίγνεται ἄνευ αἰσθήσεως καὶ ἄνευ ταύτης φησὶ τῆς διανοίας οὐκ ἔστιν ὑπόληψις. εἴρηται γὰρ ὅτι ὑπόληψις κατ' ἐπιστήμης*. Hoc propterea reiciendum est, quod imaginationem, de qua agitur, omnino non tangit.

427^b 17. *τοῦτο μὲν γὰρ τὸ πάθος ἐφ' ἡμῖν ἐστίν*] i. e. imaginari in nostra potestate est, *δοξάζειν*, quod *ὑπολήψει* respondet, ad rei veritatem pertinet, ut, a rebus, quales sunt, neque a fingendi arbitrio pendeat.

τοῦτο μὲν γὰρ τὸ πάθος κτλ. Cur *φαντασία πάθος*? Inest in phantasia vis, ut non ipsa per se temperari, sed a rebus abripi videatur. Licet igitur agat idque reliquis vehementiori vi, simul tamen et ipsa, quippe a qua moderatio absit, et reliquus animus, cuius facultates prae imaginatione quasi obmutescunt, re vera patitur. Dum pars agit, reliquum patitur, ita ut ipsa facultas *πάθος* [1]) dici possit.

---

1) [Aliter Bz. ind. Ar. 556^a 48. „Saepe *τὸ πάσχειν* et *τὸ ποιεῖν* ita coaluerunt, ut idem et *πάθος* et *ἔργον* dicatur, veluti *αἴσθησις*, — atque *πάθη* et *ἔργα* vel *πράξεις* interdum ita coniungantur, ut non opposita sed synonyma esse videantur. De caelo III, 1. 298^a 32. de an. I, 5. 409^b 15. 1. 403^b 12. de part. an. I, 5. 645^b 33. cf. de an. III, 3. 427^b 18. *τοῦτο μὲν τὸ πάθος (τὸ φαντάζεσθαι) ἐφ' ἡμῖν ἐστὶν ὅταν βου-*

427b 18. *πρὸ ὀμμάτων γάρ ἐστι ποιήσασθαι ὥσπερ οἱ ἐν τοῖς μνημονικοῖς τιθέμενοι καὶ εἰδωλοποιοῦντες.*] De mnemonicis cf. Xenoph. Sympos. IV. 62. auct. ad. Heren. III. 16. Cic. de or. II. 86 sqq. *εἰδωλοποιεῖν.* Ptol. de iudicandi facult. 16. *τυποποιεῖν. εἰδωλοποίησις.* Sext. Emp. II, 222. cf. *περὶ ἐνυπν.* 1. *ἤδη δέ τινες καὶ ἑωράκασιν ἐνύπνια τοιαῦτα, οἷον οἱ δοκοῦντες κατὰ τὸ μνημονικὸν παράγγελμα τίθεσθαι τὰ προβαλλόμενα.* Memoriae ars duobus his continetur, ut et loci constituantur inter se separati, in quibus res, quas meminisse velis, disponantur (*ἐν μνημονικοῖς*) et cum his rebus imagines coniungantur, quibus, quae cogitatione complecti non possis, intuendo teneas (*εἰδωλοποιοῦντες*). Haec adeo cum phantasia coniuncta, ut exemplo esse possint. Simplicius fol. 57 b. *πρὸ ὀμμ. κτλ.*] *τουτέστι προχειρίσασθαι τοὺς τύπους καὶ κατ' αὐτοὺς ἐνεργεῖν. ὥσπερ φησὶν οἱ ἐν τοῖς μνημονικοῖς τιθέμενοι τουτέστι ἀναμιμνησκόμενοι, ἵν' ἀντὶ τῆς ἀναμνήσεως ἡ μνήμη λέγηται. οὕτω γὰρ ὁ Ἀλέξανδρος, ἢ μᾶλλον ὥσπερ ὅτε μεμνῆσθαι θέλομεν, πολλάκις ἐνεργοῦμεν κατὰ τὸν τύπον. τὸ δὲ καὶ εἰδωλοποιεῖν δηλοῖ, τὸ μὴ πάντως τοῖς πράγμασιν ὁμοίαν ποιεῖσθαι τὴν τῶν τύπων προβολήν.* Philoponus P. fol. 4 a. *μνημονικοὺς λέγει τοὺς ἐκ τῶν αἰσθητῶν τύπους λαμβάνοντας, οἳ καὶ ἀληθεύουσιν. εἰδωλοποιοὺς δὲ λέγει τοὺς ἀναπλαττομένους τι, οἳ καὶ ψεύδονται. ἔστιν οὖν ἡ μὲν φαντασία ἀνάλογος εἰδωλοποιῶν, ἡ δὲ δόξα τῶν μνημονικῶν. πρὸ ὀμμάτων δὲ λέγει ἀντὶ τοῦ πρόχειρον.* At vero similitudo ad opinionem non pertinet; solum enim, prout interiecta est, imaginationis rationem illustrat: idque in hanc, ut videtur, sententiam: quemadmodum qui locis mnemonicis utuntur, imagines, quibus res significent, in promptu habent: ita mens, quidquid libet, facile sibi sub oculos subicit. *Δοξάζειν* ita verum respicit, ut nos socio quodam sive timoris sive doloris affectu perfundat; phantasia adeo ad lusum quendam accedit, ut nos teneat, nec vero moveat.

§ 5. 427b 28. *τούτου δὲ*] sc. *τοῦ νοεῖν.*

ἕτερος ἔστω λόγος] laudant sextum Nicomacheorum librum. [Hoc tamen dubium esse significat Bz. ind. Ar. 99a 13.]

λώμεθα." Cf. Freudenthal l. l. 28. n. 3. „*παθος* wird von Ar. in einem so weiten Sinne gebraucht, dass der Grundbegriff des Leidens, Bestimmtwerdens fast ganz verloren geht. — 29. Die Trendelenburgische Erklärung von *πάθος* 427b 18 passt zwar auf den Begriff, den wir heute mit dem Worte *φαντασία* verbinden, nicht aber auf die *φαντασία* des Aristoteles."]

§ 6. 428ª 1. Si imaginatio est, qua imagines nobis exsistunt, ad rei quidem veritatem non exactae: una earum, quibus res iudicamus, facultas esse non potest. Haec sententia tum a conditione proposita, tum ab iis, quae sequuntur, postulatur. Singulae enim iudicandi facultates percensentur, ut earum esse nullam appareat. Quid autem apodosi faciendum est, qua plane, qualis nunc est, contrarium affirmatur, atque protasi significatur? *Φάντασμα* adeo imaginum et quasi umbrae inanitatem refert, ut, quod cum hac coniungitur, a religiosa iudicii subtilitate abesse oporteat. Quid est, quod adicitur: *καὶ μὴ εἴ τι κατὰ μεταφορὰν*[1]) *λέγομεν*? Si *φαντασία* proprie dicitur,

1) Liceat in re difficili apponere quae Freudenthal l. l. 15 sqq. de hac *φαντασία* exponit. Tres maxime significationes verbi, quod est *φαντασία* distinguit: 1) Der Passivform *φαντάζομαι* entsprechend, die „erscheinen, sich zeigen" bedeutet, heisst *φαντασία* zunächst „Aussehen, Erscheinung" für den Sinn, besonders für das Auge. — 2) Ist die Erscheinung unwahr, stimmt sie mit der Wirklichkeit nicht überein, so wird sie zu einem blossen „Schein" und das erscheinende Bild zu einem „Trugbilde". — 3) Im Zusammenhange mit der ersten steht die psychologische Bedeutung des Wortes *φαντασία*. Geht nämlich die „Erscheinung" nicht von einem äusseren, sinnlich präsenten Dinge aus, für welches ja *αἴσθησις* oder *ὄψις* die eigentlichen Worte sind, sondern ist sie die Erscheinung, das Bild eines Objectes in uns, das wir früher wahrgenommen haben, so erhalten wir die Bedeutung „Vorstellung," „Einbildung" und in diesem Sinne wird *φαντασία* eben sowohl von der Thätigkeit der Seele, welche vorstellt, dem Vorstellungsvermögen, als von dem Produkte dieser Thätigkeit, dem Vorstellungsbilde (de an. III. 2. 425ᵇ 25. III, 3. 429ª 4 sq.; metaph. *A*, 1. 980ᵇ 26 und sonst) gebraucht.

Noch bleibt aber festzustellen, was Aristoteles unter *φαντασία κατὰ μεταφορὰν λεγομένη* verstanden habe. — Nach Trendelenburg ist die im dritten Cap. des dritten Buches der arist. Psychologie besprochene Art der *φαντασία* diejenige, qua imagines nobis exsistunt, ad rei veritatem non exactae etc.; denn diese, nicht *φαντασία κατὰ μεταφορὰν* soll dort erklärt werden. *φ. κατὰ μεταφορὰν* selbst bezeichnet aliquod cognoscendi genus und hat nichts mit einem *φάντασμα* zu thun (imaginum species excluduntur). Da aber im Nachsatz gerade das Gegentheil steht, *μία τίς ἐστι τούτων δύναμις* u. s. w., so wird die Emendation ins Gegentheil *οὐδεμία τις* oder interrogative Fassung des Satzes nothwendig.

Gegen diese Erklärung ist einzuwenden: Was bezeichnet *φ. κατὰ μεταφοράν*, wenn man sie auf aliquod cognoscendi genus bezieht? de an. I, 1. 402ᵇ 23, worauf sich Trdlbg. hier für diese metaphor. Bedeutung beruft, ist genau dieselbe, wie die in unserm Capitel besprochene eigentliche Art der *φαντασία καθ' ἣν λέγομεν φάντασμά τι ἡμῖν γίγνεσθαι.*

Mit Unrecht würde man auch behaupten: „Singulae iudicandi facultates percensentur, ut earum esse nullam appareat." Nur dass die *φαντασία* weder mit Meinen, noch mit Wahrnehmen, noch mit Denken identisch sei, wird im Nachfolgenden erwiesen. Damit ist aber nicht erklärt, dass sie, in eigentlichem Sinne genommen, eine iudicandi facultas

qua species nobis obiciuntur, neque aliud quicquam translate eo nomine significatur: vix erit earum facultatum una, qua verum iudicamus. *φαντασίαν* a propria vi, qua ad species pertinet, linguae usus deflexit, ut ad aliquod cognoscendi genus accedat. Ita I, 1. 402ᵇ 23. *ἀποδιδόναι κατὰ τὴν φαντασίαν περὶ τῶν συμβεβηκότων*, ubi imaginum species excluduntur. Quidquid est, negatio aut certe dubitatio, ut ne sequentia repugnent, in apodosi requiritur. Possis *οὐδὲ* (*οὐδεμία τίς ἐστι*) inferre vel interrogationem componere. Codices autem mutationi favere non videntur.

§ 7. 428ᵃ 5. Imaginatio non est sensus. Cuius rei haec fere sunt argumenta. Sensui, ut agere possit (*ἐνέργεια*), res subiectas esse oportet. Imaginatio, velut in somniis, ab omni re externa libera est. Sensus ita nobis adest, [1]) ut eo semper

nicht sein könne. Im Gegentheil wird gerade in diesem Cap. von ihr gesagt, dass sie eine Art des Denkens sei, 427ᵇ 28, dass sie sich auf Wahres und Falsches beziehe. 428ᵃ 12. 18. ᵇ 17. 25 sq. Die hier besprochene eigentliche Art der *φ.* bezeichnet also auch „aliquod cognoscendi genus." Schwierig wäre es ferner, den Nachsatz *μία τίς ἐστι κτλ.* interrogativ zu fassen und sprachlich unmöglich ist die vorgeschlagene Emendation *οὐδεμία τίς ἐστι τούτων κτλ.*, da durch *οὐδεμία* jedes *τίς* schon ausgeschlossen ist. — Richtiger dürfte folgende Erklärung sein. Unter *φάντασμα* ist hier nicht „Trugbild," sondern „Vorstellung" verstanden, und *φαντασία* in eigentlichem Sinne ist die „Vorstellungsthätigkeit", also *μία τις τούτων δύναμις καθ' ἣν κρίνομεν καὶ ἀληθεύομεν ἢ ψευδόμεθα.* cf. de motu an. 6, 700ᵇ 19. *ἡ φαντασία καὶ ἡ αἴσθησις τὴν αὐτὴν τῷ νῷ χώραν ἔχουσιν· κριτικὰ γάρ.* — *φαντασία κατὰ μεταφορὰν* aber bezeichnet nichts, wie die früher erwähnten Bedeutungen des Wortes „sinnliche Erscheinung" oder blosser „Schein", vielleicht auch die von diesen Bedeutungen ausgehenden, aber nicht bei Aristoteles nachzuweisenden „Prunk" (Theophr. fr. *π. λίθων* 60: *ἡ τέχνη ποιεῖ τὰ μὲν χρήσεως χάριν, τὰ δὲ μόνον φαντασίας.* Acta apost. 25, 23. cf. Herod. VII, 10, 5), „Spukerscheinung" (de mir. ausc. 160. 846ᵃ 37). — Freilich sind die Bedeutungen „Erscheinung", „Schein" die ursprünglichen und gerade „Vorstellungsthätigkeit" ist die spätere, aber dasselbe Verhältniss finden wir bei Aristoteles Metaph. *Δ*, 16. 1011ᵇ 28, wo er ausgehend von der ethischen Bedeutung des Wortes *τέλος*, dasselbe im Sinne von *τελευτή* für metaphorisch gebraucht ansieht. — Uebrigens bezeichnet *κατὰ μεταφορὰν* oft nichts weiter als *καθ' ὁμοιότητα.* cf. Giphanius zu eth. Nic. *Γ*, 9. 1115ᵃ 15 bei Zell das. Diese Erklärung der Stelle folgte dem Simplicius, der Folgendes sagt: „*διακρίνον αὐτὴν* (*τὴν φ.*) *ἀπὸ τῆς κατὰ μεταφορὰν ἐκ ταύτης λεγομένης, ὅτι ἐπὶ τοῦ φαινομένου τῇ φαντασίᾳ χρώμεθα καὶ ἐπὶ αἰσθήσεως καὶ ἐπὶ δόξης*". — Bz. ind. Ar. 811ᵇ 47 haec habet de nostro loco: „latiore sensu *φαντασία* et *δόξα* synonyma, huc fortasse referenda *φαντασία ἡ κατὰ μεταφορὰν λεγομένη.*"]

1) [Aliter de loco 428ᵃ 8 Freudenthal censet l. l. 12: „*εἶτα αἴσθησις μὲν ἀεὶ πάρεστι, φαντασία δ' οὔ.* Das ist ein klarer Widerspruch mit dem kurz vorher ᵃ 7 Gesagten: *φαίνεται δέ τι καὶ μηδετέρου τού-*

uti liceat (*πάρεστι* i. e. *παρ' ἡμῖν ἐστι*); imaginatio non ita penes nos est, ut quasi vocata semper respondeat. Omnibus animalibus sensus quidam ingenitus est, non omnibus tamen phantasia. Loquendi denique usus eodem modo iudicat, ut imaginatio ad incerta nec subtiliter cognita remittatur.

[428ᵃ 10. 11. Omnes scripti et impressi praeter Torstrikium habent: *δοκεῖ δ' οὔ, οἷον μύρμηκι ἢ μελίττῃ ἢ σκώληκι.* At vero mirum, quod *μύρμηξ* et *μέλιττα,* tantae artis animalia, aeque atque *σκώληξ*, bruta bestiola, imaginationis expertes dicuntur. Bene igitur Torstrikius vestigia ex Themistio et Sophonia legens, correxit: *οἷον μύρμηκι μὲν ἢ μελίττῃ, σκώληκι δ' οὔ.*]

§ 8. 428ᵃ 16. Imaginatio, quae saepius fallitur, nec mens nec cognitio (*ἐπιστήμη* demonstratione effecta) esse potest, quippe a quibus error quam longissime absit. cf. analyt. post. II, 9. 100ᵇ 6. *ἐπεὶ δὲ τῶν περὶ τὴν διάνοιαν ἕξεων αἷς ἀληθεύομεν αἱ μὲν ἀεὶ ἀληθεῖς εἰσιν· αἱ δὲ ἐπιδέχονται τὸ ψεῦδος οἷον δόξα καὶ λογισμός· ἀληθῆ δ' ἀεὶ ἐπιστήμη καὶ νοῦς.* Restat igitur, ut imaginatio opinio sit. Sed in quo opinio est, in eo etiam fides sit oportet, qua quid creditur; in quo fides, etiam ratio, qua ipsi persuadetur. Sed nec fides nec ratio cunctis, quibus imaginatio, animantibus inest.

[428ᵃ 22. *ἕπεσθαι* et *ἀκολουθεῖν*] Verbo *ἀκολουθεῖν* pariter ac verbo *ἕπεσθαι* Aristoteles denotat, praedicari aliquam notionem de altera, ita ut hac posita illa etiam ponenda sit. Bz. ad metaph. *A*, 1. 981ᵃ 27. Steinthal, Gesch. d. Sprachwissenschaft, 222.]

§ 9. 428ᵃ 24. Veteres commentarii, quae Aristoteles, ne imaginatio opinio cum sensu coniuncta haberetur, disputavit, in Platonis [1]) Philebum et Sophistem dictum esse iudicant. Id quidem constat, Aristotelem definitionem non tanquam suam et veram proponere, sed aliorum mente conceptam. Sed orationis

---

των ὑπάρχοντος, sowie mit ᵃ 15 sq., de an. II, 5. 417ᵇ 24 sq., de ins. 1. 458ᵇ 3 sq. und vor Allem mit der einfachen Erfahrung, dass wir nicht immer wahrnehmen. Auch scheint im Folgenden durch *εἰ δὲ* ein vorhergehender Grund weiter geführt, nicht aber ein ganz neuer Grund angegeben werden zu sollen. — Wollte man, wie Themistius es zu thun scheint, die Worte umstellend lesen: *εἶτα φαντασία μὲν ἀεὶ πάρεστι, αἴσθησις δ' οὔ*, so vertauschten wir einen offenen Widerspruch mit einer nichtssagenden Tautologie. — Der einzige Ausweg scheint zu sein, statt *ἀεὶ* zu lesen *πᾶσι*, sc. *τοῖς θηρίοις*. Dass zu *πᾶσι* nicht, wie unmittelbar nachher, *τοῖς θηρίοις* hinzugefügt ist, sondern ergänzt werden muss, findet sich auch de an. II, 3. 414ᵃ 29."]

1) [Theaetetum 152 C respici censet Bz. ind. Ar. 598ᵇ 42, sed dubitationis signum apposuit.]

forma plane diversam speciem praebet; adeo in indicativos abit, ut definitio exponi nec refutari videatur. Quamvis hypotheticae orationis signa requiras, omnia ita per se finita ponuntur, quasi re vera sint, non tanquam aliena cogitentur. Sed cum definitio non solum enucleetur sed simul refellatur, videndum est, ne nos hypothesis lateat. Imaginationem sensu et opinione non coniungi tum ex iis patet, quae modo dicta sunt (*διά τε ταῦτα*), quae enim et in sensum et in opinionem dicta sunt, quodammodo etiam in utriusque coniunctionem cadunt, tum quod non alius rei opinio, alius sensus statuitur, sed una eiusdem coniuncta. Imaginatio vero sensus fines transvolat. Quod exemplo apposito declaratur. *λέγω δ' ἐκ τῆς τοῦ λευκοῦ δόξης καὶ αἰσθήσεως ἡ συμπλοκὴ φαντασία ἐστίν.* Vulgata. In quo ut oratio ad conditionem, unde profecta est, reflectatur nec consilii oblita errorem, quem reiectura est, tueri videatur, legendum censemus *λέγω δ' εἰ* (loco praepositionis *ἐκ* id quod unius Vaticani codicis auctoritate confirmatum videmus) *τῆς τοῦ λευκοῦ δόξης κτλ.* Quae ex his ipsis definitio colligitur, non vera est, sed e conditionibus ficta. Quare si *ἔσται* (loco praesentis *ἐστι*) legeres, conditionis natura clarius eluceret. *τὸ οὖν φαίνεσθαι ἔσται τὸ δοξάζειν ὅπερ αἰσθάνεται μὴ κατὰ συμβεβηκός.* (*αἰσθάνεται* sc. *τις*) *μὴ κατὰ συμβεβηκὸς* quod ad exempla proposita redit, ne albi sensus cum boni opinione coniungatur.

428b 2. *μὴ κατὰ συμβεβηκὸς* grammaticae leges vel ad *δοξάζειν* vel ad *αἰσθάνεσθαι* trahere patiuntur. Illud Simplicius, hoc Philoponus fecisse videtur. Simpl. fol. 59 b. *ἀλλ' ἵνα καθ' αὑτὸ περὶ τὸ αὐτὸ ὦσιν ἀμφότεραι.* Philopon.: *καὶ καλῶς πρόσκειται τὸ μὴ κατὰ συμβεβηκός· ἵνα καθ' αὑτὸ αἰσθάνηται αὐτοῦ ἡ αἴσθησις.* Quod minus recte, quam Simplicii interpretatio. Philoponus enim exemplum, ad quod respicitur, neglegit. *μὴ κατὰ συμβεβηκὸς* ad *δοξάζειν* trahendum, nec vero ad *αἰσθάνεσθαι*; coniunctionis enim rationem spectat.

§ 10. 428b 2. Imaginatio opinio cum sensu coniuncta esse non potest. Accidit enim, ut rem aliter phantasia informemus, aliter sese habere sciamus. Ita sol, quem terra maiorem esse persuasum habemus, unius pedis magnitudine esse apparet (*φαίνεται, φαντασία;* cf. *περὶ ἐνυπν.* 1. 458b 28 sqq. ubi idem exemplum inveneris). [Imaginatio igitur et opinio cum inter se repugnent, alterutrum, nisi opinionem et imaginationem tanquam diversas seiunxeris, locum habere necesse est: Etenim aut vera opinio, re ipsa salva et integra, amissa est, — id quod factum non est (*μὴ ἐπιλαθόμενον κτλ.*), — aut eadem si retenta fuerit, et vera et falsa; tertium enim illud opinionem

falsam suasisse, re occulte mutata, huc non cadit.[1]) Haec sententia ut e Graecis evadat, verba quae sunt ἀλλὰ ψευδὴς κτλ. (428b 8) mutari oportet in οὐ γὰρ ψευδὴς κτλ. Verba 428b 8 ἀλλὰ — 9. πρᾶγμα etiam Torstrikio suspicionem movent.]

Simplicius ad h. l.: διχῶς γὰρ οὕτως ὡς καὶ ἐν κατηγορίαις λέγεται συμβαίνει τὸν πρότερον ἀληθῶς ὑπολαμβάνοντα περί τινος ψευδῶς ὕστερον δοξάσαι ἢ αὐτὸν μεταπεισθέντα ἢ ἐπιλανθανόμενον ἢ τοῦ πράγματος ἀδήλως αὐτῷ μεταπεσόντος.

§ 11. 428b 10. Imaginatio motus est a sensibus profectus et ita ut non sit ipsorum sensuum motus, sed proprius motus menti[2]) inditus. In quo quomodo hic motus fiat, ita scriptor

1) In ed. pr. Trdlbg. sententiarum nexum alium esse censebat. Legebantur enim nostro loco haec: Phantasia itaque et vera animi sententia inter se pugnant. Quod si imaginatio opinio (δόξα) est, duobus modis evenire potest. Aut veram sententiam, dum res sibi constat, quamquam neque ipsi vel verum obliti sumus vel aliud quid nobis persuasimus, quasi de arbitrio ex animo dimisimus, aut sententia nobis ipsis insciis, quod nos rem mutatam esse fugit, vera in falsam conversa est. Quoniam vero utrumque in imaginatione locum non habet (neque enim imaginando opinionem deponas neque quicquam ex re ipsa mutatur), imaginatio verae sententiae repugnans opinio esse non potest. Quae si cum Graecis contuleris, altera disiunctionis pars, interiecta alia sententia, paululum obscurata est. ἢ εἰ ἔτι ἔχει, ἀνάγκη τὴν αὐτὴν ἀληθῆ εἶναι καὶ ψευδῆ. ἀλλὰ ψευδὴς ἐγένετο. Exspectes reliquis omissis ἢ εἰ ἔτι ἔχει, ψευδὴς ἐγένετο, ὅτε λάθοι μεταπεσὸν τὸ πρᾶγμα. Ita enim iusta esset oppositio, cuius altera alteram pars excluderet. Veram opinionem si retinuisses, falsam habere non posses (i. e. phantasiam, si phantasia opinio est); altera enim alteram expelleret. Itaque etiam hoc eo tendit, ut imaginatio ab opinione segregetur.

2) [Haec Trendelenburgio postea falsa videbantur esse; adnotavit enim: „Ex Aristotelis sententia non mentis motus, sed ipsius sensus instrumenti. cf. de somniis 2. 459b 7 sqq. et supra 428a 16—18." — Cf. Freudenthal l. l. 27 (nota): „Der Grundfehler, an dem Strümpells, Trendelenburgs, Zellers und Anderer Erklärungen der aristotelischen Theorie über φαντασία leiden, ist, dass sie die durchaus physische Auffassung dieses Vorganges bei Ar. nicht vollkommen erkannt, oder die φαντασία des Ar. wohl gar mit der willkürlich waltenden, schöpferischen Einbildungskraft verwechselt haben, die wir heute Phantasie nennen. — 28. Der Hergang ist kurz folgender: Das Obiect bewegt das Sinnorgan, diese Bewegung bleibt als dauernde Affection in demselben zurück, afficirt unter günstigen Bedingungen das Centralorgan und erzeugt so die Vorstellung. Von dieser Affection des Centralorgans ausgehend erklärt Ar. die φαντασία für eine Bewegung, die von einer wirklichen Wahrnehmung ausgeht (κίνησις ὑπὸ τῆς αἰσθήσεως τῆς κατ' ἐνέργειαν γεγνομένη) und das φάντασμα für eine leidentliche Bestimmtheit (de mem. 1. 450a 10) des Gemeinsinnes durch einen sinnlichen Reiz (πάθος τῆς κοινῆς αἰσθήσεως), wie das αἴσθημα eine Affection des einzelnen Sinnes

in universum quaerere satis habet, ut ad communes omnis motus leges revocet, neque in ipsam mentis naturam descendat. Hoc autem requiritur, quoniam non est cuiuslibet rei motus, sed motus intima mente affectus. Ceterum id sibi explicandum sumit, quae et qualis veri nota imaginationi insit (§ 13), quae ratio inter sensum et hunc motum a sensu profectum intercedat, quaerere non curat. Themistius (int. Herm. Barb. p. 545) in hanc sententiam definivit: recipere sensum sensilia, quia compos sit sentiendi ea a quibus movetur, conservare, quia vim habeat imaginandi ea quae sensit. Sed imaginationem, utpote omnium maxime volubilem suaque fingentem, id praesertim agere, ut conservet et retineat, parum consentit. Philoponus ad h. l.: *ὅτι φαντασία ἐστὶ δύναμις δεκτικὴ διὰ μέσης αἰσθήσεως τῶν αἰσθητῶν εἰδῶν.* et paulo post: *καὶ ἡνίκα αναπλάττεται, πάλιν ἀρχὰς λαμβάνει ἀπὸ τῆς αἰσθήσεως.* Sed licet haud omnes imaginationis rationes hoc loco ab Aristotele expositae sint, ingeniosa tamen sunt novae definitionis quasi lineamenta.

428b 10. *ἀλλ' ἐπειδή ἐστι κινηθέντος τουδὶ κινεῖσθαι ἕτερον ὑπὸ τούτου*] Ita pendet enunciatio, ut omnia a coniunctione *ἐπειδὴ* regantur, dum verba *εἴη ἄν* et reliqua causarum antecessioni suam reddant consequentiam. Conditio generatim concepta ab universis motus legibus repetita, ad sensus adhibita. Sicut fieri potest, ut mota res altera alteram immotam moveat: ita sensus ab obiectis rebus moti novi motus causa esse possunt. Conditio, sicut apud Aristotelem pronomine adhibito solet, ita universe dicta est, ut cavendum sit, ne *τουδὶ* interpreteris *τοῦ αἰσθητηρίου*. Motus a sensu profectus sensui similis est; et ad idem pertinet, quo sensus, neque in iis animantibus esse potest, quae sensu carent.

---

durch ein äusseres Object ist. — 29. Das Nähere über diesen Vorgang aber, die Möglichkeit eines gesonderten Bestehens der Affectionen bei der ungeheuern Fülle der Eindrücke und der gegenseitig sich drängenden und hemmenden Bewegungen, die Vorgänge bei der Hemmung und Lösung der Affectionen, die Fortleitung derselben innerhalb der einzelnen Sinnesorgane und von diesen zum Herzen, von allem aber die Art, wie sie den letzten Schritt aus dem somatischen Stoffe in das Reich des Bewusstseins machen, das ist aus den Bildern und Gleichnissen, in welche Aristoteles diese Vorgänge hüllt, nicht heraus zu schälen und auch hier ist im Systeme des Aristoteles einer der Punkte, bei denen Aristoteles selbst zu voller Klarheit und Bestimmtheit der Anschauung nicht gekommen ist. Die Stoa nimmt jene Fragen auf, ohne sie vollkommen lösen zu können; die Skepsis benutzt sie als scharfe Waffen gegen die Lehrgebäude der Dogmatiker, und sie sind Probleme der Psychologie bis auf unsere Tage geblieben."]

§ 12. 13. 428b 17. Quid veri imaginationi insit, Aristoteles quaerit. In quo ad sensuum veritatem, qualem constituerat, redit. Tria sentiendi genera ita se habent, ut unum errorem excludat, i. e. si sensus ea iudicat, quae sibi propria subiecta sunt, alterum vero, quod in iis, quibus singula quaeque accidant, versatur, et tertium, quod, quae omnibus communia sunt, comprehendit, errorem non solum admittant, sed saepius foveant. Quoniam *φαντασία*, originem vocis *φαίνεσθαι* secuta, eam duplicem vim habet, ut non solum absentium, sed etiam praesentium rerum imaginem complectatur: in una re phantasia vera esse debet, si quidem modus est a sensu in propriis versante profectus neque res, quae perceptae sunt, evanuerunt, in ceteris et vera et falsa esse potest. Haec ex iis, quae praeposita sunt, facile consequuntur. Sed sunt nonnulla in verbis magis quam in re posita, quae dubia relinquuntur. Primum *δεύτερον δὲ τοῦ συμβεβηκέναι ταῦτα.* Quorum loco legebatur *δεύτερον δὲ τοῦ ᾧ συμβέβηκε καὶ ταῦτα.* Cum non sit, quo *καὶ* referatur — nihil enim est, quod addatur — verum esse censeo quod legitur *συμβεβηκέναι.* Sed ad quid aliquid referatur, cui accidat, id tam grave est, ut *ᾧ* tenendum esse videretur. *τοῦ ᾧ συμβεβηκέναι ταῦτα*, si qua codicum eo ferrent vestigia.

τῆς ἀπὸ τούτων τῶν τριῶν αἰσθήσεων. ἀπὸ suspectum. Io. Philoponus Q. fol. 1 a. *ἀναγνωστέον τὸν λόγον ἐν ὑπερβατῷ· ἡ κίνησίς φησιν ἡ γενομένη ὑπὸ τῆς κατ' ἐνεργείας αἰσθήσεως τουτέστιν ἡ φαντασία, ἥτις ἀπὸ τούτων τῶν εἰρημένων τριῶν αἰσθήσεων διεγείρεται — — αὕτη διοίσει τῶν αἰσθήσεων πασῶν ἀφ' ὧν γέγονεν.*

428b 30. *εἰ οὖν μηθὲν μὲν ἄλλο ἔχει τὰ εἰρημένα ἢ μὴ φαντασίαν, τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ λεχθέν, ἡ φαντασία ἂν εἴη κίνησις κτλ.*] Miror protasin, ad inanem verborum speciem factam. Quid enim continet? Nec multum proficitur, si e codicum autoritate *ἢ φαντασία* scripseris, ut *τὰ εἰρημένα* sit accusativus.

429a 2. *γιγνομένη*] Philoponus Q. fol. 1 a. *εἰ οὖν μηδὲν ἄλλο ἔχει τὰ εἰρημένα τουτέστι πλὴν φαντασίας, ἡ δὲ φαντασία ἐστὶν ἡ ἔχουσα λεχθέντα ἅτινα καὶ τὴν οὐσίαν αὐτῆς συμπληροῦσι, λέγω δὲ τὸν ὁρισμὸν δηλονότι, φαντασία ἐστὶ κίνησις ὑπὸ τῆς κατ' ἐνέργειαν αἰσθήσεως γινομένη.* Themistius fol. 87 b.: *λείπεταί ταύτην εἶναι ἣν ἡμεῖς φαμεν κίνησιν τῆς ψυχῆς, ὑπὸ τῆς αἰσθήσεως τῆς κατ' ἐνέργειαν γινομένην.* cf. de somn. 1. 459a 17. *ἔστι δὲ φαντασία ἡ ὑπὸ τῆς κατ' ἐνέργειαν αἰσθήσεως γινομένη κίνησις.* Uterque igitur *γινομένη* legisse videtur, idque res ipsa verum esse persuadet.

Exsistit imaginatio a sensu, qui iam exstitit, ut, si ad *αἴσθησιν* referre velles, praeteritum *γενομένης* postularetur. Est igitur imaginatio motus isque non primus, qualis a rebus sensibus suscitatur, sed ab ipsis sensibus profectus menti inditus in eaque manens (*διὰ τὸ ἐμμένειν* 429ᵃ 4). [cf. tamen n. ad § 11.]

§ 14. 429ᵃ 2. *φαντασία*, etiamsi non ab ipsa voce *φάος* ducta, tamen ex eadem, atque *φάος*, stirpe natum est, ex qua verbum *φαίνω* ad *φαντασίαν* propius accedit. eth. Nic. III, 5. 1114ᵃ 31. *εἰ δέ τις λέγοι ὅτι πάντες ἐφίενται τοῦ φαινομένου ἀγαθοῦ, τῆς δὲ φαντασίας οὐ κύριοι, ἀλλ' ὁποῖός ποθ' ἕκαστός ἐστι, τοιοῦτο καὶ τὸ τέλος φαίνεται αὐτῷ.* Sed, quidquid est, nihil de Aristoteliae observationis veritate derogatur. Nomen, quamquam res sensus comprehendit omnes, ab uno tractum est et quidem ab eo, quo omnium maxime res externae percipiuntur.

§ 15. 429ᵃ 4. Cur imaginatio, sive in brutis sive in homine, si qua re mens obscuratur, rationis vicem teneat, ut ab ipsa agendi principium repetant, ex eo loco, quem ei Aristoteles inter sensum et rationem assignavit, facile intellegitur.

Cap. 4 — 6. *Νοῦς*.

Cap. 4. Mentis ratio primum (§ 2 — 6) e sensus similitudine, deinde § 7. 8 ex intima cogitandi natura explicatur. Unde quae difficultates nascuntur (§ 9 — 11), eae et indicantur et componuntur.

§ 1. 429ᵃ 10. *τὸ μόριον, ᾧ γινώσκει τε ἡ ψυχὴ καὶ φρονεῖ*] qua parte animus et cognoscit et sapit i. e. et res scientia comprehendit et agendi consilia capit. Animi partem minus ad disserendi subtilitatem, quam ad vulgarem sermonis usum dictam esse, vix est, quod moneatur (cf. I, 1. § 6). 11. *εἴτε χωριστοῦ ὄντος* i. e. re ipsa et natura *εἴτε καὶ μὴ χωριστοῦ κατὰ μέγεθος ἀλλὰ κατὰ λόγον* i. e. ratione et cogitatione, qua vel ea, quae dividi non possunt, discernuntur, et, quae coaluerunt, a coniunctione sua avocantur.

§ 2. 429ᵃ 13. Cogitare si quam habet sentiendi similitudinem — id quod negari non potest (*εἰ δή*) — aut in patiendo aut simili aliquo positum erit. Qua conditione sequens nititur disputatio.

[429ᵃ 15. *ἤ τι τοιοῦτον ἕτερον*] inest enim aliquid in patiendi verbo, quod rem non plane exaequet.]

§ 3. 429ᵃ 15. Mens aeque ut sensus *δύναμις* erit rerum suscipiendarum compos. Quod ex sensus similitudine promitur.

429ᵃ 15. *ἀπαθὲς ἄρα δεῖ εἶναι*] Mirum est, orationem, dum quomodo mens patiatur exspectas, subito ad *ἀπάθειαν* deferri, idque ita, ut, ipsa quidem coniunctione (*ἄρα*) indice, ex antecedentibus, quae de patiendo agunt, collecta esse videatur. Etenim quid hoc est, cogitare vel pati esse vel tale quid; esse igitur patiendi ignarum. Quae, si quicquam, inter se repugnant. Senserunt interpretes. Adhibuerunt igitur, ut difficultatem tollerent, artificia. Themistius p. 547. (Herm. Barb.) mentem a certa quaque et praecipua specie liberam vindicat, ut animo supplere *ἑτέρων* libeat. Quod levi mutatione textui inserere posses, *ἤ τι τοιοῦτον. ἑτέρων ἀπαθὲς ἄρα δεῖ εἶναι*, nisi vulgaris verborum ordo respueret. Simplicius fol. 63 a. *ἐπειδὴ πάσχειν ἔφη τὸ δέχεσθαι καὶ ἑτέρωθεν ἔχειν τὰ γνωστά, εἰκότως ἀπαθὲς λέγει τὸ δεκτικὸν μέν, μήπω δὲ ἔχον. ὁρᾷ γὰρ τὴν προελθοῦσαν καὶ ἀφισταμένην ἑαυτῆς καὶ ταύτην ἔτι ἀτελῆ λογικὴν ἡμῶν ζωήν.* Simplicius, ut intellegeret, alienam sententiam, quae Platonicas sui temporis scholas redolet, intulisse videtur, quasi mens a semet ipsa descisceret. Quidquid est, si ita res se haberet, additum requireres *δι' αὑτό*. Philoponus etiam longius a re ipsa discedit. Haec enim adicit ad verba illa *τοιοῦτόν τι ἕτερον. ἐπειδὴ γὰρ ἐδόκει φορτικὸν εἶναι τὸ λέγειν πάσχειν τὴν λογικὴν ψυχήν, διὰ τοῦτο εἶπεν ἤ τι τοιοῦτον ἕτερον· τοῦτ' ἔστι τελειωτικὸν πάθος καὶ οὐ φθαρτικόν. εἶτα ὡς ἐπικρίνων τῷ λόγῳ ἐπάγει· ἀπαθὲς ἄρα δεῖ εἶναι. τίνος δὲ ἕνεκεν πρόσκειται τὸ ἄρα; οὐχ ὅτι φησὶ δεκτική ἐστι τῶν εἰδῶν ἡ λογικὴ ψυχή, διὰ τοῦτο συναγεται ὅτι ἀπαθής. οὐ γὰρ ἕπεται τοῦτο. ἀλλ' ἐπειδὴ εἶπεν· ἤ τι τοιοῦτον πάσχει τελειωτικὸν πάθος, διὰ τοῦτο συνῆξεν ὅτι ὅσον οὖν ἐπὶ τοῦτο ἀπαθές ἐστι.* et praeterea: *ἀλλ' ἐπειδὴ τὸ πάσχειν φθαρτὴν ἐδείκνυε τὴν λογικὴν ψυχήν, διὰ τοῦτό φησιν ὅτι πάθος πάσχουσι τελειωτικὸν οὐ φθαρτικόν.* Quibus *ἀπαθείας* vis a propria significatione ad interitum, de quo non agitur, deflectitur, in eo quidem verius, quod praeter Simplicii sententiam, si quid mens patitur, hoc ipsum ad eius perfectionem spectare existimat. Sed quae Philoponus disserit, ea ne verbo quidem apud Aristotelem significata reperias, ut ex iis vel *ἀπαθείας* vel conclusivae coniunctionis vim repetere vanum sit. Ita quidem ab interpretibus circumactus ad locum ipsum redibis, an in ipso vestigia, quae ad verum ferant, rimeris. Disputatio, id quod indubium ponimus, a sensuum similitudine ducitur. An forte et sensibus *ἀπάθεια* quaedam tribuitur? Legimus certe paulo infra: *ὅτι δ' οὐχ ὁμοία ἡ ἀπάθεια τοῦ αἰσθητικοῦ καὶ τοῦ νοητικοῦ*

φανερόν κτλ. Quibuscum si libri II. cap. 5. contuleris et extrema maxime verba (πάσχει μὲν οὖν οὐχ ὅμοιον ὄν· πεπονθὸς δὲ ὡμοίωται καὶ ἔστιν οἷον ἐκεῖνο): possis sane, etiamsi ἀπαθείας nomen in sensu non invenias, eius speciem quandam animo fingere. Est enim δύναμις, quae, priusquam in actum convertitur, suam habet naturam et eam quidem aliena repellentem, ad cognata suscipienda comparatam. Eadem hoc loco ἀπάθεια ad mentem transfertur nec diversa est, quam ex Anaxagora affert (παρεμφαινόμενον γὰρ κωλύει τὸ ἀλλότριον καὶ ἀντιφράττει); mens postea demum supra sensus evehitur (§ 5). Nihil igitur, quod aliunde quaeras; nihil, quod, sensuum comparatione relicta, ex abscondita et quasi abstrusa mentis natura depromas. Quamvis verba inter se repugnare videantur, tamen, si universam sensus neque unam patiendi rationem tenueris, cogitationis vinculum reperies. Quod tria deinceps cola a coniunctione ἄρα initium faciunt, id Aristoteli largiendum est, qui magis intellegendi, quam dicendi auctor est, ut in re et cogitationum nexu detentus orationem neglegat comendam.

429ᵃ 15. *δεκτικὸν δὲ τοῦ εἴδους καὶ δυνάμει τοιοῦτον ἀλλὰ μὴ τοῦτο*] i. e. mens ita comparata esse debet, ut suscipere possit h. e. ut nihil sit certi et ipso numero et specie definiti, sed in infinita generis natura, ex qua singula quaeque eaque definita nasci possint, acquiescat, ut mens generi, nec vero singulis speciebus affinis esse dicatur. Ita e Bekkeri interpunctione τοιοῦτον et τοῦτο optime sibi respondent, idque omnino ad Aristotelis morem, qui pressam pronominum vim in philosophicum usum convertere solet. Confirmat hanc coniungendi rationem Philoponus: ἀλλὰ μὴ τοῦτο ἀντὶ τοῦ ἀλλὰ μὴ εἶδος. κακῶς δὲ ἐξέλαβεν τὸ ἀλλὰ μὴ τοῦτο· δεῖ γὰρ τὸ ἀλλὰ μὴ τοῦτο νοῆσαι, ἀλλὰ μὴ ἐνεργείᾳ τοῦτο ὅπερ νοεῖ. Similiter quidem, sed obscurius Simplicius.

429ᵃ 18. *ἀνάγκη ἄρα, ἐπεὶ πάντα νοεῖ, ἀμιγῆ εἶναι, ὥσπερ φησὶν Ἀναξαγόρας, ἵνα κρατῇ·*] cf. ad hunc locum Anaxagorae Clazomenii fragmenta illustrata ab Eduardo Schaubach Lps. 1827. fragm. 8. p. 100. Anaxagorae Clazomenii et Diogenis Apolloniatae fragmenta disposita et illustrata a Wilhelmo Schorn, Bonn. frgm. 6, qui Anaxagorae locum e Simplicio in Arist. fol. 33 b, 35 a, 35 b, 37 b, 38 a, 67 a petivere. Unde fragmenti initium, quod ad Aristotelis locum pertinet, transferendum putamus: *Τὰ μὲν ἄλλα παντὸς μοῖραν*

---

1) [Hoc quidem ex sola sensus similitudine ductum est. cf. II, 12. 424ᵃ 18. Trdlbg.]

μετέχει, νόος δέ ἐστι ἄπειρον καὶ αὐτοκρατὲς καὶ μέμικται οὐδενὶ χρήματι, ἀλλὰ μόνος αὐτὸς ἐφ' ἑωυτοῦ ἐστιν. Εἰ μὴ γὰρ ἐφ' ἑωυτοῦ ἦν, ἀλλά τεῳ ἐμέμικτο ἄλλῳ, μετεῖχεν ἂν ἁπάντων χρημάτων, εἰ ἐμέμικτό τεῳ· ἐν παντὶ γὰρ παντὸς μοῖρα ἔνεστιν, ὥσπερ ἐν τοῖσι πρόσθεν μοι λέλεκται. καὶ ἀνεκώλυεν αὐτὸν τὰ συμμεμιγμένα, ὥστε μηδενὸς χρήματος κρατεῖν ὁμοίως, ὡς καὶ μόνον ἐόντα ἐφ' ἑωϋτοῦ. Ἔστι γὰρ λεπτότατόν τε πάντων χρημάτων καὶ καθαρώτατον καὶ γνώμην γε περὶ παντὸς πᾶσαν ἴσχει καὶ ἰσχύει μέγιστον. Ὅσα γε ψυχὴν ἔχει καὶ μείζω καὶ ἐλάττω, πάντων νοῦς κρατεῖ. cf. Platonis Cratylum p. 413 C, ubi Anaxagorae *νοῦς αὐτοκράτωρ* dicitur *καὶ οὐδενὶ μεμιγμένος*. Quam vocem Aristoteles adhibet, *νοῦν ἀπαθῆ* nominans (de an. I. 2. phys. VIII. 5), ea in hoc fragmento, esti non expressa, tamen significata est. Proxime enim ad eam vim accedit *αὐτοκρατές* et *τὸ ἐφ' ἑαυτοῦ ὄν*, aliena prorsus potestate exemptum. cf. Schaub. p. 102. Locum Anaxagorae comparanti verba Aristotelis *ἐπεὶ πάντα νοεῖ* ab ipso Anaxagora aliena esse dubium non erit. Anaxagoras haec omnia adeo universe posuit, ut ea Aristoteles hoc demum loco in artum intellegendi orbem coegisse et in suam rem convertisse videatur. Itaque Aristotelia est ratio: *ἐπεὶ πάντα νοεῖ*. Anaxagoras *νοῦν*, quem suum esse dicas, *ἀμιγῆ* pronuntians id egisse videtur, ut vim adderet propriam, quae a nulla externa re penderet, ut mera hac natura materiae dominum agere posset. Quo pertinent verba illa *ἵνα κρατῇ*, si Aristotelis interpretationem detraxeris, et illa *παρεμφαινόμενον γὰρ κωλύει τὸ ἀλλότριον καὶ ἀντιφράττει*. Aristoteles, cum cognoscendi naturam propositam haberet, quae universa quadam imagine significata latius patuisse videntur, ad solam cognitionem traxit. Quare in illa mera nec mixta mentis natura (*ἀμιγῆ*) minus vim deprehendit illibatam, quam facultatem nulla re praeoccupatam, ut omnibus aeque rebus intellegendis sufficeret (*ἐπεὶ πάντα νοεῖ*). Quod mens ab Anaxagora aliena i. e. a sua natura abhorrentia arcere dicitur, id in eandem sententiam flectit, ut nihil alieni in se patiatur, nisi perfectam facultatem, qua omnibus aeque rebus cogitandis pateat. Si hoc loco Aristotelem, quae apud Anaxagoram latius patebant, ad unam cognitionem redegisse, collato physicorum VIII, 5. loco apparet, ubi longe alio sententiarum nexu Anaxagorae dictum insertum est. Aristoteles enim ab immoto suo, in quo movendi principium est, profectus ita pergit 256ᵇ 25. *διὸ καὶ Ἀναξαγόρας ὀρθῶς λέγει τὸν νοῦν ἀπαθῆ φάσκων καὶ ἀμιγῆ εἶναι — ἐπειδήπερ κινήσεως ἀρχὴν ποιεῖ αὐτὸν εἶναι· οὕτω γὰρ*

μόνως ἂν κινοίη ἀκίνητος ὢν καὶ κρατοίη ἀμιγὴς ὤν. (cf. I. 2. 405ᵇ 20). Ad verba, quae haud dubie Anaxagorae sunt, illustranda observandus est vocis ἀντιφράττειν usus. Adhibetur enim in una maxime re, si quod corpus caeleste inter lumen et id, quod collustratur, ita interponitur, ut lumen intercipiatur. Sic ἀντίφραξις terrae in lunae defectu analyt. post. II. 2. 90ᵃ 15. τί ἐστιν ἔκλειψις; στέρησις φωτὸς ἀπὸ σελήνης ὑπὸ γῆς ἀντιφράξεως. de caelo II. 13. 293ᵇ 23. διὸ καὶ τὰς τῆς σελήνης ἐκλείψεις πλείους ἢ τὰς τοῦ ἡλίου γίγνεσθαί φασι· τῶν γὰρ φερομένων ἕκαστον ἀντιφράττειν αὐτήν, ἀλλ' οὐ μόνην τὴν γῆν. meteor. II. 8. 367ᵇ 20. καὶ περὶ τὰς ἐκλείψεις ἐνίοτε τῆς σελήνης συμβαίνει γίγνεσθαι σεισμόν. ὅταν γὰρ ἤδη πλησίον ᾖ ἡ ἀντίφραξις κτλ. meteor. I. 8. 345ᵃ 29. ubi ἀντιφράττειν tanquam ipsum Anaxagorae in via lactea explicanda verbum commemoratur: ὅσοις δ' ἀντιφράττει ἡ γῆ ὥστε μὴ ὁρᾶσθαι ὑπὸ τοῦ ἡλίου τὸ τοιούτων οἰκεῖον φῶς φασιν εἶναι τὸ γάλα (i. e. οἱ περὶ Ἀναξαγόραν καὶ Δημόκριτον). cf. Stob. ecl. phys. I. 27. 1. T. II. 560. Heeren. (Schaubach frgm. p. 168), qui locus Anaxagoram lunae defectum ex umbra terrae officienti duxisse testatur (τὰς δ' ἐκλείψεις εἰς τὸ σκίασμα τῆς γῆς ἐμπίπτουσαν, μεταξὺ μὲν ἀμφοτέρων τῶν ἀστέρων γενομένης, μᾶλλον δὲ τῇ σελήνῃ ἀντιφραττομένης). A lumine igitur, quod intercipitur, orationem ductam esse iudices; quo et vox παρεμφαίνεται pertinere videtur, etsi ea vulgo, imagine detracta, sicut φαίνεται, de eo, quod quid praeter aliud esse apparet, usurpatur phys. IV. 14. 224ᵃ 1. οὐδὲν ἄλλο παρεμφαίνεται τὸ μετρούμενον ἀλλ' ἢ πλείω μέτρα τὸ ὅλον (cf. Budaeus comm. gr. ling. ed. 1557. p. 729, Bz. ind. Ar. 568ᵇ 26). Quo igitur sensu haec omnia ab Anaxagora ad mentem translata sunt? [Pacius ad hunc locum: quia si quid esset in intellectu, obstrueret et impediret, quominus alia reciperentur. Recte; neque enim lux, [1]) cuius νοῦς similis, sed corpus alienum obstruit luci, quod quidem eo ducit, ut ἀλλότριον nominativum putes, evanescat propria τοῦ ἐμφαίνεσθαι vis.]

429ᵃ 22. ὁ ἄρα καλούμενος τῆς ψυχῆς νοῦς (λέγω δὲ νοῦν ᾧ διανοεῖται καὶ ὑπολαμβάνει ἡ ψυχή) οὐθέν ἐστιν ἐνεργείᾳ πρὶν νοεῖν.] Quid differt διανοεῖσθαι et ὑπολαμβάνειν? Cur has voces ad mentem definiendam advo-

---

1) [In ed. pr. haec legebantur: Mens adeo suam vim habet et quasi sua luce utitur, ut quidquid alieni intrare conatur, repellat, nec vero ambigua luce extrinsecus accidente reprimi patiatur.]

cavit? ὑπολαμβάνειν, si eius usum contuleris, eo pertinet, ut, quid res re vera sit, statuatur; διανοεῖν, ut, quid possit esse quidve oporteat, perpendatur. Διανοεῖν mera mentis ad verum inveniendum actio, ὑπολαμβάνειν veri inventi decretum. Illud antecedere debet, ut hoc consequi possit. Si διάνοια vagatur, ὑπόληψις defigit; διανοεῖν mentis operatio, quae in ὑπόληψιν desinit de rebus, quales apparent, certi quid definientem. Ita ὑπολαμβάνειν ab ipsa cogitandi actione remotum aliquid ex rei veritate sibi assumere Aristotelis usus probat. Ita in ipso libri limine (I. 1. 402ᵃ 1) τῶν καλῶν καὶ τιμίων τὴν εἴδησιν ὑπολαμβάνοντες i. e. inter pulchra et honesta cognitionem numerantes, statuentes. metaph. *B*, 3. 998ᵃ 22. πότερον δεῖ τὰ γένη στοιχεῖα καὶ ἀρχὰς ὑπολαμβάνειν i. e. statuere, accipere. *Θ*, 10. 1052ᵃ 5. *K*, 6. 1063ᵃ 5. *Λ*, 7. 1072ᵇ 31. *M*, 7. 1082ᵇ 8. [Bz. ind. Ar. 799ᵇ 26 „sumere ac statuere aliquid pro vero."] Ita cum ὑπολαμβάνειν ad verum spectet, quale vel statuitur vel creditur, recte ὑπολήψεως genera ἐπιστήμη, δόξα, φρόνησις (III, 3. 427ᵇ 25). Quare mens si rationes et perpendit et diiudicat, ut certi quid statuatur, recte διανοεῖσθαι et ὑπολαμβάνειν dicitur.

§ 4. 429ᵃ 24. Mens, si res cogitat, rerum quasi species induit; sed ut omnibus aeque par sit cogitandis, nulli per se cognata, antequam cogitavit, mera est facultas. Itaque nec corpori mixta est, qua re vel ab incorrupta animi facultate ad certam corporis qualitatem revocaretur, [vel etiam ipsi instrumentum quoddam esset corporeum, sicut eiusmodi aliquid est sentiendi facultati. At vero nullum est ei instrumentum. Ita νοῦς et αἰσθητικόν inter se respondent, subiectum est ὄργανον [1]). Hoc significat Simplicius: οὐδέν ἐστιν αὐτῷ ὄργανον, ὥστε παντελῶς εἶναι χωριστὸν σωμάτων. Themistius et Simplicus σῶμα subiectum faciunt. Them. p. 548. „Ceterum neque utitur corpore, ut instrumento, quemadmodum sensus utuntur."]

429ᵃ 27. νῦν δὲ] cf. ad II, 1. 412ᵇ 15.

ibid. καὶ εὖ δὴ οἱ λέγοντες κτλ.] Platonicam sententiam (hanc enim tangit) Aristoteles ita coercet et inflectit, ut animum idearum i. e. ex Aristotelis sententia (cf. analyt. post.

---

1) [Aliter ed. pr. Legebantur enim haec „vel sensibus, qui ipsi inserviunt, tanquam instrumentum subiectum esse videretur. Ita νοῦς, ut verba iubent, subiectum; ὄργανον praedicatum statueris: est enim perversus naturae ordo, si νοῦς corpori mixtus aliis rebus, velut sensibus, instrumento fuerit." Huic explicationi favet lectio codicis y: νῦν δ' οὐδενί.]

I, 11. 77ᵃ 5) notionum generalium sedem esse concedat, nec tamen omnem et universum animum, sed solam mentem, ut menti notionum tribuat facultatem, nec tamen insitam ipsam possessionem; mentem idearum concipiendarum esse capacem nec tamen innatarum per se dominam; adesse idearum conditiones, modo, ut ipsae sint, agat cogitatio.

§ 5. 429ᵃ 29. Sensus et mentis *ἀπάθεια* inter se confertur. Insita sensus vis, si quae maior res percepta fuerit, extenuatur, mentis contra augetur. Iam hoc eo pertinere significatur, ut mens corpore non impedita ab ipso separari possit (cf. II. 1. 413ᵃ 4 sqq.

§ 6. 429ᵇ 5. Disputatio ad *ἐντελεχείας* rationem redit. (cf. ad II. 1). Mens ad cogitandum et intellegendum sibi ipsi sufficit, ut per se agere possit. Quod ita comparatum est, id *πρώτη ἐντελέχεια.* Sicut anima vivendi, ita mens per se ipsa cogitandi compos. Qui discit, is *ἐπιστήμων δυνάμει;* qui didicit, ut scientiam teneat, *ἐπιστήμων κατ' ἐνέργειαν.* Hic ita quidem instructus, ut quolibet temporis puncto scientia, quam habet, re vera uti possit. Qui re vera scientiam tenet, is, quatenus singula quaeque, quibus scientia continetur, vocanti parent, unum vero omnium singulis temporis momentis summa *ἐνεργείας* vi cogitatur, non ab omni *δυνάμεως* ratione immunis est. Quatenus nondum utitur sed solummodo ad utendum in promptu habet, *δύναμις* est ad hunc utendi finem relata (*ἔστι μὲν ὁμοίως καὶ τότε δυνάμει πως.*); sed non talis *δύναμις*, qualis antea, cum scientiae omnino rudis esset.

429ᵇ 9. *καὶ αὐτὸς δὲ αὐτὸν τότε δύναται νοεῖν*] cf. III, 6. 430ᵇ 25.

§ 7. 8. 429ᵇ 10. Sensus externas res percipiunt; mens naturam excogitat, qualis a materia avocata notione et lege contenta res ipsas constituit; sensus notionem, ut ita dicam, materia concretam et implicatam, mens res ab iis, quae ex ipsa extrinsecus materia ad veram earum naturam accedunt, liberas. Quod discrimen suis Aristoteles formulis expressit. Ad quas accuratius cognoscendas disputationem laudare licet museo Rhenano insertam (1828. fasc. 4) [1]). In qua hunc locum subtiliori, si sperare licet, formae reddidimus. Quae rem, quam agimus, propius spectant, repetenda videntur.

---

1) Das *τὸ ἑνὶ εἶναι, τὸ ἀγαθῷ εἶναι* etc. und das *τὸ τί ἦν εἶναι* bei Aristoteles. Ein Beitrag zur aristotelischen Begriffsbestimmung und zur griechischen Syntax. Rheinisches Museum 1828, p. 457 sqq.

Quid inter formas τὸ μέγεθος et τὸ μεγέθει εἶναι intersit, tanquam notum ponitur. Idem saepius redit discrimen; utrique formae sua vis et potestas constat. Quamquam quid differant expressis verbis nusquam commemoratum invenias, tamen ex usu facile colligas, τὸ μεγέθει εἶναι universam esse notionem, qua res constituitur, a materia avocatam, universa cogitatione conceptam, τὸ μέγεθος vero ad singula quaeque pertinere, quae sub sensus cadant. Quod facile perspicias e metaph. Z. 15. 1039b 24. τοῦ δὲ λόγου οὐκ ἔστιν οὕτως ὥστε φθείρεσθαι· οὐδὲ γὰρ γένεσις (οὐ γὰρ γίγνεται τὸ οἰκίᾳ εἶναι ἀλλὰ τὸ τῇδε τῇ οἰκίᾳ), ἀλλ' ἄνευ γενέσεως καὶ φθορᾶς εἰσὶ καὶ οὐκ εἰσίν· δέδεικται γὰρ ὅτι οὐθεὶς ταῦτα γεννᾷ οὐδὲ ποιεῖ. Quo loco τὸ οἰκίᾳ εἶναι rationis et notionis exemplo sumitur, τῇδε τῇ οἰκίᾳ i. e. domo certae et definitae, singulis quibusque aedificiis oppositum. Id nec fieri nec interire dicitur, ut a sensibus exclusum ad mentem remittatur. analyt. post. II. 4. 91b 5. καὶ γὰρ τὸ ζῴῳ εἶναι κατηγορεῖται κατὰ τοῦ ἀνθρώπῳ εἶναι· ἀληθὲς γὰρ πᾶν τὸ ἀνθρώπῳ εἶναι ζῴῳ εἶναι, ὥσπερ καὶ πάντα ἄνθρωπον ζῷον, ἀλλ' οὐχ οὕτως ὥστε ἓν εἶναι. Quibus cum res (ἄνθρωπος, ζῷον) congruere dicuntur, tum notiones a rebus ipsis abductae. Eandem discriminis legem summa subtilitate innumeri loci tuentur. [Cf. Bz. ind. Ar. 221a 34, stud. Ar. IV. 377, Trdlbg. Geschichte der Kateg. 39.]

Ita si hae formae (τὸ μέγεθος et τὸ μεγέθει εἶναι) diversae tenentur, quid est, cur eae interdum non differre significentur? Quando hoc eveniat, huius generis exempla, quae apud Aristotelem inveniuntur, luculenter docent. Citavimus imprimis phys. III, 5. 204a 23. τὸ γὰρ ἀπείρῳ εἶναι καὶ ἄπειρον τὸ αὐτό, εἴπερ οὐσία τὸ ἄπειρον καὶ μὴ καθ' ὑποκειμένου. Utraque forma (τὸ ἀπείρῳ εἶναι et ἄπειρον) propterea idem valere iudicatur, quod infinitum non ὑποκείμενον habet, quo referatur. Quoniam infinitum neque in rem abit nec spatio includitur, quoniam infinitum, si rem dixeris, res est, quae sola notione continetur: infinito eam formam, quae nudae notioni indicandae procusa est, nihil novi addere facile intellegas. Simili ratione metaph. Z, 11. 1037b 1. καὶ ὅτι τὸ τί ἦν εἶναι καὶ ἕκαστον ἐπὶ τινῶν μὲν ταὐτόν, ὥσπερ ἐπὶ τῶν πρώτων οὐσιῶν, οἷον καμπυλότης καὶ καμπυλότητι εἶναι εἰ πρώτη ἐστί. Πρώτας οὐσίας, de quibus, ne e categoriis difficultates excites, metaphysica conferas (Δ, 8. 1017b 10 sqq.), hoc quidem loco mittamus. Sed fieri non potuisset, ut concretae rei et notionis abstractae formae (καμπύλον et τὸ καμπύλῳ εἶναι)

unae et eaedem ponerentur. Cum autem καμπυλότης abstractum significet, τὸ καμπυλότητι εἶναι idem potest. Plane eodem modo Z, 10. 1036a 1. τὸ κύκλῳ εἶναι et κύκλος inter se exaequantur, sed caute factum est, ut circulus sive mathematicus sive materia expressus ab hac cogitata circuli imagine segregetur. Quod tam accurate observatum est, ut articulus, ne certus circulus indicaretur, praetermitteretur. phys. I, 2. 185b 21. ταὐτὸν γὰρ ἔσται (idem esset) καὶ ἀγαθῷ καὶ κακῷ καὶ μὴ ἀγαθῷ εἶναι καὶ κακῷ; et eodem loco 24. ἀλλὰ περὶ τοῦ μηδὲν καὶ τὸ τοιῳδὶ εἶναι καὶ τὸ τοσῳδὶ ταὐτόν. Si de nihilo agitur, et quantum et quale negatur; utriusque itaque notio in unum idemque evanescit; notionem dico, non ipsam rem, quae in nihilo plane est nulla. Adeo apud Aristotelem utriusque formae usus sibi constat.

Ex his igitur exemplis quid de sublato formarum discrimine colligas? — Hae formae tum demum idem pollent, ubi res ita in notionem abit, ut mente quidem concepta, nusquam vero in rerum natura reperiatur; id quod in nihilo, ut vidimus, et infinito locum habet. Deinde formarum discrimen nullius momenti est, ubi abstracta rei notio ipso iam substantivo significata est, velut καμπυλότης et τὸ καμπυλότητι εἶναι.

Sed utrumque in locum, de quo agitur, non cadit, si quidem vulgata eius lectio recte se habet ἐπ' ἐνίων γὰρ ταυτόν ἐστι τὸ σαρκὶ εἶναι καὶ σάρκα. Caro, quatenus res est et sensibus subiecta et materia temperata, adeo a carnis ratione et notione, qua intima eius natura mente comprehenditur, distat, ut altera in alteram nunquam cedere possit. Quae segregandi necessitas ipso loco indicata est. ἡ γὰρ σὰρξ οὐκ ἄνευ τῆς ὕλης, ἀλλ' ὥσπερ τὸ σιμὸν τόδε ἐν τῷδε. Est enim τὸ σιμὸν usitatum apud Aristotelem exemplum, quod ad κοῖλον eadem ratione refertur, qua notio materiae quasi ingenita i. e. res materiae concreta ad notionem a materia avocatam. Instituta igitur comparatio eo ducit, ut τὸ σαρκὶ εἶναι, quippe plane eodem modo differens, τόδε ἐν τῷδε esse possit nunquam. Accedit, quod verborum coniunctio admodum implicata est. Verbum κρίνει non habet, quod iudicetur. Σὰρξ et τὸ σαρκὶ εἶναι, quamquam quasi in transcursu interiectum, sequentibus ita tractatur, quasi summa, in qua omnia, antecedentium esset notio, ut, quae vulgo est scriptura, σὰρξ vi quadam transponenda esset. Quare difficultatibus, interpunctione mutata, mederi studuimus: ἐπ' ἐνίων γὰρ ταὐτόν ἐστι· τὸ σαρκὶ εἶναι καὶ σάρκα ἢ ἄλλῳ ἢ ἄλλως ἔχοντι κρίνει. Ita si legitur, antecedentia exempla universum discrimen constituunt; quod discrimen

sequentibus in unam rem convertitur. Nec transsiliendum est, ut ex interiectis verbis accusativum nanciscaris; sed continens quaedam orationis perpetuitas efficitur. Distinguendi vitium ab editoribus commissum ipso Simplicio vetustius esse videtur. Scribit enim p. 65 a. *οἷον σὰρξ καὶ τὸ σαρκὶ εἶναι. οὐκ ἀληθὲς παράδειγμα εἰληφώς. ἐπάγει οὖν ὡς ἔνυλον ἡ σὰρξ καὶ ὡς τὸ σιμόν ἐστιν. ἀλλ' ὅτι οὕτως ἔχει τὸ ἄϋλον ἐνδεικνύμενος.* Id ipsum autem, quod exemplum non verum esset, nos impulit, ut ad aptiorem locum traheremus. Confirmatur quodammodo nostra interpungendi ratio a Bekkero, qui paulo post vulgatam *τὸ γὰρ σαρκὶ εἶναι καὶ κρίνει* ita emendavit, ut ad *ἄλλῳ* trahatur *ἄλλῳ* — — *τὸ σαρκὶ εἶναι κρίνει*, — id quod priori, quale dedimus, respondet.

429ᵇ 13. *ἄλλῳ ἢ ἄλλως ἔχοντι*] Philopon. Q. fol. 4 b. in scriptura non sibi constat; invenias enim apud eum *ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ* atque rursus *ἄλλως καὶ ἄλλως ἔχοντι.* Scribit enim: *τοῦτο οὖν ἐστιν ὃ λέγει· ἢ ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ κρίνει. ἀντὶ τοῦ ἄλλῳ μὲν μέρει ἑαυτοῦ τὰ νοητά, ἄλλῳ δὲ τὰ ἔνυλα* et postea *Ἀριστοτέλης δέ φησιν ὅτι τῷ αὐτῷ νῷ ἄμφω γιγνώσκεται καὶ τὰ ἔνυλα καὶ τὰ ἄϋλα, ἀλλὰ ἄλλως καὶ ἄλλως ἔχοντι* nisi haec, quae infra sequuntur, *ἑτέρῳ ἢ ἑτέρως ἔχοντι* praeripere statuas. Possis Philoponum locum ita accepisse statuere, ut *ἢ* quasi corrigat orationem: „vel potius" *ἄλλῳ ἢ μᾶλλον ἄλλως ἔχοντι.* Philoponus Q. 4.: *ἐρωτηματικῶς δὲ χρὴ καὶ τὴν λέξιν παραφραστέον οὕτω ἐν ὑπερβάτῳ πεφρασμένην. ἄλλο δὲ κρίνει τὸ σαρκὶ εἶναι ἀντὶ τοῦ ἄλλῳ μορίῳ κρίνει τὰ ἄϋλα, οὕτως ἐν ὑπερβάτῳ, ἄλλως δὲ ἤτοι κεχωρισμένῳ τοῦ ἄλλου μορίου τοῦ κρίνοντος τὰ ἔνυλα, ἢ ὡς ἡ κεκλασμένη εὐθεῖα, τῷ μὲν ὑποκειμένῳ εἷς ἐστι νοῦς, τῷ δὲ λόγῳ διάφορος.*

Si sensibus rerum iudicium est, mente earum ratio et notio intellegitur. 16. *ἄλλῳ δὲ ἤτοι χωριστῷ ἢ ὡς ἡ κεκλασμένη ἔχει πρὸς αὑτὴν ὅταν ἐκταθῇ.* In quo allatae imaginis comparatio et ambigua et obscura est. Omnes quidem, lineam rectam menti, inflexam sensibus componi consentiunt; quae vero et qualis sit similitudo in varias partes abeunt. Themistius in inflexa linea rem agnoscit duplicatam, qualis et materia apparet et notione concipitur. Themist. p. 551. (ex interpr. Herm. Barb.): Quemadmodum igitur lineam attensam et flexam dicere eandem possis, quamquam aliter hoc quam illo modo se habet: ita et intellectus potest unus et idem statui, qui concreta et composita, item qui formas et species meras percipiat. Quamobrem et assimilis rebus fit, quas cognoscit, compositus si compositas; simplex, si simplices formas, i. e. a materia seorsum

intellegit. ita interdum lineae directae, interdum arcuatae confertur. Sane Plato actiones intellectus circulis primum recto, mox circinato recurrentique interius comparat: Aristoteles lineae explicatae et replicatae sive porrectae et curvatae. Ac curvatae quidem idcirco, quia cum intellectus materiam et formam iunctim, id est, quod concretum et conditum est, comprehendit, tum quasi geminari et duplificari videtur accessu phantasmatum et visorum, quorum operam usumque in una ea functione desiderat. Simplicius inflexam lineam in angulum traducit, et quoniam angulus in duabus lineis iungendis positus est, imaginem id agere iudicat, ut, quomodo sensuum cognitio in summae definitionis partem veniat, significetur. Simplicius fol. 65 a. — *αἰσθήσει μὲν τὰ αἰσθητά, λογικῇ δὲ γνώσει τὰς συνθέτους καὶ ὅλως τὰς εἰδοπεποιημένας οὐσίας καὶ ἑτέρᾳ οὔσῃ τῆς τῶν εἰδῶν ἀντιληπτικῆς, καὶ τῇ αὐτῇ μὲν ἀλλ' οἷον καμφθείσῃ, καὶ οὕτω τὰ ὁριζόμενα νοούσῃ. τοὺς γὰρ ὅρους ὀρθῶς καὶ ἀκαμπῶς· τελειότητες μὲν γὰρ οἱ ὅροι. καὶ ἡ νόησις αὐτῶν κατὰ τελειότητα ἵσταται, ἐπειδὴ καὶ πᾶσα γνῶσις κατὰ τὸ γνωστόν. τὰ δὲ εἰδοπεποιημένα τέλεια. καὶ ὁ συστοίχως τούτοις ἐπιβάλλων νοῦς· ἀλλ' οὐ τελειότητες. ἀλλὰ κατὰ μέθεξιν τῆς τελειότητος. ἡ δὲ κλάσις δηλοῖ τὴν μέθεξιν· καὶ γὰρ ὁ ἰατρὸς οἷον καμφθεῖσά ἐστιν ἰατρική, διὰ τὴν κατὰ ἰατρικὴν μέν, δευτέραν δὲ ὑπόστασιν καὶ ἐκβεβηκυῖαν. διὰ τὸ, τὸ ἐν τῷ μετέχειν ὂν ὅπερ ἐστίν, ἕτερον εἶναι τοῦ μετεχομένου, καίτοι καθ' αὑτὸ ὄν, καὶ ἡ κλασθεῖσα δὲ εὐθεῖα, τοῦτ' ἔστιν, ἡ καμφθεῖσα, ὡς γωνίαν ποιεῖν, ἀπὸ μὲν τῆς ἐκτεταγμένης γέγονεν. ἐκβᾶσα δὲ τὸ ἁπλοῦν καὶ οἷον εἰς μερισμὸν ὑποβᾶσα.* Ita fol. 65 b. *καὶ γὰρ ἡ κεκλασμένη ὡς ἤδη διωρίσαμεν τὴν τῶν εἰδοπεποιημένων συστοίχων δηλοῖ γνῶσιν. ἡ δὲ ἐκταθεῖσα ὡς ὀρθὴ καὶ ἀκαμπὴς τῆς τῶν ὅρων καὶ τελειοτήτων γνώσεως εἴληπται σύμβολον.* Philoponum, etsi, quo eat, vix animo fingas, praetermittere religioni ducimus: *ἢ ὥσπερ ἡ εὐθεῖα τῷ μὲν ὑποκειμένῳ ἡ αὐτή ἐστι, τῷ δὲ λόγῳ διάφορος. ἄλλο γάρ ἐστιν εὐθείᾳ εἶναι καὶ ἄλλο κεκλασμένῃ εἶναι. — — τῷ μὲν ὑποκειμένῳ εἷς ἐστι νοῦς, τῷ δὲ λόγῳ διάφορος.*

Itaque interpretes comparatione magis rem, quam intellectum tangi statuerunt, neque in hoc idoneum quicquam invenerunt. Nos vero, si locum ipsum sequimur, similitudinem non ad rem intellectam, sed ad intellectum eiusque, qua agit, rationem pertinere arbitramur. Quod enim artissime coniunctum est, *ἄλλῳ ἤτοι χωριστῷ* intellectum spectat, et quod dictum est, *ὡς ἡ κεκλασμένη ἔχει πρὸς αὐτὴν ὅταν ἐκταθῇ*, coniunctione

(ὡς) infertur, quae rationem et modum indicat. Nec scriptum est εὐθεῖα, sed ὅταν ἐκταθῇ, quod eiusmodi est, ut in similitudine explicanda extendendi actio in numerum veniat. Quare, dum aptius quid propositum fuerit, in hanc sententiam explicamus. Inflexa linea e recta nata posterius aliquid est, cui recta tanquam prius subest. Si inflexam in rectam rursus extenderis, princeps illud et causa restituitur. Ita mens, si notionem, quae rem constituit tanquam lex et causa, intellexerit, hoc, quod subest, sublatis, quae materiae natura notioni acciderunt, in dignitatem restituit suam.

§ 8. 429b 18. Simili ratione mathematica se habent. A materia enim detrahuntur, ut ratione et intellegentia cognoscantur.

Ut rebus externis expediti ad subtiliorem loci intellegentiam facilius perveniamus, de interpungendi signis prius transigendum est. Quod legitur τὸ δὲ τί ἦν εἶναι, εἰ ἔστιν ἕτερον τὸ εὐθεῖ εἶναι καὶ τὸ εὐθὺ ἄλλῳ, id sensu destitutum; neque enim ἄλλῳ [1]) habet, quo referatur. Quod priori universae enunciationis parte continetur (πάλιν δ' ἐπὶ τῶν ἐν ἀφαιρέσει ὄντων τὸ εὐθὺ ὡς τὸ σιμόν· μετὰ συνεχοῦς γάρ), materiam comprehendit, qua mathematica exprimuntur, quaeque sensibus percipienda relinquitur. Altera igitur pars (τὸ τί ἦν εἶναι κτλ.) rationem et notionem significat, quae ratione a sensibus diversa iudicatur. Quare iungendum est τὸ τί ἦν εἶναι, ἄλλῳ; ita ut e superioribus κρίνει repetas.

ibid. τὰ ἐν ἀφαιρέσει] ἀφαίρεσις a rerum materia, quae vel sculpendo vel excidendo artificii arbitrio fingitur (phys. I. 7. 190b 7. τὰ δ' ἀφαιρέσει, οἷον ἐκ τοῦ λίθου ὁ Ἑρμῆς), ad notiones translata est, quae mentis acumine, fortuitis rerum notis omissis, ad constantes et necessarias formas revocantur. Ita metaphys. Z, 11. 1036b 3. χαλεπὸν δὲ ἀφελεῖν τοῦτο (i. e. quae semper et in omnibus locum habent, quippe quae ad necessaria accedant) διανοίᾳ. analyt. post. I. 5. 74a 35. πότερον δ' ᾗ τρίγωνον ἢ ᾗ ἰσοσκελὲς ὑπάρχει; (angulorum numerum duos rectos aequare) καὶ πότε κατὰ τοῦθ' ὑπάρχει πρῶτον; καὶ

1) [Bz. stud. Ar. IV. 376. in nota conicit ἄλλο. „Weil das Gerade als concretes Ding (ὡς τὸ σιμόν) etwas anderes ist als sein Wesensbegriff, das Gradesein (τὸ τί ἦν εἶναι, τὸ εὐθεῖ εἶναι), darum wird mit einem anderen Seelentheile oder durch eine andere Function desselben das Gerade aufgefasst und das Geradesein beurtheilt. Um diesen unzweifelhaft beabsichtigten Gedanken auszudrücken, muss 429b 20 eben so sicher stehen τὸ δὲ τί ἦν εἶναι — ἄλλο, als es zunächst vorher heisst εἰ ἔστιν ἕτερον τὸ εὐθεῖ εἶναι καὶ τὸ εὐθύ, und weiter oben ἐπεὶ ἄλλο τὸ μέγεθος καὶ τὸ μεγέθει εἶναι." In reliquis assentitur Trdlbgio.]

καθόλου τίνος ἡ ἀπόδειξις; δῆλον ὅτι ὅταν ἀφαιρουμένων ὑπάρξῃ πρώτῳ. οἷον τῷ ἰσοσκελεῖ χαλκῷ τριγώνῳ ὑπάρξουσι δύο ὀρθαί, ἀλλὰ καὶ τοῦ χαλκοῦν εἶναι ἀφαιρεθέντος καὶ τοῦ ἰσοσκελές. ἀλλ' οὐ τοῦ σχήματος ἢ πέρατος. ἀλλ' οὐ πρώτων. τίνος οὖν πρώτου; εἰ δὴ τριγώνου, κατὰ τοῦτο ὑπάρχει καὶ τοῖς ἄλλοις καὶ τούτου καθόλου ἐστὶν ἡ ἀπόδειξις. Hanc abstrahendi vim Aristoteles in mathematicis maxime ponit. metaph. *K*, 3. 1061ᵃ 28. καθάπερ δ' ὁ μαθηματικὸς περὶ τὰ ἐξ ἀφαιρέσεως τὴν θεωρίαν ποιεῖται (περιελὼν γὰρ πάντα τὰ αἰσθητὰ θεωρεῖ, οἷον βάρος καὶ κουφότητα καὶ σκληρότητα καὶ τοὐναντίον, καὶ ἔτι δὲ καὶ θερμότητα καὶ ψυχρότητα καὶ τὰς ἄλλας αἰσθητὰς ἐναντιώσεις, μόνον δὲ καταλείπει τὸ ποσὸν καὶ συνεχές, τῶν μὲν ἐφ' ἓν τῶν δὲ ἐπὶ δύο τῶν δ' ἐπὶ τρία, καὶ τὰ πάθη τὰ τούτων ᾗ ποσά ἐστι καὶ συνεχῆ, καὶ οὐ καθ' ἕτερόν τι θεωρεῖ, καὶ τῶν μὲν τὰς πρὸς ἄλληλα θέσεις σκοπεῖ καὶ τὰ ταύταις ὑπάρχοντα, τῶν δὲ τὰς συμμετρίας καὶ ἀσυμμετρίας, τῶν δὲ τοὺς λόγους, ἀλλ' ὅμως μίαν πάντων καὶ τὴν αὐτὴν τίθεμεν ἐπιστήμην τὴν γεωμετρικήν κτλ.) phys. II, 2. 194ᵃ 10. ἡ μὲν γεωμετρία περὶ γραμμῆς φυσικῆς σκοπεῖ, ἀλλ' οὐχ ᾗ φυσική. Aristoteles de caelo III, 1. 299ᵃ 16. contra eos disputans, qui γεννητὰ corpora e planis componunt et in plana solvunt, ita pergit τὰ μὲν ἐξ ἀφαιρέσεως λέγεται τὰ μαθηματικά, τὰ δὲ φυσικὰ ἐκ προσθέσεως, illa adempta materia iudicari, haec adiecta et in calculum vocata (cf. Bud. comm. Gr. ling. p. 314). Mathematica igitur ita e rerum natura petita sunt, ut mens, reliquis detractis, nihil nisi figuram et numerum contemplandum et indagandum sibi relinquat. Quo etiam pertinet, quod scriptum est anal. post. I, 79ᵃ 7. τὰ γὰρ μαθήματα περὶ εἴδη ἐστίν· οὐ γὰρ καθ' ὑποκειμένου τινός· εἰ γὰρ καὶ καθ' ὑποκειμένου τινὸς τὰ γεωμετρικά ἐστιν, ἀλλ' οὐχ ᾗ γεωμετρικὰ καθ' ὑποκειμένου. de an. III, 7. 431ᵇ 15. οὕτω τὰ μαθηματικὰ οὐ κεχωρισμένα ὡς κεχωρισμένα νοεῖ. Aristoteles nondum ipsius imaginationis motum mathematicae cognitionis fontem aperuit; eamque non ex sola hominis mente, sed ex ipsis experientiae finibus deprompsit. Unde factum est, ut τὰ ἐξ ἀφαιρέσεως, nulla re addita, mathematica significarent. analyt. post. I, 18. 81ᵇ 3. καὶ τὰ ἐξ ἀφαιρέσεως λεγόμενα ἔσται δι' ἐπαγωγῆς γνώριμα. de part. animal. I, 1. 641ᵇ 11. ἔτι δὲ τῶν ἐξ ἀφαιρέσεως οὐδενὸς οἷόν τ' εἶναι τὴν φυσικὴν θεωρητικήν, ἐπειδὴ ἡ φύσις ἕνεκά του ποιεῖ πάντα. eth. Nicom. VI, 9. 1142ᵃ 16. ἐπεὶ καὶ τοῦτ' ἄν τις σκέψαιτο διὰ τί μαθηματικὸς μὲν παῖς γένοιτ' ἄν, σοφὸς δὲ ἢ φυσικὸς

οὔ. ἢ ὅτι τὰ μὲν δι' ἀφαιρέσεώς ἐστι· τῶν δ' αἱ ἀρχαὶ ἐξ ἐμπειρίας. cf. de an. III, 7. 431ᵇ 12. III, 8. 432ᵃ 5. [Trdlbg. Gesch. d. Kat. 83. n. 2. Bz. ind. Ar. 126ᵇ 9.]

429ᵇ 18. *τὸ εὐθὺ ὡς τὸ σιμόν*] linea recta, i. e., ut τὸ σιμὸν additum docet, in ipsa materia expressa.

429ᵇ 19. *τὸ σιμὸν*] de naso redunco dictum; quod, quoniam ab universo aliquo genere alienum peculiari quadam re tenetur, ut notio sit a materia haudquaquam separanda: Aristoteles quasi perpetuum exemplum creavit, ut notioni a materia avocatae una mente et ratione conceptae opponeretur. Ita σιμὸν III, 7. 431ᵇ 13. metaph. *E*, 1. 1025ᵇ 30. *τῶν δὴ ὁριζομένων καὶ τῶν τί ἐστι τὰ μὲν οὕτως ὑπάρχει ὡς τὸ σιμόν, τὰ δ' ὡς τὸ κοῖλον. διαφέρει δὲ ταῦτα ὅτι τὸ μὲν σιμὸν συνειλημμένον ἐστὶ μετὰ τῆς ὕλης· ἔστι γὰρ τὸ μὲν σιμὸν κοίλη ῥίς, ἡ δὲ κοιλότης ἄνευ ὕλης αἰσθητῆς.* *Z*, 5. 1030ᵇ 29, 31. *K*, 7. 1064ᵃ 25. *ἡ γὰρ σιμότης ἐν ῥινὶ γίγνεται, διὸ καὶ ὁ λόγος αὐτῆς μετὰ ταύτης θεωρεῖται. τὸ σιμὸν γάρ ἐστι ῥὶς κοίλη.* *Z*, 10. 1035ᵃ 26. [Bz. ind. Ar. 680ᵃ 41.] Quare τὸ εὐθὺ ὡς τὸ σιμὸν hoc sibi vult, in iis, quae ad mathematica revocantur, rectum aeque atque aduncum, quod in naso cernitur, cum materia coaluisse, et cum ipsa sub cognitionem cadere.

429ᵇ 19. *μετὰ συνεχοῦς γάρ.*] Quonam haec trahenda et quare adiecta sunt? [Quod simo corporis est materia, id recto continuum [1]) est quasi corpus; quo detracto in solo numero (cf. infra 20. δυάς) notio versatur, quae recti naturam constituat tanquam prior. In ipsa ἀφαιρέσει duplex est gradus, alter geometrarum figurae, alter arithmeticorum numerus. cf. metaph. *A*, 1. 982ᵃ 26. *αἱ ἐξ ἐλαττόνων (ἐπιστῆμαι) ἀκριβέστεραι τῶν ἐκ προσθέσεως λεγομένων, οἷον ἀριθμητικὴ γεωμετρίας.* cf. Trdlbg. Gesch. der Kateg. 13. n. 2.]

429ᵇ 19. *τὸ τί ἦν εἶναι* cf. ad II, 1. 412ᵇ 16. Recti ratio et notio non sensibus sed mente ab his diversa iudicatur.

429ᵇ 20. *ἔστω γὰρ δυάς.*] Dyas ponitur, sive est, sive exempli causa adhibetur. Sed quid tandem sit, quod dyas sta-

---

1) Aliter ed. pr., legebantur enim haec: „Themistius materiam intellexit; quocum vocis usus aperte pugnat. Continuum est; et, reliquis detractis, sola, ut vidimus, quanta et continua mathematicae cognitioni relinquuntur. Continuum esse, non est, quod de linea recta moneatur. Sed de σιμῷ haud aeque inutile. Quare propterea additum putaverim, ut, cur recti rationes (τὸ εὐθὺ) τῷ σιμῷ comparari queant, intellegatur. Nam ipsum etiam σιμὸν tanquam continuum ad mathematica redigi posse."

tuetur, obscurum est. In quo duo occurrunt. Aut universa haec inter rem et notionem statuitur differentia, in qua loci cardo vertatur, aut ipsa recta linea, quae e puncto tanquam unitate orta et duobus punctis definitur, dyas significatur. Hoc si est, Platonis definitionem, tanquam exemplum, quomodo notio e re peteretur, Aristoteles proposuit. Illud si acceperis, celebratos tamen Platonis numeros toties ab Aristotele impugnatos ipso nomine quodam modo respici concedes. Simplicius dyada ad rectae lineae definitionem traxit, ita tamen, ut nec Platonem curaret nec exempli consilium perspiceret. Simpl. fol. 65 b. καὶ νῦν δὲ ὑπέμνησεν εἰπών, ἔστω γὰρ δυάς· τὸ εὐθὺ δηλαδή. μονὰς μὲν γὰρ τὸ εὐθεῖ εἶναι διὰ τὸ ἀδιαιρέτως ἕν. δυὰς δὲ τὸ εὐθὺ οὐχ ὡς δύο. ἓν γὰρ καὶ αὐτό. ἀλλὰ συνεχὲς καὶ διαιρετὸν καὶ ταύτῃ δυαδικόν. Aristoteles notiones obscuris numeris involvere non amat, ut Platonem respici putemus; id quod eo credibilius est, quod ipso verbi modo (ἔστω) poni aliquid, non affirmari indicatum est. Plato rectam lineam dyadi comparasse, ipso libro nostro (I, 2. 404ᵇ 20. cf. Bz. ind. Ar. 206ᵃ 3) intelleximus. Ab hac Platonis similitudine, si sententiam quaesiveris subiectam, non plane dissimile est, quod Aristoteles affert phys. VIII, 8. 264ᵇ 19. ἡ δὲ κατ' εὐθεῖαν (κίνησις) ἀφ' αὐτοῦ εἰς ἄλλο.

Philoponus plane alia ratione dyada ad rectam lineam accommodavit. Haec enim scribit: τοῦτο ὡς πρός τι ὡς πρὸς τὰ ἐν συνεχείᾳ ὄντα εἴδη. τὰ γὰρ ἐν ἀφαιρέσει ἕν τι μόνον δηλοῦσι τὸ εἶδος. τὰ δὲ οὐκ ἐν ἀφαιρέσει δύο δηλοῦσι τὸ εἶδος ἅμα τῇ ὕλῃ. καὶ δικαίως ταῦτα δύο λέγεται ὡς ἔνυλα καὶ ἐπιδεχόμενα διαίρεσιν ὡς τὰ δύο. τὰ γὰρ ἐν ἀφαιρέσει ἀδιαίρετα ὄντα μονάδι ἔοικεν ἀμέλει καὶ ἡ κεκλασμένη εὐθεῖα ὡς δύο οὖσα ἔνυλόν τι ἐδήκου. καὶ τὰ μαθήματα οὖν διττὰ ἔσται. τὰ μὲν κατὰ τὸ εἶδος αὐτῶν, ὅπερ ἐδήλωσεν εἰπὼν εὐθεῖ εἶναι ἢ κατὰ τὸ εἶδος καὶ τὴν ὕλην. Quibus acceptis rectum intellegitur materiae concretum, in quo duplex sit natura (δυάς) materia et forma. Cui id obici potest, nunc de sola potius notione et forma agi, ut importune interpositum esse appareat. Itaque ad alteram potius redeas, quam significavimus, dyadis explicandae viam, ut duplex sit, quod ponatur, cognitionis genus. Ita quidem per vocis naturam δυάδα capere licet. Eodem plane modo phys. I, 9. 192ᵃ 8. τριὰς de triplici principiorum genere inter se coniuncto ὥστε παντελῶς ἕτερος ὁ τρόπος οὗτος τῆς τριάδος κἀκεῖνος (i. e. materiae, formae, privationis). Sed unum obstat. Duplex haec ratio cum universo loco pronuncietur, non est, quod tam obscura et quasi

suspensa proponatur. Quod nisi subtilius videatur, dyada tanquam aliquam recti definitionem agnoscere praestabit. [Cf. quae Trdlbg. addidit ad 429ᵇ 19.]

429ᵇ 21. *καὶ ὅλως ἄρα ὡς χωριστὰ τὰ πράγματα τῆς ὕλης, οὕτω καὶ τὰ περὶ τὸν νοῦν.*] *τὰ πράγματα.* rerum, si verum quaeris, notiones a materia cogitatione segregantur. Num vero ex hac similitudine ipsam mentem a corpore segregari concludit? [Nihil aliud significatur, nisi mentem proprium esse intellegendi genus idque a sensibus *χωριστόν*.]

§ 9. 429ᵇ 22. Quaestiones adduntur, quae difficultates habent. Omnis de mentis natura ratio a sensibus petita erat, ut etiam mens a rebus, quas cogitaret, pati videretur; id quod Anaxagorae, qui mentem a rerum momento liberam et omnis commercii immunem vindicavit, prorsus repugnat.

Duplex conditio 23. *εἰ ὁ νοῦς ἁπλοῦν ἐστι* et rursus 24. *εἰ τὸ νοεῖν πάσχειν τί ἐστιν* ita seiungenda, ut illa ad *ἀπορήσειε*, haec ad *νοήσει* trahatur. Quod vero sequitur, in eo mira obscuritas.

429ᵇ 25. *ᾗ γάρ τι κοινὸν ἀμφοῖν ὑπάρχει, τὸ μὲν ποιεῖν δοκεῖ τὸ δὲ πάσχειν.*] Quid enim *κοινόν*? quid *ἀμφοῖν*? quorsum *τὸ μέν, τὸ δέ*? utrum ad duas res disiungendas an ad unam rem partiendam? Quid, quod coniunctio *γὰρ* adeo incerta est, ut utrum difficultatis vis augeatur an tollatur dubites? Primum id agi existimes, ut ad motam quaestionem breviter respondeatur. Quod si est, locum in hanc sententiam explicandum esse iudico. *ἀμφοῖν* duplex sit cognitionis genus, sensuum perceptio et mentis intellegentia, *κοινὸν* communis res, quae et sensus ferit et mente comprehenditur. Quatenus igitur utrique et sensui et menti communis res cognoscenda proposita est, ille pati, haec agere videtur. Qua ratione patiendi necessitas a mente ad sensus amandatur; quamquam ne ita quidem, si verum quaeris, a patiendo prorsus mens liberatur: patitur enim ipsis sensibus ministris. Est tamen aliqua ratio, verbis non obtrusa, sed ab ipsis oblata, in qua id solum desideratur, quod nec *ἀμφοῖν* nec *κοινὸν* satis patet. Exciderunt fortasse aliqua verba, quo pertinebant. Commentatores locum aliter accipiunt, sed haud scio an minus prospere. Themistius p. 552. (ex interpr. Hermol. Barb.): „Nihil vero patitur, quod non materiam communem cum agente participet, unde fit, ut quodque a quoque passim indiscreteque pati non possit, ut sonor a linea, sed illa tantummodo, quorum communis subiecta materia est." — Quae si scripta sunt, ut mentem unde pendeat habere negetur, haec erit loci sententia: duabus rebus communem

subesse debere materiam, ut altera in alteram agere, altera ab altera pati queat. Hoc vero in mentis intellegentiam non cadere; eam enim nihil esse corporeum, cuius generis res sint. Hae quidem intellegendi rationes ita comparatae sunt, ut quaestioni respondeant difficultatemque removeant; aliae contra, ut, quanta et qualis sit difficultas, exponant et quomodo tollatur, a sequentibus exspectare videantur. Philoponus loci interpretationem ita flectit, ut mentem non ab externo commercio defendat, sed potius ad difficultatem confirmandam rebus implicet. *οὐδὲν δὲ πάσχει ἐξ αὐτῶν ὃ μὴ ἔστιν ὁμόϋλον αὐτοῖς — εἰ οὖν γιγνώσκει ὁ νοῦς αὐτά, καὶ πάσχει ὑπ' αὐτῶν· εἰ δὲ πάσχει ὑπ' αὐτῶν, ὁμόϋλος αὐτοῖς ἐστιν· εἰ δὲ ὁμόϋλός ἐστι τοῖς αἰσθητοῖς οὐκ ἔτι ἐστὶν ἁπλοῦς νοῦς, ἀλλὰ σύνθετος.* Eodem fere modo Simplicius fol. 66 a.: *ἡ τοίνυν ἀπορία, πῶς ἐν τῷ πάσχειν τὸ νοεῖν ἀπαθοῦς ὄντος τοῦ νοῦ, ὡς καὶ τῷ Ἀναξαγόρᾳ δοκεῖ. πῶς δὲ οὐχ ἕξει τι κοινὸν πρὸς τὰ ποιοῦντα, εἰ πάσχει; κατὰ κοινὸν γάρ τι τὸ μὲν ποιεῖ τὸ δὲ πάσχει, καίτοι ἀμιγοῦς ὄντος καὶ μηδενὶ μηδὲν ἔχοντος κοινὸν τοῦ νοῦ. τοιαύτη μὲν ἡ ἀπορία.* Hos igitur commentatores secutus *ἄμφω* exponas cognitionem una cum eo, quod cognoscitur; quorum, ut alterum in alterum agere possit, communis aliqua natura (*κοινόν τι*) esse oporteat, ut mentis intellegentia in rerum materiam trahatur. Sed alia etiam via patet a commentatoribus non multum diversa. Quatenus enim et cognitioni et rei cognitae commune quid subest, mentis intellegentiae partim pati partim agere videtur. Horum omnium quidquid est, difficultas quasi acuitur, ut a sequentibus quomodo removeatur exspectetur (§ 11).

§ 10. 429^b 26. Altera difficultas in eo posita est; quomodo fieri possit, ut ipse mentis intellectus intellegatur. In quo, si, quod intellegitur, suo genere unum est et idem, duo seiunguntur, aut mentis intellectum rebus subesse, ut hae intellegantur, aut intellectum e rebus ipsis, quo ad intellegendum aptae sint, id admixtum habere, i. e. intellegendi causam et materiam aut a mentis natura ad res aut a rebus ad mentem transferri.

429^b 27: *εἰ μὴ κατ' ἄλλο αὐτὸς νοητός*] i. e. *εἰ δι' ἑαυτὸν νοητός.*

429^b 28. *ἕν δέ τι τὸ νοητὸν εἴδει.* Haec est communis, quae statuitur, conditio. Si enim, quod a mente intellegitur, diversum statueres, etiam origo eius diversa esse posset, ut omnis haec disiunctio evanesceret. Haec conditio non demonstrata est, sed posita tanquam a summa cogitandi lege, quae ultima principia versus unum fontem cogit, postulata.

429ᵇ 27. 28. ὑπάρξει, ἕξει.] Futura disiunctionem a conditionis fundamento pendere significant. [Cf. Bz. obs. ad Met. 62—67, ind. Ar. 754ᵃ 55.]

§ 11. 429ᵇ 29. Haec ad primam difficultatem (§ 9) componendam pertinent. Aristoteles patiendi incommodum ita amolitus est, ut mentem rerum faceret facultatem (δύναμιν). Hoc illud, quod postulabatur, commune est (κοινόν τι), ut mens non extrinsecus patiatur, sed, dum res cogitat, suam ipsius facultatem ad actum et vitam traducat. δυνάμει πως ἐστὶ τὰ νοητά. cf. II, 5. 417ᵇ 23. ταῦτα (i. e. τὰ καθόλου) δ' ἐν αὐτῇ πώς ἐστι τῇ ψυχῇ. metaphys. Λ, 7. 1072ᵇ 18 sqq.—429ᵇ 31. ἀλλ' ἐντελεχείᾳ οὐδέν, πρὶν ἂν νοῇ. cf. § 3. 4.—430ᵃ 1. δεῖ δ' οὕτως ὥσπερ ἐν γραμματείῳ ᾧ μηθὲν ὑπάρχει ἐντελεχείᾳ γεγραμμένον. Cave ne mentem tabulam rasam cogites, per se inanem et inertem, in quam res quasi dominae semet ipsas inscribant. Cui sententiae, quam ex hoc loco petivere, velut ipse Leibnitius, Aristotelis imprimis intellegens (Guhrauer, Leibnitz deutsche Schriften II, 330), universa loci ratio adversatur. Neque enim mens per se inanis, sed δυνάμει res ipsae, quas ipsius mentis actio quasi in vitam suscitat. Mens tabulae (γραμματείῳ) non ita comparata, ut in Platonis Theaeteto p. 191. 195, quasi in eius ceram rerum formae imprimerentur, ut materiae similitudine capax memoriae vis intellegeretur. Menti nulla notitia innata, sed cogitandum, ut consequatur, velut tabula litteraria nihil iam in se scriptum habet, nisi manus pinxerit. Tabula litteraria non inertiae, qua per se omni vi carere videatur, imago est, sed potius facultatis, qua suscipiendi est capax. Recte quidem Alex. Aphrodis. de an. I, 30. fol. 138 b. οὐδὲν ἄρα τῶν ὄντων ἐνεργείᾳ ἐστὶν ὁ ὑλικὸς νοῦς ἀλλὰ πάντα δυνάμει. πρὸ γὰρ τοῦ νοεῖν οὐδὲν ὢν ἐνεργείᾳ, ὅταν νοῇ τι, τὸ νοούμενον γίνεται, εἴγε τὸ νοεῖν αὐτῷ ἐν τῷ τὸ εἶδος ἔχειν τοῦ νοουμένου. ἐπιτηδειότης τις ἄρα μόνον ἐστὶν ὁ ὑλικὸς νοῦς πρὸς τὴν τῶν εἰδῶν ὑποδοχήν, ἐοικὼς πινακίδι ἀγράφῳ, μᾶλλον δὲ τῆς πινακίδος ἀγράφῳ, ἀλλ' οὐ τῇ πινακίδι αὐτῇ. αὐτὸ γὰρ τὸ γραμματεῖον ἤδη τι τῶν ὄντων ἐστίν. διὸ ἡ μὲν ψυχὴ καὶ τὸ ταύτην ἔχον εἴη μᾶλλον κατὰ τὸ γραμματεῖον. τὸ δὲ ἄγραφον ἐν αὐτῇ ὁ νοῦς ὁ ὑλικὸς λεγόμενος, ἡ ἐπιτηδειότης ἡ πρὸς τὸ ἐγγραφῆναι. ὡς οὖν ἐπὶ τοῦ γραμματείου· τὸ μὲν γραμματεῖον πάσχον ἄν τι γραφόμενον ἐν ᾧ ἡ πρὸς τὸ γραφῆναι ἐπιτηδειότης, ἡ μέντοι ἐπιτηδειότης αὐτὴ οὐδὲν πάσχει εἰς ἐνέργειαν ἀγομένη, οὐδὲ γάρ ἐστι τὶ ὑποκείμενον, οὕτως καὶ ὁ νοῦς.

§ 12. 430ᵃ 2. Mentis intellectus per se ipse intellegitur, ut non a rebus intellegentia proficiscatur, sed ab intellectu ad res manet. Quae cognoscuntur aut materia carent, velut quae scientia et contemplatione comprehenduntur, aut ipsi materiae insunt. In illis res a cogitatione non diversae, sed in ipsa mentis agitatione positae; in his quidquid inest, rationis est particeps, ut quod mente intellegitur, *δυνάμει* inveniatur. Mens igitur omnium horum per se facultas, ut non e rebus petenda sit, sed hae, quatenus in ratione positae sunt, ipsi iam subsint. Conferenda sunt cum his metaphys. *Λ*, 7. 1074ᵇ 33. *αὑτὸν ἄρα νοεῖ, εἴπερ ἐστὶ τὸ κράτιστον, καὶ ἔστιν ἡ νόησις νοήσεως νόησις. φαίνεται δ' ἀεὶ ἄλλου ἡ ἐπιστήμη καὶ ἡ αἴσθησις καὶ ἡ δόξα καὶ ἡ διάνοια, αὑτῆς δ' ἐν παρέργῳ. ἔτι εἰ ἄλλο τὸ νοεῖν καὶ τὸ νοεῖσθαι, κατὰ πότερον αὐτῷ τὸ εὖ ὑπάρχει; οὐδὲ γὰρ ταὐτὸ τὸ εἶναι νοήσει καὶ νοουμένῳ. ἢ ἐπ' ἐνίων ἡ ἐπιστήμη τὸ πρᾶγμα· ἐπὶ μὲν τῶν ποιητικῶν ἄνευ ὕλης ἡ οὐσία καὶ τὸ τί ἦν εἶναι, ἐπὶ δὲ τῶν θεωρητικῶν ὁ λόγος τὸ πρᾶγμα καὶ ἡ νόησις. οὐχ ἑτέρου οὖν ὄντος τοῦ νοουμένου καὶ τοῦ νοῦ, ὅσα μὴ ὕλην ἔχει, τὸ αὐτὸ ἔσται, καὶ ἡ νόησις τοῦ νοουμένου μία.* In quo eadem fere partitio. Quemadmodum *τὸ τί ἦν εἶναι*, quamquam mente tanquam lex conceptum, ad materiam, in qua expressum est, respicit, ita nostro de anima loco, *ἐν τοῖς ἔχουσιν ὕλην δυνάμει ἕκαστόν ἐστι τῶν νοητῶν* scribitur. Haec enim eodem inter se modo respondent, atque quae utroque loco de iis dicta sunt, quae scientia et contemplatione complectaris.

Quod interpositum est *τοῦ δὲ μὴ ἀεὶ νοεῖν τὸ αἴτιον ἐπισκεπτέον*, importunum est. Dividit enim opposita, quae dividenda non sunt, eaque conturbat. Sunt tamen quodam modo coniuncta. Ubi enim quod intellegitur idem est atque intellectus, ibi hoc adeo in intellectus potestate situm est, ut quid perpetuam mentis agitationem impediat, vix appareat. Quare pronum fuit ad hanc difficultatem significandam delabi, ut verba ab aliena manu addita credere religioni ducamus. Est enim Aristotelis, liberum cogitationis cursum sequi neque anxia perspicuitatis cura deflecti.

Cap. 5.

Ut in omni rerum natura materia, quae patitur, ab eo, quod agit et efficit, diversa est (§ 1), ita in mente intellectus et agens et patiens; hic caducus et cum ceteris et corporis et animi facultatibus coniunctus; ille separabilis et immortalis (§ 2).

§ 1. 430a 10. Universum in omnibus rebus agendi et patiendi discrimen ad animum et mentem translatum.

430a 11. *τοῦτο ὃ πάντα δυνάμει ἐκεῖνα.*] Adde animo *γίγνεται*, id enim intellegi sequentia docent. Quorsum sunt tandem *ἐκεῖνα*? Nihil definitum est, quod fiat materia; nihil, quo demonstrativum pronomen pertineat. *ἐκεῖνα*, ut *τόδε τι*, quae est Aristotelis pronomina philosophica significatione donandi consuetudo, res certas et definitas indicare videtur. [1]) Generalis eiusmodi vis et potestas a pronomine *ἐκεῖνος* adeo non aliena est, ut hoc sensu ab eo vel adiectivum ducatur. metaph. Z, 7. 1033a 7. *ἐξ οὗ δὲ ὡς ὕλης γίνεται ἔνια, λέγεται ὅταν γένηται, οὐκ ἐκεῖνο, ἀλλ' ἐκείνινον.* cf. Θ, 7. 1049a 19, 21.

430a 12. *οἷον ἡ τέχνη πρὸς τὴν ὕλην πέπονθεν*] ne premas *πέπονθεν*; perverteres enim rationem, cum ars agat, arti materia subiecta sit. *πέπονθεν*, nihil aliud quam *ἔχει*.

430a 15. *ὁ δὲ τῷ πάντα ποιεῖν, ὡς ἕξις τις, οἷον τὸ φῶς*] *ἕξις* *στερήσει* privationi opposita; unde *ἕξις* id habet, ut potius det, quam accipiat, ut etiam ubi quasi a dominante vi universa rei natura constituatur, locum habere possit. Non dissimile est exemplum metaph. Θ, 1. 1046a 11. *ἕξις ἀπαθείας* his verbis: *ἡ μὲν γὰρ τοῦ παθεῖν ἐστι δύναμις, ἡ ἐν αὐτῷ τῷ πάσχοντι ἀρχὴ μεταβολῆς παθητικῆς ὑπ' ἄλλου ἢ ᾗ ἄλλο· ἡ δ' ἕξις ἀπαθείας τῆς ἐπὶ τὸ χεῖρον καὶ φθορᾶς τῆς ὑπ' ἄλλου ἢ ᾗ ἄλλο, ὑπ' ἀρχῆς μεταβλητικῆς.*

430a 16. *οἷον τὸ φῶς.* Sicut colores lumen exspectant, ut appareant, id est ut colorum vice vere fungantur: ita sensuum notitiae et quidquid ad intellectum patientem pertinet mentem agentem requirunt, ut omnes veritatis numeros habeant et verae notionis vim consequantur. Suscitat vitam lumen a nemine nisi a se ipso suscitatum. Ita ipsum patiendi expers in terrestrem rerum naturam infinita vi utitur. Eiusmodi est intellectus agens, ut ipse nulla re indigens reliquis notionibus veritatis sit testis et auctor. Sunt igitur duo, quibus comparatio continetur; sed haec duo Aristoteles, quae eius est brevitas, ita distribuit, ut alterum in similitudine (*ποιεῖ τὰ δυνάμει ὄντα ἐνεργείᾳ*), alterum in re comparata (*ἀπαθὴς καὶ ἀμιγὴς τῇ οὐσίᾳ ὢν ἐνεργείᾳ*) significet. Ita legentis acumini relinquitur, ut, quod in altero dicitur, ad utrumque trahat, atque lineis, quae ductae sunt, imaginem componat.

1) [In Bz. ind. Ar. 227a 20 sqq. exempla huius usus non leguntur; intellegas *ἕκαστον γένος*.]

[430a 18. Torstrikius coniecit *τῇ ουσίᾳ ὢν ἐνέργεια*,[1]) quod probabile est. Colores quidem *ἐνεργείᾳ* fiunt: lux, ut mens est *ἐνέργεια* ipsa (*ποιοῦν*). Offendit autem duplex dativus *οὐσίᾳ* et *ἐνεργείᾳ*. Cf. metaph. *Λ*, 7. 1072a 26. *ἔστι τι ὃ οὐ κινούμενον κινεῖ, ἀΐδιον καὶ οὐσία καὶ ἐνέργεια οὖσα.* 1072b 26. *ἡ νοῦ ἐνέργεια ζωή, ἐκεῖνος δὲ ἡ ἐνέργεια.*]

§ 2. 430a 18. *ἀεὶ γὰρ τιμιώτερον τὸ ποιοῦν τοῦ πάσχοντος καὶ ἡ ἀρχὴ τῆς ὕλης.* cf. metaph. *Z*, 3. 1029a 6.

430a 19. *τὸ δ' αὐτό ἐστιν ἡ κατ' ἐνέργειαν ἐπιστήμη τῷ πράγματι· ἡ δὲ κατὰ δύναμιν χρόνῳ προτέρα ἐν τῷ ἑνί, ὅλως δὲ οὐ χρόνῳ.*] Sententiae tam subito interiectae, ut vinculo, quo cum summa, de qua agitur, re teneantur, solutae esse appareant. Quid sibi velint, divinationi permittitur. Sint igitur exempla, quibus intellectus agentis rationes inclarescant. Ut ea scientia, quae actu dicitur, rem, quam complectitur, quasi mente et cogitatione denuo eandem gignit: similiter fit, ut intellectus agens ab ipsis rebus liber rerum veritatem cogitatione constituat. Deinde ut in singulis quibusque hominibus scientiae facultas ipsam scientiam antecedit, in universum vero ipsa scientia, ut a singulis percipi possit, prior esse debet: ita et intellectus agens, tanquam veri fons, etsi in singulis posterior, in universum erit prior. Ita fere sententias connexas esse existimamus. Si vix aliam coniunctionem extricaveris, intellectum agentem, etsi eius homines non expertes sunt, illum tamen esse aeternum, a quo rerum universitas conditur, altera vel maxime similitudine declaratur. Festiva est imago, qua Philoponus utitur, ut, singulorum tantum ratione habita, scientiae facultatem (*νοῦν δυνάμει*) ipsam scientiam (*νοῦν ἐντελεχείᾳ*) antecedere illustret; neque enim flores, qui fructus antecedant, simpliciter his dici priores.

430a 22. *ἀλλ' οὐχ ὁτὲ μὲν νοεῖ ὁτὲ δ' οὐ νοεῖ*] *ἐπιστήμην* eam facere, quae cogitet, grammatica verborum coniunctio iubet, vetat autem res ipsa. Trahas igitur ad intellectum agentem. Hic autem si nunquam non intellegere, si perpetuo agere dicitur, quomodo tandem in humani animi imbecillitatem cadat? Cui difficultati quod satisfaceret, non invenimus. Phi-

1) [Ita etiam Bz. ind. Ar. 491b 2: „*οὗτος ὁ νοῦς* (is, qui distinguitur a *παθητικῷ νῷ*, quem *ποιητικοῦ νοῦ* nomine Arist. non significat) *χωριστὸς καὶ ἀπαθὴς καὶ ἀμιγὴς τῇ οὐσίᾳ ὢν ἐνέργεια.* cf. 4. 429b 5, a 19. *τοῦτο μόνον ἐνδέχεται χωρίζεσθαι, καθάπερ τὸ ἀΐδιον τοῦ φθαρτοῦ.* II, 2. 413b 24. *ὁ νοῦς ἔοικεν ἐγγίγνεσθαι οὐσία τις οὖσα καὶ οὐ φθείρεσθαι* I, 4. 408b 18. metaph. *Λ*. 3. 1070a 26." In textum haec lectio *ἐνέργεια* recipi debebat.]

loponus rem ita expedit, ut non hominem, sed humanum genus perpetuo cogitare intellegat, quo quidem modo homo etiam semper vivere dici possit. Q. fol. 6 b. οὐ γὰρ τὸν ἕνα τῷ ἀριθμῷ νοῦν λέγομεν ἀεὶ νοεῖν, ἀλλ' ὅτι ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ ἀνθρώπινος νοῦς ἀεὶ νοεῖ. et postea εἰπὼν ὅτι ὅλως δ' οὐ χρόνῳ ἀντὶ τοῦ ὅλῳ κόσμῳ, καὶ ὅλως ἀντὶ τοῦ ὁλικῶς καὶ κοσμικῶς (Q. fol. 7 a.). Simplicius fol. 69 a. tam obscura affert, ut rem plane invertere videatur. ἐπὶ δὲ τῶν ἀϊδίων μέν, ποτὲ δὲ νοούντων καὶ αὖ ποτὲ μὴ νοούντων, οὐδὲ ἐν τῷ ἑνὶ πρότερον τὸ δυνάμει χρόνῳ. τί γὰρ τοῦτο μᾶλλον ἢ τὸ ἐνεργείᾳ διαδεχομένων ἄλληλα; δι' ὃ καὶ αὐτὸς ἐπὶ τῆς ψυχῆς οὐκ ἀξιοῖ χρόνῳ προτέραν εἶναι τὴν δύναμιν ἀλλ' ἐκεῖνο ἀληθῶς ὑπάρχειν, τὸ ποτὲ μὲν νοεῖν αὐτήν, ποτὲ δὲ μὴ νοεῖν.

430a 23. χωρισθεὶς δ' ἐστὶ μόνον τοῦθ' ὅπερ ἐστί] cf. II, 1. § 12. τοῦθ' ὅπερ ἐστί, id quod re vera est. Mens separata nihil est, nisi quod per se est, nulli rei a se alienae immixta; atque ita suum habet τὸ τί ἦν εἶναι.

430a 23. οὐ μνημονεύομεν δέ, ὅτι τοῦτο μὲν ἀπαθές, ὁ δὲ παθητικὸς νοῦς φθαρτός κτλ.] (cf. I, 4. 408b 25). Si pars aliqua nostri aeterna est, quaeritur sane, quid sit, quod nihil meminerimus; eaque quaestio Aristoteli eo gravior est, quod ita Plato, ut in Menone, animum praeteritae vitae reminisci statuit. Quam ut quaestionem devitaret, haec addidit. Quod aeterna mentis pars nihil patitur, memoriae subiecta non est; pateretur enim; nihil igitur memineris, quod non cum intellectu patiente coniunctum est; hic vero intercidit. Ita quidem Platonis doctrina relinquitur, qui summam cogitationem in recordatione posuit. — 25. καὶ ἄνευ τούτου οὐθὲν νοεῖ i. e. ὁ παθητικὸς ἄνευ τοῦ ποιητικοῦ.[1]) Si inverteres, id quod per pronomina licere crederes, tolleretur ἀπάθεια et ipsa agentis intellectus libertas in quandam patientis servitutem assereretur. Fuere tamen, qui in eiusmodi repugnantiam inciderent. Simpl. fol. 69 b. οὐ γὰρ δὴ ἁπλῶς ἀκουστέον τὸ οὐδέν, ὡς μηδὲν τοῦ ἀπαθοῦς ἄνευ τοῦ παθητικοῦ νοοῦντος. πῶς γὰρ ἔτι χωριστός, πῶς ἀμιγής, πῶς τῇ οὐσίᾳ ἔσται ἐνέργεια; Sed negatio non extenuanda, modo sententia, quo pertinet, vere trahatur. Interpretes illud οὐ μνημονεύομεν ad vitam referunt post mortem exspectandam; mente a mortali eius parte segregata fieri non posse, ut praeteritorum meminerimus; immortalem enim ita nihil pati, ut sine reliqua animi parte memoria

1) [Hoc nomen, quod est ὁ ποιητικὸς νοῦς apud Aristotelem legi negat Bz. ind. Ar. 491b 3].

sit nulla. Sed nullum [1]) futuri temporis signum. Platonis vero doctrina, quam aeterna mens quasi cognatam attingit, semet ipsa offerebat, ut oratio in eius mentionem necessario incideret.

Haec fere sunt, quae ex ipso loco consequuntur. Sed ad universam intellectus et agentis et patientis rationem penitus intellegendam vix satisfaciunt. Iam antiquitus magnam de hoc loco ortam esse dissensionem Themistius testis est. Alios intellectum agentem deum fecisse, alios primas propositiones et quae de propositionibus oriantur. Esse aliquid, ex quo intellectus agens divina mens esse videatur, negari non potest. Cuiusmodi illud maxime est *οὐχ ὁτὲ μὲν νοεῖ, ὁτὲ δ' οὐ νοεῖ.* Sed iam Themistius refutavit, illa verba urgens *ἀνάγκη καὶ ἐν τῇ ψυχῇ ὑπάρχειν ταύτας τὰς διαφοράς.* Quae verba aperte de humano agere animo. Sed etiam graviora sunt indicia. Iam supra hanc de separabili aliqua mentis parte doctrinam praeparari vidimus. cf. II, 1. § 12. II, 2. § 9. III, 4. 430a 5 *τοῦ δὲ μὴ ἀεὶ νοεῖν τὸ αἴτιον ἐπισκεπτέον* (hoc aperte de humana mente). metaph. *Λ*, 3. 1070a 24. *εἰ δὲ καὶ ὕστερόν τι ὑπομένει σκεπτέον. ἐπ' ἐνίων γὰρ οὐθὲν κωλύει, οἷον εἰ ἡ ψυχὴ τοιοῦτον, μὴ πᾶσα ἀλλ' ὁ νοῦς· πᾶσαν γὰρ ἀδύνατον ἴσως.* Qui loci ad hunc profecto tendunt. Accedit, quod illud *οὐ μνημονεύομεν* nihil habet, quo referatur, si ab humana nostra natura discesseris. Quid vero? num intellectus agens unius est humanae mentis? Id credi non potest. Divina mens nihil esse potest, nisi agens intellectus, a quo rerum veritas manat. Hoc quidem loco non dictum est; sed nisi Deum tollere velles, necessario statuendum est. Significatur haec divinae et humanae mentis cognatio metaph. *Λ*, 7. 1072b 19. *ἡ δὲ νόησις ἡ καθ' αὑτὴν τοῦ καθ' αὑτὸ ἀρίστου, καὶ ἡ μάλιστα τοῦ μάλιστα· αὑτὸν δὲ νοεῖ ὁ νοῦς κατὰ μετάληψιν τοῦ νοητοῦ· νοητὸς γὰρ γίγνεται θιγγάνων καὶ νοῶν, ὥστε ταὐτὸν νοῦς καὶ νοητόν. τὸ γὰρ δεκτικὸν τοῦ νοητοῦ καὶ τῆς οὐσίας νοῦς. ἐνεργεῖ δὲ ἔχων· ὥστε ἐκεῖνο μᾶλλον τούτου ὃ δοκεῖ ὁ νοῦς θεῖον ἔχειν, καὶ ἡ θεωρία τὸ ἥδιστον καὶ ἄριστον. εἰ οὖν οὕτως εὖ ἔχει, ὡς ἡμεῖς ποτέ, ὁ θεὸς ἀεί, θαυμαστόν· εἰ δὲ μᾶλλον, ἔτι θαυμασιώτερον. ἔχει δὲ ὧδε.* Quo nos aliquando gaudemus, id deo perpetuo contingit. *καὶ ζωὴ δέ γε ὑπάρχει· ἡ γὰρ νοῦ ἐνέργεια ζωή, ἐκεῖνος δὲ ἡ ἐνέργεια· ἐνέργεια δὲ ἡ καθ' αὑτὴν ἐκείνου ζωὴ ἀρίστη καὶ ἀΐδιος. φαμὲν δὲ τὸν θεὸν εἶναι ζῷον ἀΐδιον ἄριστον, ὥστε ζωὴ καὶ αἰὼν συνεχὴς καὶ*

---

2) [Hoc postea Trdlbgio dubium videbatur; adnotavit enim: Cf. I, 4. 408b 27. *τούτου* (int. *τοῦ ἔχοντος τὸ νοεῖν*) *φθειρομένου οὔτε μνημονεύει οὔτε φιλεῖ.*]

ἀΐδιος ὑπάρχει τῷ θεῷ· τοῦτο γὰρ ὁ θεός. Haec quidem de deo. Sed quomodo fiat, ut humana mens divinae particeps sit, dictum est nusquam. Quod iam Themistius tetigit; quaestionem enim movet, intellectus agens sit ne unus, an multi. Unus erit, si solus divinus; multi, si humanae mentes participes. Themistius in luminis similitudine perstat, etsi ab Aristotele aliam ob causam allata. Sicut sol, cui Plato mentem comparaverit, unus sit, lumen vero in radios discedat: ita intellectum esse unum, sed in multos abeuntem. Quod omnibus unus subsit, fieri, ut alter alterum intellegat.

Quod si *νοῦς ποιητικὸς* in humanam naturam cadit, quaeritur, quod luculenter dictum non est, quid tandem ex animo ad *νοῦν παθητικόν*, quid ad *ποιητικόν* pertineat, quinam sint utriusque fines, quae contra coniunctio. [cf. n. ad 406, 407.]

Aristotelem ab anima vegetanti ad sentientem, a sentienti ad cogitantem ita ascendere vidimus, ut superior inferiori tanquam fundamento niteretur eamque quasi involutam haberet. Quae a sensu inde ad imaginationem mentem antecesserunt, ad res percipiendas menti necessaria; sed ad intellegendas non sufficiunt. Omnes illas, quae praecedunt, facultates in unum quasi nodum collectas, quatenus ad res cogitandas postulantur, *νοῦν παθητικὸν* dictas esse iudicamus; *παθητικὸν* quidem, quod tum ab agente intellectu ad perfectionem perducuntur, tum a rebus, in quibus versantur, afficiuntur et occupantur; *φθαρτὸν* vero propterea, quod a sensibus i. e. a corpore caduco vim et principium repetunt. Ita si animi partes et facultates in unum coalescunt, si in reliquis ex inferioribus superior ita enascitur, ut earum perfectio sit nec superior ab inferiori avelli possit, quid est, quod Aristotelem adduxit, ut, praeclara serie abrupta, novum idque extrinsecus inferret? Cuius rei causae nusquam significatae sunt; sed vestigia, quae eo ferant, sequamur. Quocirca quid officii ad *νοῦν* deferatur, videndum est.

Νοῦς in primis et ultimis scientiae principiis versatur. Ita analyt. post. I, 33. 88b 36. *λέγω γὰρ νοῦν ἀρχὴν ἐπιστήμης.* eth. Nicom. VI, 6. 1141a 7. *λείπεται νοῦν εἶναι τῶν ἀρχῶν.* Quaenam sit *ἀρχὴ* (neque enim omnis ad *νοῦν* redibit), accuratius definitur eth. Nic. VI, 9. 1142a 26. *ὁ μὲν γὰρ νοῦς τῶν ὅρων, ὧν οὐκ ἔστι λόγος* i. e. quorum nulla est demonstratio conclusione effecta. Sic enim explicatur eth. VI, 12. 1143a 36 sqq. *καὶ γὰρ τῶν πρώτων ὅρων καὶ τῶν ἐσχάτων νοῦς ἐστι καὶ οὐ λόγος, καὶ ὁ μὲν κατὰ τὰς ἀποδείξεις τῶν ἀκινήτων ὅρων καὶ πρώτων, ὁ δ' ἐν ταῖς πρακτικαῖς τοῦ ἐσχάτου καὶ ἐνδεχομένου καὶ τῆς ἑτέρας προτάσεως· ἀρχαὶ γὰρ*

τοῦ οὗ ἕνεκα αὗται· ἐκ τῶν καθ' ἕκαστα γὰρ τὸ καθόλου. τούτων οὖν ἔχειν δεῖ αἴσθησιν, αὕτη δ' ἐστὶ νοῦς. διὸ καὶ φυσικὰ δοκεῖ εἶναι ταῦτα, καὶ φύσει σοφὸς μὲν οὐδείς, γνώμην δ' ἔχειν καὶ σύνεσιν καὶ νοῦν. σημεῖον δ' ὅτι καὶ ταῖς ἡλικίαις οἰόμεθα ἀκολουθεῖν, καὶ ἥδε ἡ ἡλικία νοῦν ἔχει καὶ γνώμην, ὡς τῆς φύσεως αἰτίας οὔσης. διὸ καὶ ἀρχὴ καὶ τέλος νοῦς· ἐκ τούτων γὰρ αἱ ἀποδείξεις καὶ περὶ τούτων. Quae hic de intellectu, qualis agendi consilium spectat, dicuntur, seponenda sunt. Neque enim haec ea mens, quae in summis rerum causis occupata principia petit, sed quae singula quaeque ad praecepta accommodare scit, ut in eo Aristoteles magis vulgarem sermonis usum, quam subtile discrimen secutus esse videatur. [Fusius hunc locum Trdlbg. exposuit in libro: Historische Beiträge zur Philosophie II, 375—384.] Sed haec rerum principia nonne e singulis inductione (*ἐπαγωγῇ*) colliguntur? nonne ita a sensibus repetuntur, ut nova vi praeter continuam facultatum seriem illata plane non opus sit? Statui ita ab Aristotele, in vulgus creditur, ne sensuum et experientiae [1]) fines superasse videatur. Sunt quidem argumenta, quibus singulis et dispersis probetur. cf. analyt. prior. I, 30. post. I, 18. phys. VII, 4 [2]). Sed haec non sufficiunt. Scientia ab altiore aliquo ultimum veri testimonium consequitur idque *νοῦς*. Hoc iam in ipsis analyticis, quibus cetera inductioni plurimam tribuitur, indicatur. analyt. post. II, 19. 100ᵇ 8. *ἀληθῆ δ' ἀεὶ ἐπιστήμη καὶ νοῦς, καὶ οὐδὲν ἐπιστήμης ἀκριβέστερον ἄλλο*

---

1) [Cf. Trdlbg. hist. Beitr. II, 373: „Vielleicht ist im Aristoteles keine Lehre wichtiger, als seine Lehre vom *νοῦς;* denn die letzten Principien seiner Philosophie gehen in den *νοῦς* zurück, und in der Auffassung des *νοῦς* entscheidet sich die grosse Frage, wie weit Aristoteles, nachdem er die Ideen Plato's bestritten hatte, dennoch dem menschlichen Geiste einen eigenthümlichen, über die nackte, sinnliche sammelnde Erfahrung hinausgehenden Ursprung nothwendiger Erkenntniss zugesprochen habe. Aber vielleicht ist auch im Aristoteles keine Lehre schwieriger und dunkler, als seine Lehre vom *νοῦς;* denn Ar. behandelt ihn nirgend in dem vollen Zusammenhange und in der Ausführung, welche uns sein positives Wesen und seine eigenthümlichen Thätigkeiten aufschlössen."]

2) Analyt. pr. I, 30. 46ª 18. *διὸ τὰς μὲν ἀρχὰς τὰς περὶ ἕκαστον, ἐμπειρίας ἐστι παραδοῦναι — ληφθέντων γὰρ ἱκανῶς τῶν φαινομένων οὕτως εὑρέθησαν ἀστρολογικαὶ ἀποδείξεις.* anal. post. I, 18. 81ª 40. *εἴπερ μανθάνομεν ἢ ἐπαγωγῇ ἢ ἀποδείξει· ἔστι δ' ἡ μὲν ἀπόδειξις ἐκ τῶν καθόλου· ἡ δ' ἐπαγωγὴ ἐκ τῶν κατὰ μέρος. ἀδύνατον δὲ τὰ καθόλου θεωρῆσαι εἰ μὴ δι' ἐπαγωγῆς.* phys. VII, 3. 247ª 30. *κατ' οὐδεμίαν γὰρ δύναμιν κινηθεῖσιν ἐγγίνεται τὸ τῆς ἐπιστήμης ἀλλ' ὑπάρξαντός τινος· ἐκ γὰρ τῆς κατὰ μέρος ἐμπειρίας τὴν καθόλου λαμβάνομεν ἐπιστήμην.*

γένος ἢ νοῦς, αἱ δ' ἀρχαὶ τῶν ἀποδείξεων γνωριμώτεραι, ἐπιστήμη δ' ἅπασα μετὰ λόγου ἐστί, τῶν ἀρχῶν ἐπιστήμη μὲν οὐκ ἂν εἴη, ἐπεὶ δ' οὐδὲν ἀληθέστερον ἐνδέχεται εἶναι ἐπιστήμης ἢ νοῦν, νοῦς ἂν εἴη τῶν ἀρχῶν, ἔκ τε τούτων σκοποῦσι καὶ ὅτι ἀποδείξεως ἀρχὴ οὐκ ἀπόδειξις, ὥστε οὐδ' ἐπιστήμης ἐπιστήμη. εἰ οὖν μηδὲν ἄλλο παρ' ἐπιστήμην γένος ἔχομεν ἀληθές, νοῦς [1]) ἂν εἴη ἐπιστήμης ἀρχή. καὶ ἡ μὲν ἀρχὴ τῆς ἀρχῆς εἴη ἄν, ἡ δὲ πᾶσα ὁμοίως ἔχει πρὸς τὸ ἅπαν πρᾶγμα. Sed de his quae in prooemio diximus videas. p. 143 sqq. Ad haec principia supra sensus evecta pertinent verba metaph. *K*, 7. 1064ᵃ 7. λαμβάνουσι δὲ τὸ τί ἐστιν (αἱ ἐπιστῆμαι) αἱ μὲν διὰ τῆς αἰσθήσεως αἱ δ' ὑποτιθέμεναι. Unde vero subiciunt, nisi ex ipsa mente?

Qualis haec sit mentis ratio, quibus finibus cohibeatur, quomodo vi sua ad scientiam statuendam utatur, nusquam ab Aristotele expositum accepimus. Themistius p. 557. (Herm. Barb.) ita quidem describit: „Nec enim is (intellectus agens) ex uno genere in aliud transit neque componit quicquam aut dividit, neque discursu utitur ad res noscendas, sed comprehensione quadam." Sed fides sit penes auctorem.

Quodsi Aristoteles mentem adeo divinum aliquid esse statuit, ut a reliqua naturali facultatum serie seiungeret: consentaneum fuit, ut ex hac non enasci, sed ad eam extrinsecus accedere putaret; id quod in secundo de generatione animalium

---

1) [Cf. Trdlbg. l. l. 374: „Wenn Ar. am Schluss der analytica posteriora in dem wichtigen neunzehnten Kapitel des zweiten Buches den Gang des menschlichen Erkennens von der Sinneswahrnehmung an durch die ἐμπειρία hindurch zur Wissenschaft hin beschreibt, und dabei zuletzt nach der Quelle der Principien für die Wissenschaft sucht: so zeigt er nur, dass diese weder die Meinung und Berathung, noch die Wissenschaft selbst sein könne, jene nicht, weil sie immer noch einen Grund fordere — was vom Begriff des Princips ausgeschlossen sei. Sie müsse daher, fährt er fort, der νοῦς sein, der allein als Ursprung wahrer Erkenntniss übrig bleibe. Wir erfahren auf diese indirecte Weise, dass der νοῦς ἐπιστήμης ἀρχή sei, aber in welcher Ausdehnung oder Beschränkung und wie er verfahre, indem er das Princip schöpfe, und in welchem Zusammenhange er mit den übrigen erkennenden Thätigkeiten des Geistes stehe, das erfahren wir nicht." Ad hanc difficultatem solvendam Trdlbg. haec affert. elem. log. Ar. § 69. p. 169. „Intellectus principium est principii; intellectu enim nihil est verius. Quemadmodum verum naturam scientia lege et ratione comprehendit et quasi denuo gignit: ita intellectus principia refert. Hic igitur ut naturae, ita scientiae auctor. In quo is est consensus, quem cognitio expetit: ut res et rerum actiones a natura vel coniunguntur vel disiunguntur: ita notiones vel coniungendae vel disiungendae sunt." Cf. huius editionis p. 147.]

libro disertis verbis declaratur. II, 3. 736ᵇ 22. *ὅσων γάρ ἐστιν ἀρχῶν ἡ ἐνέργεια σωματική, δῆλον ὅτι ταύτας ἄνευ σώματος ἀδύνατον ὑπάρχειν, οἷον βαδίζειν ἄνευ ποδῶν· ὥστε καὶ θύραθεν εἰσιέναι ἀδύνατον. οὔτε γὰρ αὐτὰς καθ' ἑαυτὰς εἰσιέναι οἷόν τε ἀχωρίστους οὔσας, οὔτ' ἐν σώματι εἰσιέναι· τὸ γὰρ σπέρμα περίττωμα μεταβαλλούσης τῆς τροφῆς ἐστίν. λείπεται δὲ τὸν νοῦν μόνον θύραθεν ἐπεισιέναι καὶ θεῖον εἶναι μόνον· οὐδὲ γὰρ αὐτοῦ τῇ ἐνεργείᾳ κοινωνεῖ σωματικὴ ἐνέργεια. πάσης μὲν οὖν ψυχῆς δύναμις ἑτέρου σώματος ἔοικε κεκοινωνηκέναι καὶ θειοτέρου τῶν καλουμένων στοιχείων· ὡς δὲ διαφέρουσι τιμιότητι αἱ ψυχαὶ καὶ ἀτιμίᾳ ἀλλήλων, οὕτω καὶ ἡ τοιαύτη διαφέρει φύσις.* — et paulo post 737ᵃ 8: *τὸ δὲ τῆς γονῆς σῶμα ἐν ᾧ συναπέρχεται τὸ σπέρμα τὸ τῆς ψυχικῆς ἀρχῆς, τὸ μὲν χωριστὸν ὂν σώματος ὅσοις ἐμπεριλαμβάνεται τὸ θεῖον· τοιοῦτος δ' ἐστὶν ὁ καλούμενος νοῦς.* Ita mens sola divinitus in foetum intrat; id quod cum universa, qualis posita est, mentis ratione plane consentit.

Superest obscura quaestio, quae, etsi iam superiore capite tacta, huc maxime pertinet. Quid est, quod intellectus semet ipsum intellegere, *νοῦς* et *νοητὸν* idem esse dicitur? Quod ut statueret, ipsa Aristoteles dialectica impulsus est. Si enim cavendum est, ne infinita abeant consilia et fines alter alterum expetentes, neve mentem extrinsecus suspensam facias, eoque exteras res ipsa mente maiores ponas: mentem, quidquid agit, ex se ipsa depromere i. e. semet ipsam cogitare necesse est. Ita metaph. Λ, 10. 1075ᵇ 8. *Ἀναξαγόρας δὲ ὡς κινοῦν τὸ ἀγαθὸν ἀρχήν, ὁ γὰρ νοῦς κινεῖ· ἀλλὰ κινεῖ ἕνεκά τινος, ὥστε ἕτερον πλὴν ὡς ἡμεῖς λέγομεν.* Id igitur Aristoteles effugere studet, ne summa mente aliud quid plus valeat eoque id ipsum, cuius causa est, tollatur. ibid. Λ, 9. 1074ᵇ 15. *δοκεῖ μὲν γὰρ εἶναι τῶν φαινομένων θειότατον (νοῦς), πῶς δ' ἔχων τοιοῦτος ἂν εἴη, ἔχει τινὰς δυσκολίας. εἴτε γὰρ μηθὲν νοεῖ, τί ἂν εἴη τὸ σεμνόν, ἀλλ' ἔχει ὥσπερ ἂν εἰ ὁ καθεύδων· εἴτε νοεῖ, τούτου δ' ἄλλο κύριον (οὐ γάρ ἐστι τοῦτο ὅ ἐστιν αὐτοῦ ἡ οὐσία νόησις, ἀλλὰ δύναμις), οὐκ ἂν ἡ ἀρίστη οὐσία εἴη· διὰ γὰρ τοῦ νοεῖν τὸ τίμιον αὐτῷ ὑπάρχει κτλ.* 33. *αὑτὸν ἄρα νοεῖ, εἴπερ ἐστὶ τὸ κράτιστον καὶ ἔστιν ἡ νόησις νοήσεως νόησις. φαίνεται δ' ἀεὶ ἄλλου ἡ ἐπιστήμη καὶ ἡ αἴσθησις καὶ ἡ δόξα καὶ διάνοια, αὑτῆς δ' ἐν παρέργῳ κτλ.* Si absolutum id est, quod ad nihil nisi ad se ipsum refertur; sequitur sane mentem, siquidem absoluta est, se ipsam cogitare. Met. Λ, 7. 1072ᵃ 30. *ἀρχὴ γὰρ ἡ νόησις·*

νοῦς δὲ ὑπὸ τοῦ νοητοῦ κινεῖται, νοητὴ δὲ ἡ ἑτέρα συστοιχία καθ' αὑτήν (alterum ex oppositis, quae inter se coniuncta sunt, ut h. l. *νοῦς* intellegendus videatur). *καὶ ταύτης ἡ οὐσία πρώτη καὶ ταύτης ἡ ἁπλῆ καὶ κατ' ἐνέργειαν.* Quomodo fiat, ut intellectus se ipse intellegat, significatur metaphys. *Λ*, 7. 1072b 20. *αὑτὸν δὲ νοεῖ ὁ νοῦς κατὰ μετάληψιν τοῦ νοητοῦ· νοητὸς γὰρ γίγνεται θιγγάνων καὶ νοῶν, ὥστε ταὐτὸν νοῦς καὶ νοητόν. τὸ γὰρ δεκτικὸν τοῦ νοητοῦ καὶ τῆς οὐσίας νοῦς ἐνεργεῖ δὲ ἔχων.* Mens itaque, quia agit, eoque ipso quod agit, semet ipsam cogitat et sui ipsius quasi compos fit.

Cap. 6. [1]

[*Ὁ νοῦς* versatur et *περὶ τὰ ἁπλᾶ*, quae sunt *ἀδιαίρεται* et *περὶ τὰ σύνθετα*, quorum illa necessaria, haec errori exposita sunt.]

1. Falsum non admitti, si individua cogites (§ 1. et § 7.; propria enim exeunte capite ad individua redeunt.

1) [De paragg. 1 et 2 cf. Vahlen Aristotelische Aufsätze. I. p. 6. „Aristoteles geht davon aus, dass im Denken des Einfachen der Irrthum nicht sei, dass aber wo sowohl Irrthum als Wahrheit sei, bereits eine Zusammensetzung von Begriffen stattfinde und erläutert zunächst diese Synthesis an einem Beispiele, welches ihm Empedocles Naturanschauung darbietet, nach welcher erst die Glieder für sich vorhanden gewesen, dann eine Vereinigung derselben eingetreten sei; so würden im Bereiche des Denkens die gesonderten Einzelbegriffe zusammengesetzt, wie Incommensurabilität und Diagonale. Der feste Zusammenschluss dieses Theils wird nicht unerheblich dadurch gestört, dass vor *οὕτω* ein Punkt gesetzt wird, während ein Komma oder Kolon besser am Platz ist; denn der Hauptsatz *σύνθεσίς τις ἤδη νοημάτων* wird nach dem Vergleichungssatze in der bekannten Weise (cf. Beiträge zu Ar. Poet. IV. 416 und Zeitschrift östr. Gymnasien 1867. 723 ff.) wider aufgenommen, dass der in die Mitte gestellte Vergleichungssatz nach beiden Seiten sein Correlat hat: in noch genauerer Wideraufnahme des Hauptsatzes hätte es heissen können *οὕτω καὶ τούτων* (scil. *νοημάτων*) *σύνθεσίς ἐστιν*, allein für den dazwischen gestellten Satz *Ἐμπεδοκλῆς ἔφη — συντίθεσθαι τῇ φιλίᾳ* war der Verbalausdruck angemessener, an den dann weiter das Beispiel *οἷον τὸ ἀσύμμετρον καὶ ἡ διάμετρος* (scil. *κεχωρισμέναι συντίθεται*) bequemer sich anschloss. Statt dieses einen Beispiels hat Torstrik ein doppeltes gegeben *οἷον τὸ ἀσύμμετρον καὶ ἡ διάμετρος ἢ τὸ σύμμετρον καὶ ἡ διάμετρος* (ebenso Simplicius, nicht aber Themistius und Philoponus) — —: gegen Aristoteles Absicht, der erst später durch ein Beispiel deutlich macht, wie die *σύνθεσις* so gut falsch als wahr sein kann, hier aber nur darthun will, dass die gesonderten *νοήματα* vermittelst der *σύνθεσις* eine organische Einheit eingehen, wie *κόρσαι* und *αὐχένες* in Empedocles Vers.]

2. Falsum in iis, quae cogitatione componuntur, locum habere (§ 1. 2).

3. Tres esse simplicium et individuorum modos (§ 3. 4. 5).

§ 1. 430ᵃ 26. Cf. ad II, 6. metaph. *E*, 4. 1027ᵇ 19. *Θ*, 10. 1051ᵇ 2. de quo loco v. ad II, 1. in. — Quantum rei natura cavere potest, ne in ipsa percipienda erretur, tantum individua et simplicia provident. Nihil enim spatii concedunt, quo mens errore vagetur. Si nihilominus erratur, id sola mentis culpa fit; res enim nullam occasionem dedit. Haec ad iudiciorum vel veritatem vel falsitatem adhibita sunt de interpr. 1, 16ᵃ 8. *περὶ μὲν οὖν τούτων εἴρηται ἐν τοῖς περὶ ψυχῆς· ἄλλης γὰρ πραγματείας· ἔστι δ' ὥσπερ ἐν τῇ ψυχῇ, ὁτὲ μὲν νόημα ἄνευ τοῦ ἀληθεύειν ἢ ψεύδεσθαι, ὁτὲ δὲ ἤδη ᾧ ἀνάγκη τούτων ὑπάρχειν θάτερον, οὕτω καὶ ἐν τῇ φωνῇ· περὶ γὰρ σύνθεσιν καὶ διαίρεσιν ἐστὶ τὸ ψεῦδος καὶ τὸ ἀληθές. τὰ μὲν οὖν ὀνόματα αὐτὰ καὶ τὰ ῥήματα ἔοικε τῷ ἄνευ συνθέσεως καὶ διαιρέσεως νοήματι, οἷον τὸ ἄνθρωπος καὶ τὸ λευκόν, ὅταν μὴ προστεθῇ τι· οὔτε γὰρ ψεῦδος οὔτε ἀληθές πω.* Haec quidem ad solam formam pertinent nec intimam veri necessitatem, qualis hic quaeritur, attingunt. Si notionem per se solam cogites, an sit necne, plane non curatur, ut tum demum, cum iudicium perficitur, i. e. cum subiectum et praedicatum coniunguntur, de veritate quaestio sit.

Hoc autem loco mox externa haec duarum notionum coniunctio relinquitur; et de ipsis notionibus an partium vel divisione vel coniunctione errori locum dent, disputatio instituitur.

Qui Empedoclis versus laudatur, tantum abest, ut cogitatam notionum compagem perstringat, ut alio ab Aristotele loco de corpore gignendo eiusque partibus componendis adhibeatur: de caelo III, 2. 300ᵇ 27. *καὶ μίγνυσθαι τοιαύτας μίξεις ἔνια, ἐξ ὧν συνίσταται τὰ κατὰ φύσιν συνιστάμενα σώματα, λέγω δὲ οἷον ὀστᾶ καὶ σάρκας, καθάπερ Ἐμπεδοκλῆς φησι γίνεσθαι ἐπὶ τῆς φιλότητος· λέγει γάρ, ὡς πολλῶν μὲν κόρσαι ἀναύχενες ἐβλάστησαν.* Eodem fere modo de gen. anim. I, 18. 722ᵇ 17. *ὥσπερ γὰρ καὶ μεγάλα ὄντ' ἀδύνατον διεσπασμένα σώζεσθαι καὶ ἔμψυχα εἶναι, καθάπερ Ἐμπεδοκλῆς γεννᾷ, ἐπὶ τῆς φιλότητος λέγων „ᾗ πολλαὶ μὲν κόρσαι ἀναύχενες ἐβλάστησαν." εἶθ' οὕτως συμφύεσθαί φησιν.* Similitudine itaque Aristoteles usus est. Ut Empedocles rerum naturam componendo condidit: ita fit, ut mens notionum coniunctione novas notiones pariat. Sicut in illo versu et caput (*κόρσαι*) et cervices disiunctae iacent: ita in notionum exemplo lineae diagonalis et quadrati lateris mensura nihil commune habent. Linea

diagonalis et quadrati latus quoniam communi mensura non utuntur, hac in re inter se aliena sunt; sed quae duo per se distant, cogitatione in unum coniciuntur.

430ᵃ 31. *διάμετρος* non duplex erit circuli radius, ut diametri et ambitus sit comparatio, sed linea diagonalis parallelogramma secans, ut latera cum diagonali in mensurae contentionem vocentur. Hanc quidem h. l. Simplicius et Philoponus significationem statuunt. De qua cum per se dubitari nequeat (Bz. ind. Ar. 184ᵇ 60. *ἡ ἐκ γωνίας εἰς γωνίαν ἀχθεῖσα γραμμὴ* probl. XV. 1. 910ᵇ 11), illud quod in proverbium abiit, *ἐκ διαμέτρου ἀντικεῖσθαι* (phys. VIII, 8. 264ᵇ 15) non ex circuli,[1]) ut explicare solent, sed e parallelogrammi punctis oppositis ductum esse videtur, id quod facile apparet ex loco de interpr. 10, 19ᵇ 35. *πλὴν οὐχ ὁμοίως τὰς κατὰ διάμετρον ἐνδέχεται συναληθεύειν* (*ἀντιφάσεις*), ubi enunciationes ad quadrati terminos ita ordinantur, ut linea diagonalis oppositionis contrariae sit indicium [cf. Trdlbg. elem. log.. Ar. § 10 — 13. p. 74]. Redit apud Aristotelem diametros communis mensurae expers tanquam exemplum sibi constans [Bz. ind. Ar. 185ᵃ 8 sqq.] Circuli ambitum et diametrum communi mensura carere, recentior demum aetas operoso computandi labore dubium non esse demonstravit. Archimedes, Aristotele posterior, ambitus et diametri rationi inveniendae operam dedit. Itaque fieri non potuit, ut Aristoteles eiusmodi exemplum tanquam certum et in vulgus acceptum tot locis proponeret. Esse figuras parallelogrammas, ut certa rectangulorum genera, in quibus linea diagonalis communem cum lateribus mensuram habeat, triangulorum, quae Pythagorea dicuntur, rationes probant. Quadratum proximum est, ad quod exemplum pertineat. Huius enim latera cum linea diagonali communem mensuram non habent. Quod e Pythagoreo, quod vocatur, theoremate facile intelleges. Redit enim linea diagonalis ad radicem e duobus inveniendam. $1^2 + 1^2 = x^2 \parallel 2 = x^2 \parallel \sqrt{2} = x$. Est autem $\sqrt{2}$ numerus irrationalis i. e. numerus, cuius ratio cum uno comparata in infinitum abit. Unde facile sequitur *ἡ διάμετρος ἀσύμμετρος*. Interpretes, Simplicius certe, ad verba *οἷον τὸ ἀσύμμετρον καὶ ἡ διάμετρος* addidisse videntur *ἢ τὸ σύμμετρον καὶ ἡ διάμετρος*. Themistius fol. 91 a.: *ἀλλὰ τὶς μὲν τὸ ἀληθὲς ποιεῖ σύνθεσις, τὶς δὲ τὸ ψεῦδος οἷον τὸ ἀσύμμετρον μὲν συντεθὲν τῇ διαμέτρῳ τὸ ἀληθές, τὸ σύμμετρον δὲ τὸ ψεῦδος.* Philop.

---

1) [Ab utraque significatione formulam repeti censet Bz. ind. 185ᵃ 16.]

P. fol. 8 b. τί βούλεται εἰπεῖν; ὅτι καὶ παρὰ τὸν κατηγορούμενον ἀληθεύει ἢ ψεύδεται ἡ διάνοια. εἰ μὲν γὰρ εἴποι τὴν διάμετρον σύμμετρον, ψεύδεται διὰ τὸν κατηγορούμενον τὸ σύμμετρον. ἀεὶ γὰρ ἀσύμμετρός ἐστι τῇ πλευρᾷ. Simpl. fol. 70 a.: καθάπερ Ἐμπεδοκλῆς ἔφη — — ἔπειτα συντεθεῖσαι τῇ φιλίᾳ, οὕτω καὶ ταῦτα κεχωρισμένα συντίθεται. οἷον τὸ ἀσύμμετρον καὶ ἡ διάμετρος ἢ τὸ σύμμετρον καὶ ἡ διάμετρος.

§ 2.[1]) 430ª 31. ἂν δὲ γιγνομένων ἢ ἐσομένων] quid ἄν? fortasse τῶν legendum est.

---

1) [Cf. Vhl. l. l. p. 8.: „An den bisherigen festgeschlossenen Zusammenhang (des § 1) fügt sich noch das Sätzchen ἂν δὲ γενομένων ἢ ἐσομένων, τὸν χρόνον προσεννοῶν καὶ συντιθείς an, das besser durch ein Kolon als durch ein Punctum von dem vorangegangenen getrennt wird. Der Gedanke im Allgemeinen scheint klar, und wird durch das später folgende Beispiel vom Kleon noch deutlicher: es soll nämlich im engsten Anschluss an das vorige die besondere Art der Synthesis aufgewiesen werden, in welcher die Aussage nicht durch „ist", sondern durch „war" oder „wird sein" angefügt wird: denn mit Recht schreibt Torstrik statt der Vulgata γινομένων mit den Handschriften und den griechischen Erklärern γενομένων. Die Form des Satzes aber ist von der Art, dass man der nothdürftigen Bezeichnung der Construction durch mehrfache Ergänzungen nachhelfen muss. — — Vielleicht möchte es gerathen sein, nach den Eingangsworten des Capitels zu ergänzen ἂν δὲ γενομένων ἢ ἐσομένων νόησις ᾖ, τὸν χρόνον προσεννοῶν καὶ συντιθεὶς νοεῖ. — In diesen Worten nun, die Simplicius genau so gelesen hat, wie wir, hat Torstrik grossen Anstoss an καὶ συντιθεὶς genommen." Wenn es (sagt Vhl.) nach Torstrik eine Absurdität sei, mit Simplicius τὸν χρόνον nicht blos von προσεννοῶν, sondern auch von συντιθείς abhängig zu machen, so lasse sich der Anstoss durch eine andere Construction beseitigen. „Dass συντιθέναι ohne Object eine σύνθεσις machen bedeuten könne, wie προστιθέναι ohne bestimmtes Object eine πρόσθεσις machen heisst (vgl. Beiträge zu Ar. Poet. IV. 435. Stallbaum zu Platons Philebus 34. d. S. Zeitschr. für östr. Gymn. 1872. 511), dürfte man auch ohne Beleg annehmen; in einem Satze aber, wie de motu anim. 701ª 11 ὅταν γὰρ τὰς δύο προτάσεις νοήσῃ, τὸ συμπέρασμα ἐνόησε καὶ συνέθηκεν, wird Niemand τὸ συμπέρασμα auch zum Object von συνέθηκεν machen wollen, und irre ich nicht sehr, wird man auch an unserer Stelle in dem gleich folgenden Satze καὶ γὰρ ἂν τὸ λευκὸν μὴ λευκόν . ., συνέθηκεν das Verbum ohne äusseres Object verstehen müssen. Dass nun Aristoteles sich mit τὸν χρόνον προσεννοῶν nicht begnügt, sondern καὶ συντιθείς noch besonders hinzusetzt, hat seinen Grund darin, dass alles auf die σύνθεσις ankommt, und darauf, dass es eine σύνθεσις ist, wenn ἔστι, wie wenn ἦν oder ἔσται die Aussage mit dem Subject verknüpft (ἢ ἁπλῶς ἢ κατὰ χρόνον).

Auf die bisherige Erläuterung der σύνθεσις, der einfachen und der die Zeit mit einschliessenden, folgt der Satz τὸ γὰρ ψεῦδος ἐν συνθέσει ἀεί. — Nichts nöthigt oder räth auch nur, diesen begründenden Satz auf den zuletzt vorangegangenen zu beziehen, in welchem nicht von der in der σύνθεσις liegenden Wahrheit oder Falschheit, sondern nur davon die

συντίθεται — προσεννοῶν — neglegentius quidem; sed e νοήσει ineuntis capitis depromas νοῦς.

Duo afferuntur compositarum notionum exempla, tempus et negatio; altero falsi quid, altera ipsa notionum perversio et repugnantia exsistere potest. Quae allata sunt, sententiarum serie mutata aptius cohaererent. Simpl. fol. 70 a. καὶ δεῖ ἀναγνόντας, ἐὰν δὲ γενομένων δηλονότι ποιῆταί τις σύνθεσιν καὶ ὑποστίξαντας οὕτως ἐπαγαγεῖν, τὸν χρόνον προσεννοῶν καὶ συντιθείς, πρὸς τῷ κατηγορουμένῳ καὶ ὑποκειμένῳ ἐννοῶν τε καὶ συντιθεὶς τὸν χρόνον. ἐφ' οἷς πάλιν ὑπομιμνήσκει ὅτι ἐν συνθέσει πάντως τὸ ψεῦδος. Ultima, quae apud Aristotelem leguntur, ἀλλ' οὖν ἔστι γε οὐ μόνον τὸ ψεῦδος ἢ ἀληθές, ὅτι λευκὸς Κλέων ἐστίν, ἀλλὰ καὶ ὅτι ἦν ἢ ἔσται ad illa prima redeunt τὸν χρόνον προςεννοῶν καὶ συντιθείς. In utroque de tempore agitur. Sententiam vero ἐνδέχεται δὲ καὶ διαίρεσιν εἶναι πάντα constanter sequeretur [1]) τὸ δὲ ἓν ποιοῦν τοῦτο ὁ νοῦς ἕκαστον. Nec vero librariorum esse vitium tibi facile persuaseris, modo coniunctionum, quibus soluti cuiusdam in cogitando cursus vestigia impressa sunt, vim mente sequaris. Sed haec disiecta membra cogitatione rursus coniungenda sunt.

[430ᵇ 2. 3. [2]) καὶ γὰρ ἂν τὸ λευκὸν μὴ λευκόν, τὸ μὴ λευκὸν λευκὸν συνέθηκεν.] omnes scripti et impressi habent καὶ γὰρ ἂν τὸ λευκὸν μὴ λευκὸν (καὶ cod. T.) τὸ μὴ

Rede ist, dass auch mit Einschluss der Zeitbezeichnung eine Synthesis bezeichnet werden könne. Vielmehr greift Aristoteles jetzt zurück auf den Hauptsatz, auf den alles ankam: ἐν οἷς δὲ καὶ τὸ ψεῦδος καὶ τὸ ἀληθές, σύνθεσίς τις ἤδη νοημάτων. Denn diesem Satze gilt die Begründung τὸ γὰρ ψεῦδος ἐν συνθέσει ἀεί. Wenn es früher hiess καὶ τὸ ψεῦδος καὶ τὸ ἀληθές (ebensogut die Falschheit wie die Wahrheit), so lag doch der Nachdruck auf dem ψεῦδος, welches der νόησις τῶν ἀδιαιρέτων aberkannt war. Nur der Umstand, dass Ar. es zweckmässig fand, im Anschluss an σύνθεσίς τις ἤδη νοημάτων ὥσπερ ἓν ὄντων, diese σύνθεσις selbst näher zu erläutern und auch die andere die Zeit mit bezeichnende einzuschliessen, hat es herbeigeführt, dass der den Hauptgedanken wiederaufnehmende und begründende Satz erst jetzt folgt. — Ist diese Darlegung des Zusammenhanges richtig, so ist der Annahme einer Ineinanderarbeitung zweier verschiedener Redactionen die Grundlage entzogen, und der Zusatz καὶ συντιθείς kann nicht gemacht sein, um den vermeintlichen zerrissenen Zusammenhang nothdürftig zu heilen."]

1) [Cf. tamen infra not. ad 430ᵇ 3. 4.]

2) [In apparatu critico omissi sunt numeri 2. 3. post 2. ἀεὶ om. X et verbum „Codices" post σύνεθηκεν; ita igitnr legas: ‖ 2. ἀεὶ om. X. ‖ 2. 3. λ. τὸ] λ. καὶ τὸ T. ‖ μὴ λευκόν, τὸ μὴ λευκὸν Codices, Vulg. Bekk. etc.]

λευκὸν συνέθηκεν. Mendacium e componendo nasci exemplo probatur, sed τὸ μὴ λευκὸν per se mendacium nullum; est autem τὸ λευκὸν μὴ λευκόν, si illud τὸ μὴ λευκὸν abstuleris. Itaque uncis inclusimus in ed. pr. Recte tamen Roeper in philologo VII, 324 e Philopono coniecit: καὶ γὰρ ἂν τὸ λευκὸν μὴ λευκόν, τὸ μὴ λευκὸν λευκὸν συνέθηκεν. Philoponus folio 86. haec habet: καὶ γὰρ ἐὰν τὸ λευκὸν Σωκράτην εἴποις μὴ λευκόν, ψευδῆ· κἂν μὴ τὸ λευκὸν εἴποις λευκόν, ψευδῆ διὰ τὴν σύνθεσιν ἀναρμόδιον οὖσαν. E Themistio, quoniam neque idem exemplum neque eodem modo proponit, de scriptura nihil constat. Simplicius exemplum praebet simplex; scribit enim: ἐφ' οἷς πάλιν ὑπομιμνήσκει ὅτι ἐν συνθέσει πάντως τὸ ψεῦδος, ἐπειδὴ καὶ τὸ λευκὸν δυνατὸν μὴ λευκὸν οἰηθῆναι, in quibus nihil est de altera parte exempli. — Ante συνέθηκεν comma ponit Vahlen.]

430b 3. 4. ἐνδέχεται δὲ καὶ διαίρεσιν φάναι πάντα. — 5. 6. τὸ δὲ ἓν ποιοῦν τοῦτο ὁ νοῦς ἕκαστον.] Omnia, qualia per se et singula sensibus suscipiuntur, disiuncta et dispersa [1]) sunt, ut mens accedere debeat, quae

1) [Haec minus recte dicta esse Trdlbg. ipse concessit; adnotavit enim: „at vero haec potius διαιρετὰ vel διῃρημένα dicenda erant, quam διαίρεσις." Cf. Vhl. l. l.: „Trdlbg. versteht das: ἐνδέχεται δὲ καὶ διαίρεσιν φάναι πάντα nicht richtig, wenn er ohne zu einer Umstellung zu rathen, doch diesen Satz in enge Beziehung gesetzt wissen will zu dem später folgenden τὸ δὲ ἓν ποιοῦν τοῦτο ὁ νοῦς ἕκαστον. Der Satz kann doppelten Sinn haben, entweder: Man kann aber auch Alles von der διαίρεσις sagen, Alles nämlich, was von der σύνθεσις gesagt worden ist, dass in ihr das ψεῦδος liege, und dass σύνθεσις sogut die ἁπλῆ wie die κατὰ χρόνον, was ja beides auch von der διαίρεσις gilt, wenn darunter die negative Aussage verstanden wird; — oder: Man kann aber auch Alles διαίρεσις nennen, Alles wiederum, was wir σύνθεσις genannt haben. Aristoteles hat bisher nur von der σύνθεσις gesprochen, und unter dieser einen Bezeichnung κατάφασις und ἀπόφασις zusammengefasst, wie er es füglich konnte und auch sonst that z. B. Metaph. 1012a 4. ὅταν μὲ ὡδὶ συνθῇ (ἡ διάνοια) ἢ φᾶσα ἢ ἀποφᾶσα κτλ. So kann man, bemerkt er hier, die Bezeichnung διαίρεσις, die sonst nur der ἀπόφασις angehört, mit gleicher Ausdehnung wie σύνθεσις, von beiden, der ἀπόφασις wie der κατάφασις gebrauchen. Von diesen beiden Auffassungen ist die letztere die der griechischen Erklärer, und sie kann kaum mit Grund bekämpft werden: denn wenn auch διαίρεσις in diesem weiteren Gebrauche nicht nachweisbar sein sollte — mir ist kein Beleg bekannt — in dem hiesigen Zusammenhange war die nach dem Sinne des Wortes mögliche Auffassung nicht unklar. — — Aristoteles fährt fort: ἀλλ' οὖν ἔστι γε οὐ μόνον τὸ ψεῦδος ἢ ἀληθὲς ὅτι λευκὸς Κλέων ἐστίν, ἀλλὰ καὶ ὅτι ἦν ἢ ἔσται. Die Frage, ob man σύνθεσις sagen oder lieber alles διαίρεσις nennen soll, mag auf sich beruhen, aber soviel steht wenigstens fest, Wahrheit und Falschheit liegt nicht blos in

tanquam coniuncta cognoscat. *Νοῦς* vero h. l. non tam artis finibus inclusus, ut capite antecedenti: intellectus agens patienti oppositus. Haec enim coniungendi necessitas prima intellegendi conditio.

§ 3. 4. 5. 430b 6 sqq. Cum tribus simplicium et individuorum modis, qui ponuntur, conferenda sunt e metaphysicis I, 1052a 32. *ἀριθμῷ μὲν οὖν τὸ καθ' ἕκαστον ἀδιαίρετον, εἴδει δὲ τὸ τῷ γνωστῷ καὶ τῇ ἐπιστήμῃ· ὥστ' ἓν ἂν εἴη πρῶτον τὸ ταῖς οὐσίαις αἴτιον τοῦ ἑνός.* *M*, 8. 1084b 14. *ἀδιαίρετον καὶ τὸ καθόλου καὶ τὸ ἐπὶ μέρους καὶ τὸ στοιχεῖον, ἀλλὰ τρόπον ἄλλον, τὸ μὲν κατὰ λόγον τὸ δὲ κατὰ χρόνον.* cf. *Δ*, 6. 1016b 6, 20.[1])

§ 3.[2]) 430b 6. Individuum et simplex in magnitudine positum. Magnitudo vel longitudo aliqua per se et dividua et indi-

---

der Synthesis „Kleon ist weiss," sondern auch in der „Kleon war weiss" oder „wird weiss sein." Das Gedankenverhältniss scheint deutlich: ob man *σύνθεσις* oder *διαίρεσις* sagen solle, das soll nicht weiter erörtert werden, daher in Form des Beispiels die beiden Seiten des Hauptgedankens noch einmal zusammengefasst werden, dass Wahrheit und Irrthum nicht blos in der einfachen Zusammensetzung von Begriffen, sondern auch in der die Zeit mitdenkenden Synthese gelegen sei. Diesem Gedankenfortschritt aber ist die Partikelverbindung *ἀλλ' οὖν — γε* vorzüglich angepasst. — — Aristoteles schliesst diese Gedankenreihe ab mit den Worten *τὸ δὲ ἓν ποιοῦν τοῦτο ὁ νοῦς ἕκαστον*, das will sagen, das *ἑνοποιεῖν τὰ κεχωρισμένα*, wie es die *σύνθεσις*, richtig oder unrichtig, vollzieht, ist Sache des *νοῦς*.]

1) [De § 3—6. cf. To: „verba 430b 17. *ἔνεστι* — 20. *μήκει* suo loco pulsa sunt; scribenda erant post 9. *ὁμοίως* — 10. *μήκει*; horum enim verborum illa repraesentant primam editionem. — Cum enim loquatur. Ar. 14. de eo quod est *μὴ κατὰ ποσὸν ἀδιαίρετον ἀλλὰ τῷ εἴδει*, subito redit ad ea quae sunt *κατὰ ποσὸν ἀδιαίρετα* nullam omnino ob causam. Quod cum sensisset antiquus nescio quis editor, ut haberent verba *ἔνεστι γὰρ κἂν τούτοις κτλ.* — quo referrentur, ante haec verba addidit *ἀλλ' ᾗ ἀδιαίρεται* — absurde; cum enim dicat Aristoteles *κατὰ συμβεβηκὸς δέ, καὶ οὐχ ᾗ ἐκεῖνα* (int. *νοεῖ*), *διαιρετὰ ᾧ* (vel *ᾧ τε*) *νοεῖ καὶ ἐν ᾧ χρόνῳ*, intellegis *οὐχ ᾗ ἐκεῖνα* esse idem ac *οὐχ ᾗ ἀδιαίρετα*: iam qui quaeso bis potest addi *ἀλλ' ᾗ ἀδιαίρετα*? 430b 7 scribit: *οὐδὲν κωλύει νοεῖν τὸ διαιρετὸν ᾗ ἀδιαίρετον*, et ita explicat: „quae per se dividua sunt, velut magnitudo, quia dividi tantum possunt, re vera vero una sunt et individua, possumus ea cogitare tanquam individua."]

2) [Capitis sexti tenorem Torstrikius ita explanat p. 204:

de intellectu theoretico.

a. *Ὁ νοῦς*, qui est individuarum notionum, semper verus est: *ἡ διάνοια*, quae cum subiecto coniungit praedicatum, aut vera aut falsa, 430a 26 — b 6.

b. Quod re dividuum est, id, ubi non dividitur actu, potest cogitari tanquam individuum, et in tempore individuo, — b 10. Ergo non licet quaerere, quod sophistae quaerunt, quid cogitaverit in dimidia parte

vidua est. Est igitur individua *δυνάμει*. Si vero uno mentis quasi ictu, una momenti continuitate, cogitatur, vere et actu (*ἐντελεχείᾳ*) est individua. Continua longitudo per se sola nihil habet, quo individua fiat. Cogitationis vi una et individua efficitur. Quare cum omnia in eo posita sint, ut vere cogitentur, seiungendum et quasi voce augendum est illud *ὅταν νοῇ*. Scripsimus igitur lineola post *νοῇ* interposita: *οὐθὲν κωλύει νοεῖν τὸ ἀδιαίρετον, ὅταν νοῇ, τὸ μῆκος*. i. e. si vere cogitaveris, si cogitando comprehenderis.

Tempus tanquam longum aliquid eandem legem sequitur. Per se et dividuum est et individuum. Neque ita momentum, si cogitatione unum est, dividi potest, ut, quid in utraque dimidia temporis parte cogitetur, dici possit. Neque enim, nisi consulto diremptum, partes discernuntur (*ἀλλ' ἢ δυνάμει*). Sed si quasi cogitationem diviseris, i. e. si utramque eius partem, continuitate sublata, seorsim cogitaveris, ipsum tempus in diversa eius momenta dirimitur, ut plures longitudines fieri videantur. Cogitatio, si quasi e duabus partibus constat, etiam per tempus utrique parti necessarium funditur.

§ 4. 430b 14. Individuum notione (*εἴδει*). *Εἶδος* quantitati oppositum notio est in qualitate posita. Notio unum quasi corpus efficit partes necessario et irrupto vinculo colligens; est igitur individua per se quasi uno spiritu animata. Ita mens notionem uno tempore cogitat et una atque individua animi vi

eius temporis in quo totum cogitavit, — b 11, nisi si quis dimidiam rem post dimidiam cogitavit actu divisam, — b 14.

c. Quod specie individuum est, v. c. album, id cogitatur in tempore individuo et animae sive parte sive facultate individua, nisi quod per accidens dividua est et illa et praeterea tempus in quo cogitatur, — b 17. *χρόνῳ*.

d. Quod per privationem individuum est, id cogitatur per habitum ipsi contrarium, b 20. *ἤ* — b 23. *γνωρίζει*.

e. Neque tamen ipse intellectus est habitus ille, sed potentia intellectus utrumque est: actu est id solum quod ab eo intellegitur, — b 24.

f. Atque hoc ipsum, quod intellectus nulli contrariorum (vel entium) est contrarius et ab omni contrarietate liber [cf. apparatum criticum], in causa est ut necessaria illa (Γ, 5) formae et materiae oppositio intra ipsum intellectum cadat, ut intellectus forma sit, intellectus materia: unde consequuntur magnifica illa, ut sese ipse cognoscat et cogitet et ut actus purus sit et se ipso nitatur, — b 25.

g. Sed summa illa intellectus veritas non apparet nisi in cogitatione notionum simplicium, cum in affirmando et negando anima errori sit obnoxia: quemadmodum ne sensus quidem fallitur, cum album percipit, fallitur demum dum ait illud Album esse hominem, — b 31.]

(ἀδιαιρέτῳ τῆς ψυχῆς pro ἀδιαιρέτῳ ψυχῇ; si enim χρόνῳ supplere velis, nihil novi nanciscaris).

[430b 16. κατὰ συμβεβηκὸς — „sed dividi potest ratione materiae." Jul. Pacius ad h. l. Hoc si acceperis, maiore iure κατὰ συμβεβηκός, quam si notionis partes, quae necessariae sunt spectaveris (hoc Trdlb. dixerat in ed. pr.); ut universa sententia hoc modo procedat: Quod specie et notione est individuum, id materia, si concretum est, per accidens dividuum [1]) potest esse.] Themistius illam notionis κατὰ συμβεβηκὸς divisionem plane aliter accipit. Notionem non suapte natura dividuam esse, sed culpa vocabuli, quod cum mora et productione vocis efferatur. Sed alia est notio, aliud vocabulum; neque huius ulla mentio facta est. Irreperet tempus eiusque demum auxilio illud κατὰ συμβεβηκὸς in notionem caderet; id quod claris Aristotelis verbis repugnat.

§ 5. 430b 20. Individuum privatione. ἡ δὲ στιγμὴ καὶ πᾶσα διαίρεσις καὶ τὸ οὕτως ἀδιαίρετον δηλοῦται ὥσπερ ἡ στέρησις. [2]) ut spatii punctum, ita temporis momentum intellegi videtur (καὶ πᾶσα διαίρεσις) cf. metaph. K, 2. 1060b 14. τομαὶ δὲ καὶ διαιρέσεις αἱ μὲν ἐπιφανειῶν αἱ δὲ σωμάτων, αἱ δὲ στιγμαὶ γραμμῶν, ἔτι δὲ πέρατα τῶν αὐτῶν τούτων· πάντα δὲ ταῦτα ἐν ἄλλοις ὑπάρχει καὶ χωριστὸν οὐθέν ἐστιν. ἔτι πῶς οὐσίαν ὑπολαβεῖν εἶναι δεῖ τοῦ ἑνὸς καὶ στιγμῆς;

1) [De sequentibus Trdlbg. nihil certi statuit. Adnotavit enim: „neque tamen quatenus dividi possunt, quo cogitatur et quo tempore, sed fortasse quod facit, id, quatenus a ratione et notione proficiscitur, ab ipsa materia seiungi nequit."] In ed. pr. legebantur haec: Sed cum in notione rerum notas tanquam partes et notiones distinguere possis, notio dici potest dividua κατὰ συμβεβηκός. Quod κατὰ συμβεβηκὸς non ita accipiendum est, quasi vel dividua animi vi vel dividuo temporis momento exsistere possit. Utrumque enim ad notionem nihil valet. Partes eius artius et accuratius coaluerunt, quam ut, tempore vel animi vi (ᾧ νοεῖ) divisis, dividi possent. Est aliquid a spatio et tempore diversum (χωριστόν), continua cogitationis vis, quae ipsum tempus et spatium unum et individuum facit· Notio vero suis partibus et intima rei necessitate per se una et individua alienam hanc animi vim non requirit. (ἴσως οὐ χωριστόν, ὃ ποιεῖ ἕνα τὸν χρόνον καὶ τὸ μῆκος, non aeque aliquid diversum, quod tempus et spatium unum efficit).

2) [Cf. Trdlbg. Gesch. der Kateg. 108: „Wenn die Beraubung die reale Negation bezeichnet, so geht ihr Inhalt nur durch den Bezug auf dasjenige hervor, was verneint wird, und sie hat an diesem positiven Gegentheil das Wesen ihres Begriffes. cf. metaph. Z. 1032b 3. Θ, 2. 1046b 8. phys. II, 3. 195a 12. de an. III, 6. 430b 20." Bz. ind. Ar. 700a 30, 50.]

οὐσίας μὲν γὰρ πάσης γένεσίς ἐστι, στιγμῆς δ' οὐκ ἔστιν· διαίρεσις γὰρ ἡ στιγμή. Punctum si constituere volueris, linea ad eius principium redigitur; punctum a linea disiungitur (*διαίρεσις*); est enim terminus nec per se quicquam. Quod privatione continetur, non per se, sed eo ipso, quo privatum est, cognoscitur. Malum bono eiusque lege inclarescit.

§ 6. 430b 23. Digressio a re, quae cognoscitur, ad cognitionis rationem.

430b 23. *δεῖ δὲ δυνάμει εἶναι τὸ γνωρίζον καὶ ἐνεῖναι* [1]) *ἐν αὐτῷ.*] Ita Bekkerus pro *ἓν εἶναι.* Illud etiam Simplicius in commentariis agnoscit, cum hoc, quod ne intellegitur quidem, in Aristotelis verbis commentario praepositis legatur; id quod indicio est, hunc textum ab ipso commentario segregatum a posteriore manu esse profectum. Sunt autem Simplicii verba fol. 72 a. *δεῖ οὖν φησι δυνάμει εἶναι τὸ νοοῦν ταῦτα δηλαδή. τουτέστιν ἀτελέστερον ἢ τὸ τὰ εἴδη νοοῦν καὶ τῷ δυνάμει συμπεπλεγμένον καὶ ἐνεῖναι ἐν αὐτῷ τῷ νοοῦντι τὸ δυνάμει· τοῦτο δὲ προστέθεικεν, ἵνα μὴ μόνον δυνάμει εἶναι τὸ νοοῦν ὑπονοήσωμεν.* Illud *ἐνεῖναι* reici videtur a Philopono, qui his verbis explicationem orditur: *ἓν εἶναι λέγεται ἀντὶ τοῦ ὑπάρχει.* At quasi de integro incipiens pergit: *νυνὶ δὲ ζητεῖν πῶς δεῖ νοεῖν τὸ θεῖον*, et, quae sequuntur, lectionem *ἐνεῖναι* aperte tuentur: *καὶ πάλιν τὸ γνωριζόμενον ἐνυπάρχειν ἐν αὐτῷ τῷ γνωρίζοντι, ὅταν γνωρίζῃ αὐτό.*

430b 24. [2]) *εἰ δέ τινι μή ἐστιν ἐναντίον τῶν αἰτίων, αὐτὸ ἑαυτὸ γινώσκει καὶ ἐνεργείᾳ ἐστὶ καὶ χωριστόν.*]

---

1) [ad 430b 23. To. p. 193. haec habet: „Dixerat Aristoteles de iis cognoscendis, quae, sicut malum, privata sunt aliquo habitu, eaque hoc ipso habitu cognosci affirmaverat cui quidque contrarium esset. Addit *δεῖ δὲ δυνάμει εἶναι τὸ γνωρίζον.* i. e.: intellectus, qui actu nihil est antequam intellegat, potentia utrumque est, et habitus et privatio. Similia de sensibus tradebantur supra, 424a 7—10. cf. 422a 20—31." Iam legit *καὶ μὴ ἓν εἶναι αὐτῶν*, h. e. „intellectum esse potentia utrumque nec vero alterum ex contrariis, v. c. bonum." Disputatum hoc esse contra nonnullos qui animam ex elementis componebant: 405b 24; vel, quod multo probabilius sit, contra Platonem: „is enim *τὸν νοῦν* voluit esse *τὸν ταὐτοῦ κύκλον* (*ταὐτῷ* vero contrarium est *θάτερον*), contra quam sententiam diligenter et accurate disputavit Ar. 406b 25—407b 12.]

2) [430b 24. Aliter ea verba Torstrikius p. 193 sqq. construenda esse censet, subiectum esse *ἐναντίον*: „*εἰ δέ τινι τῶν αἰτίων μή ἐστιν ἐναντίον;* = si cui causae (vel ex causis) non est contrarium"; illam, cui nihil contrarium sit, intellectum futurum esse; — quoniam autem sic simpliciter Ar. de causis loquatur, illas quatuor notissimas (materialem,

Mentis cognitio adeo patet, ut omnia vel ipsa opposita suscipiat. i. e. ut facultate sua sit omnia. Cognoscendo mens ea, quae sibi opposita sunt, in suam potestatem redigit sibique subicit. Ita si, quidquid externae causae obiectum est, subegerit, ut nihil amplius obstet: ad se ipsam redit seque cognoscit, ut libera semet ipsa fruatur et separabilis summa actione utatur. Haec ita sunt comparata, ut rerum experientiam, quam Aristoteles profitetur, mentis quasi imperio submittant. Haec sunt illa lumina a philosophiae historia per universa saecula vel neglecta vel parum intellecta. Quid enim huic sententiae subest, nisi mentem res esse, quae cognoscit, omnemque cognitionem eo contineri, quod res fiat cognita. Rei universitate cognita et quasi a mentis vi superata: mens summa cogitatione semet ipsam cognoscit, ut res ex ipsius sinu et natura effusas esse cernat. Ita mens, rebus cognitis, semet ipsam perficit et absolvit. Haec quidem supra humanam sortem evecta esse videntur, ut fuerint, qui ad Deum referrent. Sed quemadmodum intellectus agens ipsi humanae menti vindicandus erat: ita haec aperte ad hunc redeunt neque quicquam, quod Deum attingat. Philoponus ita exorsus: *νυνὶ δὲ ζητεῖ πῶς δεῖ νοεῖν τὸ θεῖον* — id quod a loco alienum est — reliqua bene exponit: *δεῖ γὰρ τὸ γνωρίζον οὕτως ἐξομοιοῦσθαι τῷ γνωριζομένῳ καὶ ὁμοιοῦσθαι αὐτῷ καὶ δυνάμει αὐτὸ εἶναι καὶ πάλιν τὸ γνωριζόμενον ἐνυπάρχειν ἐν αὐτῷ τῷ γνωρίζοντι ὅταν γνωρίζῃ αὐτό.* Simplicius fol. 72 a. *οὐ γὰρ οὕτω δυνάμει τὸ νοοῦν νῦν εἴρηται, ὡς μηδὲ νοοῦν, ἀλλ' ὡς νοοῦν μὲν καὶ κατ' ἐνέργειαν νοοῦν, συμπεπλεγμένον δὲ τῷ δυνάμει· τουτέστι τῷ ἀτελεῖ καὶ τῇ οἰκείᾳ στερήσει.* — extr.: *δι' ὃ καὶ νῦν αὐτὸν ἑαυτὸν γινώσκειν αὐτὸν συμπεραίνεται. αὐτὸς γὰρ καὶ τὰ εἴδη δευτέρως διὰ τὴν συμφυῆ πρὸς τὸν ὑπὲρ ψυχὴν νοῦν ὕπαρξιν. οὐ γὰρ*

---

formalem, motricem, finalem) esse intellegendas. Iam formam et privationem inter se esse contraria (cf. phys. I, c. 4, 5. 6. 7); materiae autem quamquam nihil sit contrarium, tamen eam intellectum esse non posse. Causam moventem et finalem denique neque inter se esse contrarias neque alteri earum quicquam esse contrarium. Itaque ne eas quidem aptas esse ad intellectum suscipiendum: codicum lectione igitur sensum verum non contineri. Quare coniecit: *εἰ δέ τι μηδενί ἐστιν ἐναντίον τῶν ἐναντίων* (vel *ὄντων*) = at si quid est, quod nulli contrariorum (vel entium) sit contrarium, illud intellectum futurum esse (laudat. met. *Λ*, 10. 1075^{b} 20. *καὶ τοῖς μὲν ἄλλοις ἀνάγκη τῇ σοφίᾳ καὶ τῇ τιμιωτάτῃ ἐπιστήμῃ εἶναι τί ἐναντίον, ἡμῖν δ' οὔ. οὐ γάρ ἐστιν ἐναντίον τῷ πρώτῳ* (h. e. *τῷ νῷ*) *οὐδέν.* de caelo 1, 3. 270^{a} 12. mel. *Λ*. 6. 1071^{b} 19. — Quae quomodo cum antecedentibus cohaereant, expositum est in nota ad § 3.]

δι' ἑτερότητος ὡς ἡ φύσις καὶ τὰ σώματα, ἀλλὰ συμφυῶς αὐτοῦ ἐξῆπται. ἔστι δὲ καὶ ἐνέργεια ὡς οὐδαμῇ τῷ δυνάμει συμπλεκόμενος, ἄϋλος δὲ ὤν, ὅταν χωρισθῇ τῶν δευτέρων καὶ προβαλλομένων καὶ ἔξω ῥεπουσῶν ζωῶν. ὅθεν καὶ αὐτὸς εἰπὼν ἐνέργειαν τὸν τοιοῦτον νοῦν προστέθεικε καὶ χωριστός (στόν?) — Themistius, quemadmodum supra intellectum agentem et intellectum potentiae distinxerat, ita eodem discrimine hunc locum contorquet. p. 577. (Herm. Barb.) — Th. C. Schmidt in disputatione de individuorum et compositorum intellegentia Erfurdt 1826 legendum iudicat (p. 11) εἰ δέ τι μή ἐστιν ἐναντίον, facili quidem molimine, sed quod sententiam neque immutet neque illustret.

§ 7. 430b 26. Affirmatio per se vel vera vel falsa. Mens autem notionis necessitatem sequens vera.

430b 26. ἔστι δ' ἡ μὲν φάσις[1]) τι κατά τινος, ὥσπερ ἡ κατάφασις, καὶ ἀληθὴς ἢ ψευδὴς πᾶσα] [„τινὸς κατά τινος, τινὸς ἀπό τινος — his praepositionibus, quarum aliquid altera ad rem refert, altera a re amovet, affir-

1) [§ 7. 430b 26. De verbis, quae sunt φάσις et κατάφασις Bz. in indice 813a 10 sqq. haec habeti „φάσις (cf. φάναι). τὸ ὄνομα ἢ ῥῆμα φάσις ἔστω μόνον de interpr. 5, 17a 17; 4, 16b 27 (Wz. ad 32a 28); distant κατάφασις et ἀπόφασις, quae esse nequeunt ἄνευ συμπλοκῆς cat. 4, 2a 5; — sed hoc discrimen plerumque Aristotelis ipse non servat, est enim φάσις vel id quod κατάφασις: ἡ φάσις τι κατά τινος ὥσπερ ἡ κατάφασις de anima III, 6 430b 26. κτλ. —, vel φάσις tanquam universalior notio κατάφασιν et ἀπόφασιν complectitur et omnino enunciationem significat." Eodem modo igitur, quo Trdlbg. nostrum locum legit — Torstrikius easdem fere significationes statuit; nullam vero hic aptam esse: quod si φάσις 1) idem sit atque ἀπόφανσις, Aristotelem scribere non potuisse ὥσπερ ἡ κατάφασις, quoniam cum ex genere descenderet ad species declarandas voce οἷον ei utendum fuisset; sin φάσις 2) idem sit atque κατάφασις scribi non posse φάσις ὥσπερ ἡ κατάφασις. si denique φάσις 3) sit notio extra enunciati nexum posita, nullo modo dici posse φάσις κατά τινος. Corruptum igitur nostrum locum videri et legendum esse: ἔστι δ' ἡ μὲν κατάφασίς τι κατά τινος, ὥσπερ καὶ ἡ ἀπόφασις. Hoc enim Aristotelem exponere: „Summa intellectus veritas non apparet nisi in cogitatione notionum simplicium, cum in affirmando et negando anima errori sit obnoxia." (cf. met. Θ, 10. 1051b 22. ἢ ὥσπερ οὐδὲ τὰ ἀληθὲς ἐπὶ τούτων τὸ αὐτό, οὕτως οὐδὲ τὸ εἶναι· ἀλλ' ἔστι τὸ μὲν ἀληθὲς τὸ δὲ ψεῦδος, τὸ μὲν θιγεῖν καὶ φάνει ἀληθές, (οὐ γὰρ ταὐτὸ κατάφασις καὶ φάσις), τὸ δ' ἀγνοεῖν μὴ θιγγάνειν· ἀπατηθῆναι γὰρ περὶ τὸ τί ἐστιν οὐκ ἔστιν ἀλλ' ἢ κατὰ συμβεβηκός). Summa igitur loci cum in φάσεως et καταφάσεως discrimine posita sit, Aristotelem τὴν κατάφασιν significare non potuisse τῆς φάσεως nomine, hoc est nomine eius rei, quae ab illa esset distinguenda.]

mandi et negandi vis, quae in sola mente est, cum externa spatii et motus similitudine coniungitur; unde maior exsistit perspicuitas." Trdlbg. el. log. Ar. § 4. p. 59]. cf. analyt. post. I, 2. 72a 13. *μόριον δ' ἀντιφάσεως τὸ μὲν τὶ κατά τινος κατάφασις, τὸ δὲ τὶ ἀπό τινος ἀπόφασις.* de interpr. 6. 17a 25. *κατάφασις δέ ἐστιν ἀπόφανσίς τινος κατά τινος. ἀπόφασις δέ ἐστιν ἀπόφανσίς τινος ἀπό τινος.* de interpr. 10. 19b 5. *ἐπεὶ δέ ἐστί τι κατά τινος ἡ κατάφασις σημαίνουσα.* Ad quae accedunt metaph. *Γ*, 4. 1007b 30. *H*, 3. 1043b 31. *εἴπερ τι κατά τινος σημαίνει ὁ λόγος ὁ ὁριστικός.* Mentis veritas cum affirmatione et negatione comparatur. Si aliquid de aliquo enunciatur, vel verum vel falsum esse potest; aliquid enim ad aliquid refertur, ita tamen ut haec relatio, si nulla lex accesserit, ex arbitrio pendeat. Unde non est, quo veri numeros habeat. *ὁ δὲ νοῦς οὐ πᾶς, ἀλλ' ὁ τοῦ τί ἐστι κατὰ τὸ τί ἦν εἶναι ἀληθής*, mens vero quid res sit cogitans intimam eius notionem secuta vera est. Omnis huius brevitatis vis in praepositione (*κατὰ*) et in certa *τοῦ τί ἐστι* et *τοῦ τί ἦν εἶναι* oppositione [1]) sita est. Mens, si vera cogitat, non externam quandam copulam (*τὶ κατά τινος*) efficit, sed intimam notionis necessitatem sequitur (*τὸ τί ἐστι κατὰ τὸ τί ἦν εἶναι*). Mentis actio ad res non refertur tanquam alienum ad alienum, sed quasi in eius naturam se insinuat, ut tanquam sibi ipsi proprium comprehendat (*ὥσπερ τὸ ὁρᾶν τοῦ ἰδίου ἀληθές* cf. ad II, 6. § 2. Mens necessitatem habet, quatenus *τὸ τί ἐστι* cogitat *τὸ τί ἦν εἶναι* secuta. Notionem, antequam materia exprimeretur, res ipsas constituentem *τῷ τί ἦν εἶναι* significari vidimus (cf. ad II, 1. § 8, II, 2. § 10. II, 4. § 9, III, 4. § 1. 8). Hanc notionem ita ipsa materia expressam, ut in eam et quale et quantum cadat, *τὸ τί ἐστι* indicat. Ubi materia una cum notione animo obversatur, *τὸ τί ἐστι* locum habet. [cf. tamen notam.] Hoc igitur Aristoteles sibi vult, ut singulae quaeque res ex universa eius natura cogitentur. Quod si fit, necessaria ratio, neque externum aliquod vinculum (*τὶ κατά*

---

1) [Eam oppositionem iusto artius esse Trdlbg. ipse concessit. Gesch. d. Kateg. 36. 51: „Die Bestimmung des *τί ἦν εἶναι* fällt hiernach ganz in das *τί ἐστι*. — de an III, 6. 430b 27. der Verstand denkt wahr, wenn er das Wesen der Erscheinung nach dem hervorbringenden Grunde denkt. Ar. sieht in dieser der materiellen Erscheinung entgegengesetzten Thàt auf ähnliche Weise das Eigenthümliche des Verstandes, wie es das Eigenthümliche des Gesichts ist, die Farbe wahrzunehmen und darin eine sinnliche Form von der sinnlichen Materie abzuscheiden (*ὥσπερ τὸ ὁρᾶν τοῦ ἰδίου ἀληθές*)." cf. not. 2 ad I, 1. 402a 12.]

τινος) inventum est. Haec τοῦ τί ἦν εἶναι et τοῦ τί ἐστι coniunctio individua quaedam est necessitudo, ut oratio ad id, unde profecta est, tacite revertatur. Quemadmodum eius, quod a singulis quibusque sensibus tanquam proprium percipitur, nullum penes reliquos iudicium, ut sui a quoque veritas petenda sit: ita unius mentis sunt notiones materia immunes. Sicut in illis, si cum certis quibusdam rebus coniungenda sunt, velut si, hiccine albus sit annon, dicendum est, error in facili est: ita in his, quae menti subiecta sunt, ut haec quoque ad ἀδιαίρετα redeant. cf. metaph. Θ, 10. 1051^b 26. ἀπατηθῆναι γὰρ περὶ τὸ τί ἔστιν οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ἢ κατὰ συμβεβηκός. metaph. E, 3. 1027^b 25. οὐ γάρ ἐστι τὸ ψεῦδός τε καὶ τὸ ἀληθὲς ἐν τοῖς πράγμασιν, οἷον τὸ μὲν ἀγαθὸν ἀληθές, τὸ δὲ κακὸν εὐθὺς ψεῦδος, ἀλλ' ἐν διανοίᾳ· περὶ δὲ τὰ ἁπλᾶ καὶ τὸ τί ἐστιν οὐδ' ἐν διανοίᾳ. Cum ἀδιαίρετα saepius difficillima sint et inventu et cogitatu: mirum est, Aristotelem ab his maxime errorem removisse. Sed dum ab alia parte removebat, ab alia admisit. Si ἀδιαίρετον aliquid perceperis: error abest. Sed accidit, ut διαιρετὸν ἀδιαίρετον fingas speciosis rationibus inductus, vel ut ἀδιαίρετον, quod genere recte perceptum est, huic illi falso tribuas. Hoc illud est κατὰ συμβεβηκός, in quod Aristoteles errorem amandavit, quo scilicet nihil latius patet. Quae individuorum genera distribuit (§ 3. 4. 5), ea ad normam, quam ultimo loco posuit (§ 7), exigenda sunt.

Cap. 7.

Redit quaestio, quomodo mens res cogitet, ita tamen, ut qua ratione cognitionem cupiditas sequatur, appareat. Quem singula communem finem expetant, non satis liquet, ut hic illic magis fortuito[1]) quam necessario filo contineri videantur.

---

1) [Torstrikius in editionis praefatione p. XXV. ita compositum esse exponit caput VI.: „Caput sextum constat ex his particulis:

A.	431^a	1. τὸ — 3. γιγνόμενα.
B.	^a	4. φαίνεται — 7. τετελεσμένου.
C.	^a	8. τὸ μὲν — 16. διώκει.
D.	^a	16. διὸ — 17. ψυχή.
E.	^a	17. ὥσπερ — 20. πλείω.
F.	^a	20. τίνι — ^b 1. λευκόν.
G.	^b	2. τὰ μὲν — 12. καὶ τινί.
H.	^b	12. τὰ δὲ — 16. ἐκεῖνα.
I.	^b	16. ὅλως — 17. πράγματα.
K.	^b	17. ἆρα — 19. ὕστερον.

§ 1. 431^a 1. Mentis, quatenus res cognoscit, δύναμις et ἐνέργεια. — Capitis initium (cf. III, 5. 2. 430^a 8) Themistius praetermittit, Simplicius vero tanquam repetitionem agnoscit. His verbis, si quo loco, facilius illo, quam hoc carueris. Illic enim subito interposita, hic, si sustuleris, orationis caput sublatum est. Res, quae a sensu percipiuntur, sensum non immutant et ab ipsius natura avertunt, sed ad finem et perfectionem adducunt, ut sensus non iure pati dicatur. *οὐ γὰρ πάσχει* sc. *τὸ αἰσθητικόν*, quamvis grammatica constructio *τὸ αἰσθητόν* suppeditet. Hic igitur motus alius est atque is quem physica definierunt cf. phys. III, 1. 200^b 12 sqq. quae ad verba fere repetuntur metaph. *K*, 9. 1065^b 5 sqq. Clarius motus imperfecti actio exponitur metaph. *Θ*, 6. 1048^b 29. *πᾶσα γὰρ κίνησις ἀτελής, ἰσχνασία, μάθησις, βάδισις, οἰκοδόμησις· αὗται δὲ κινήσεις, καὶ ἀτελεῖς γε. οὐ γὰρ ἅμα βαδίζει καὶ βεβάδικεν, οὐδ' οἰκοδομεῖ καὶ ᾠκοδόμηκεν, οὐδὲ γίγνεται καὶ γέγονεν, ἢ κινεῖται καὶ κεκίνηκεν· ἀλλ' ἕτερον καὶ κινεῖ καὶ κεκίνηκεν. ἑώρακε δὲ καὶ ὁρᾷ ἅμα τὸ αὐτὸ καὶ νοεῖ καὶ νενόηκε. τὴν μὲν οὖν τοιαύτην ἐνέργειαν λέγω, ἐκείνην δὲ κίνησιν.* — Motus igitur alioqui imperfecti actio, sensus vero ita in actione positus, ut ea ipsa absolvatur. Motus, dum in reliquis quasi transitus est, vel via, qua quid ad finem ducitur, in sensibus finis est ipse, quo continetur. *ἡ γὰρ κίνησις τοῦ ἀτελοῦς ἐνέργεια ἦν*, erat, non quasi non iam esset, sed quatenus ad notam, quae facta erat, expositionem refertur, ut iam Simplicius iure ad physica redeat. (cf. ad II, 5. 417^a 15. et universi libri prooemium). In sensibus *δύναμις* prior est, in intellectu, si singulos spectaveris; sed si omnino, ita omnia ab intellectu agente profecta sunt, ut *ἐνέργεια δύναμιν* praecedat.

Ex his particulis nihil cum re proposita commune habent et sententiarum nexum dissolvunt particulae A B E F H: ne ad psychologiam quidem pertinere videtur A: ne enuntiatum quidem absolutum est in particula E: constructio graviter laborat in particula H, atque ita ut probabiliter restitui non possit. Praeter A omnes videntur esse aliorum psychologiae locorum primae adumbrationes. — Porro quae ad rem tractatam pertinent, in iis quoque particulis sunt quae mirere. Quod se facturum pollicetur Aristoteles in particula K, ei promisso in his libris non stetit. Quod in particula I vix indicatur, id diligenter tractatur statim in octavo capite. Particula denique D conclusio specie magis est quam re. Quae si quis simpliciter considerat, non poterit credere haec ab ipso Aristotele sic esse scripta. Editor igitur quisquis fuit hoc caput composuit ita ut quidquid in scidis Aristotelis inveniret, quod videretur aliquo modo ad *νοῦν* pertinere, ea is conglutinaret."]

§ 2. 431^a 8. Sensuum perceptio ita dicendo similis est, ut nihil alieni admixtum habeat, et solummodo, quid res sint, referat; in animi appetitu vel horrore, si quid vel iucundum vel iniucundum, animus quasi affirmat vel negat, annuit vel abnuit (*οἷον καταφᾶσα ἢ ἀποφᾶσα* sc. *ἡ ψυχή*)[1]. Quid sit in sentiendo animum nihil aliud quam dicere, ex oppositis, quae dicendo animi vel consensum vel dissensum addunt, apparet. Neque haec logica *καταφάσεως* et *ἀποφάσεως* vis, qua illa rerum notas iunctas, haec disiunctas exprimit; sed vis potius voluntatis. Eandem similitudinem accuratius habes expressam eth. Nicom. VI, 2. 1139^a 21. *ἔστι δ' ὅπερ ἐν διανοίᾳ κατάφασις καὶ ἀπόφασις, τοῦτ' ἐν ὀρέξει δίωξις καὶ φυγή.* Sensuum perceptio per se pura et a voluptate vel taedio immunis

---

[Capitis septimi tenorem Torstrikius locis insiticiis eiectis p. 204 ita explanat:

de intellectu practico.

a. Haec simplex qualitatis per sensum perceptio (scil. de qua exeunte capite sexto agebatur), similis est actioni intellectus veraci; sin res sensu percepta simul est iucunda aut ingrata, similis est anima cogitationi aut affirmanti aut neganti, et errori est obnoxia: et quod in anima contemplativa affirmatio est, id in activa est desiderium, quod illic negatio, hic est fuga, 431^a 8—10.

b. Gaudium et dolor (quae sunt principium intellectus practici), et, quae inde consequuntur, appetitus et fuga, est relatio quaedam actualis medietatis sensitivae ad bonum quatenus tale est, — ^{a} 14.

c. Haec ad bonum relatio non consistit intra sensum et rei sensu perceptas, sed extenditur ad intellectum. Cum enim aliqua repraesentatio (*φάντασμα*) ad bonum refertur, ut vel bona vel mala appareat, anima aut fugit aut appetit, — ^{a} 16. *διώκει.*

d. Species et in universum notiones simplices ab anima considerantur ope repraesentationum, et si qua repraesentatio bona vel mala videtur, movetur ad refugiendum vel appetendum, sive imago illa est sive signum rei bonae vel malae, 431^b 2. *τὰ* — 6. *πολέμιος.*

e. Quandoque anima non consistit intra praesentia, sed refert boni notionem ad futura, et si videtur fore ut iucundum quid vel molestum eveniat, iam nunc fugit vel persequitur et in universum agit, — ^{b} 10.

f. Intellectus practicus non est penitus diversus ab intellectu theoretico: nam verum et bonum in eadem *συστοιχίᾳ* continentur, item falsum et malum: differunt ita, ut bonum semper referatur ad aliquem vel ad aliquid cui bonum est, verum non item, — ^{b} 12. *τινί.*]

1) Philoponus (R. fol. 3 b.), quasi gratum et ingratum ipsum affirmatio sit et negatio, scribit *τὰ ὑποκείμενά φησιν οἱονεὶ καταφάσεις εἰσὶ καὶ ἀποφάσεις καὶ κέχρηται οὕτως ἡδονῇ καὶ λύπῃ*, ut *καταφάσεις καὶ ἀποφάσεις* legisse videatur.

inter bonum et malum [1]) quasi media [2]) interiecta sit ad neutrum propensa. Voluptas vero vel fastidium (τὸ ἥδεσθαι καὶ λυπεῖσθαι) hoc ipso medio utens ad alterum vergit, ab altero abhorret, idque quatenus utrumque sive ad boni sive mali genus pertinet. Quos animi sensus si actio sequitur, vel appetitus vel fuga exsistit. In quo aliquid est, quod turbet. Quid enim est 12. ἡ κατ' ἐνέργειαν, articulo praeposito? Si haec universo loco oppositio inest, ut, quod τὸ ἥδεσθαι καὶ λυπεῖσθαι quasi facultate involutum est, id in ὀρέξει καὶ φυγῇ libere agat (κατ' ἐνέργειαν), tollas necesse est articulum ἡ, ut legatur: καὶ ἡ φυγὴ καὶ ἡ ὄρεξις τοῦτο κατ' ἐνέργειαν — haec ad bonum malumve propensio appetitu et fuga ad agendum vocatur. Sed cum iam in priori vox ἐνεργεῖν adhibita sit, verendum est, ne eiusmodi interpretatione accepta ipsa τοῦ ἥδεσθαι καὶ λυπεῖσθαι, si ad δύναμιν redacta fuerint, dignitas diminuatur. Aliud igitur praestat, quo vox nec reciditur nec re vera mutatur. Scribas enim ᾗ κατ' ἐνέργειαν ut oppositum sit illi, quod praecessit ᾗ τοιαῦτα. Quatenus res in universum vel bonae vel malae sunt (ᾗ τοιαῦτα, quod genus significat) animus vel gaudet vel dolet; quatenus in nos ipsos agunt (ᾗ κατ' ἐνέργειαν), vel concupiscimus vel fugimus.

Neque inter se neque a sensuum perceptione appetendi et fugiendi facultas separari potest, etsi earum natura plane alia est. Aliud est appetere, aliud fugere, ex diverso enim res tractant; nec tamen alterum sine altero; una est eademque animi vis, quamquam in diversas partes discedens eaque ex ipsa sensuum perceptione quasi emergit, ut neque ab hac avelli possit. Iustum si observaveris inter ἕτερον et ἄλλο discrimen, oratio sententiae eo magis accommodata videbitur. Illud enim diversum et novum, hoc aliud nec tanta vi oppositum. [Contra Platonem Iul. Pacius haec dicta esse putat, qui facultatem sensitivam in corde, in iecore appetilivam posuerit.]

§ 3. 431a 14. [3]) τῇ δὲ διανοητικῇ ψυχῇ τὰ φαντάσματα οἷον αἰσθήματα ὑπάρχει.] cf. III, 3. et de memor.

---

1) [431a 11. Torstrikius dubitans proponit, omittendum esse cum cod. S. ἢ κακόν, deinde esse legendum, ut cod. L, ᾗ τοιοῦτο; quae si vera sint, 12. legendum esse τὸ αὐτὸ τοῦτο.]

2) [431a 11. τῇ αἰσθητικῇ μεσότητι] Similitudo a sensibus repetenda. cf. II, 11. 423b 30 sqq, 424a 6. τὸ μέσον κριτικόν, singuli quique sensus vel voluptatis diiudicandae vel doloris suam habent mensuram in medio positam. Trdlbg.]

3) [Torstrikius legit: ὅταν δὲ ἀγαθὸν ἢ κακόν (scil. ᾖ), φεύγει ἢ

1. 449ᵇ 31. *νοεῖν οὐκ ἔστιν ἄνευ φαντάσματος· συμβαίνει γὰρ τὸ αὐτὸ πάθος ἐν τῷ νοεῖν ὅπερ καὶ ἐν τῷ διαγράφειν· ἐκεῖτε γὰρ οὐδὲν προσχρώμενοι τῷ τὸ ποσὸν ὡρισμένον εἶναι τὸ τριγώνου, ὅμως γράφομεν ὡρισμένον κατὰ τὸ ποσόν. καὶ ὁ νοῶν ὡσαύτως κἂν μὴ νοῇ ποσὸν τίθεται πρὸ ὀμμάτων ποσόν· νοεῖ δὲ οὐχ ᾗ ποσόν. ἂν δ' ἡ φύσις ᾖ τῶν ποσῶν, ἀόριστον δέ, τίθεται μὲν ποσὸν ὡρισμένον, νοεῖ δὲ ᾗ ποσὸν μόνον.* — Themistius, quae sequuntur, a verbis inde *ὥσπερ ὁ ἀὴρ* usque ad *B τὸ λευκόν*, omittit. Etsi ea et difficilia sunt et subito interiecta, ut, si abessent, non desiderarentur‹ tamen iis, quoniam a Simplicio et Philopono agnoscuntur, supersedere non possumus.

431ᵃ 17. *ὥσπερ δὲ ὁ ἀὴρ κτλ.*] Quo quidem haec similitudo tendat, ambiguum est; cum neglegenter addita sit, duplex finis cogitari potest, ut vel quae inter sentiendum et appetendum ratio intercedat, vel quae inter imaginandum et cogitandum illustretur. Quod tum demum decerni poterit, si singula excussa fuerint. Ab aëre pupillam vel aurem, ex utraque animum feriri apparet. Sed quid *τὸ δὲ ἔσχατον ἓν καὶ μία μεσότης*? quaenam ultima, quae media pars intellegitur? *Τὸ ἔσχατον*, ultimum apud Aristotelem nihil certi per se significat, sed variat pro eius rei vel lineae varietate, cuius ultimum dicitur. Ita in metaphysicis *τὸ ἔσχατον* ultimum, in quod mentis acies res dirimere valet, vel materia (metaphys. *Θ*, 7. 1049ᵃ 36), vel notionis *οὐσία* (*Z*, 3. 1029ᵃ 24), ultimum, quod agendo proponitur, consilium et fines (*Θ*, 8. 1050ᵇ 24), ultimum denique, quod generis universitati oppositum est, singula quaeque et peculiaria (*K*, 1. 1059ᵇ 26). Horum omnium nihil in hunc locum conferimus. Si ab externis rebus profecti sensuum perceptionem persequimur: ultimum erit communis ille sensus, quo omnes coëunt, ubi singuli inter se tum comparantur tum discernuntur (III, 2. 426ᵇ 8—29). [Quod si hoc loco non sensus, sed intellectus voluptatis vel doloris iudex et expetendi vel fugiendi causa est, iam res ad sensum communem redit, quo quidem sensuum species inter se componuntur (*τὸ δὲ ἔσχατον ἕν*, in

---

διώκει, omissis verbis, quae post *κακὸν* legebantur *φήσῃ ἢ ἀποφήσῃ*. In verbis enim *ὅταν δὲ ἀγαθὸν ἢ κακὸν φήσῃ ἢ ἀποφήσῃ* plane supervacaneum esse vel etiam absurdum illud *ἢ ἀποφήσῃ* — ᵃ 16. verba: *διὸ οὐδέποτε νοεῖ ἄνευ φαντάσματος ἡ ψυχή* ei non videntur Aristotelis esse: nam *διὸ* esse rationem reddentis, nullam vero in antecedentibus rationem redditam esse, cur (*διὸ*) nunquam sine repraesentatione notiones fingat anima.]

quod sensus concurrunt). In quo *μία μεσότης*[1]) simili atque supra 431ᵃ 11 ratione (*τῇ αἰσθητικῇ μεσοτητι*) intellegenda est, ut sit mensura, quemadmodum illic ex singulis sensibus repetita, ita hic sensui communi vel intellectus propria. Iul. Pacius ad h. l.: „declarat ergo in sensu ita se rem habere, ut primo obiecta externa afficiant sensum externum, deinde species recepta in sensu externo afficiat sensum communem, qui re ipse est unus, sed ratione sive essentia plures, quatenus est terminus et quasi centrum omnium sensuum externorum."]

Simplicius *τὸ ἔσχατον* communem sensum explicat, in quem omnes sensus desinant. Hunc esse finem; hoc vero etiam medium tanquam orbis centrum, quod simul radiorum finis, simul ambitus medium. Simpl. fol. 75 a. *εἰς δὴ τὰς τοιαύτας νοήσεις τήν τε μίαν κοινὴν τῶν πρακτῶν πάντων ἀντιληπτικὴν καὶ τὴν ἔτι περιεκτικωτέραν ταύτης, τὴν ἁπλῶς τῶν νοουμένων ἡμῖν πάντων, ἀναπέμπει ἡμᾶς τῇ κοινῇ αἰσθήσει ὡς εἰκόνι χρώμενος.* Itaque imaginis veritatem Simplicius in eo quaerit, quod omnia et agendi consilia et rerum cognitiones in intellectum desinunt, quemadmodum sensus in communem sensum. Quae ratio egregia esset, nisi extremum et medium unum faceret, nec si longius a proximis discederet. Simpl. fol. 75 b. *τοῦτο δὲ ὅπερ ἓν ἔσχατον ἔφη καὶ μία μεσότης εἴρηται, μία μὲν ἐπειδὴ κἀκεῖνο ἕν, μεσότης δὲ ὡς οἷον κέντρον τῶν πολλῶν ἀπ' αὐτοῦ προϊουσῶν καὶ εἰς αὐτὸ συννευουσῶν περιληπτικὸν καὶ δεκτικόν τε ὁμοῦ καὶ κριτικόν· μεσότης οὖν ἐπειδὴ καὶ τὸ κέντρον μέσον καὶ ἐπειδὴ τὸ μέσον τοῖς ἄκροις πᾶσιν ἐπικοινωνεῖ.* Ingeniosa haec rei expediendae ratio: sed cum nullum sit orbis propositi vestigium,

---

1) In ed. pr. ea aliter Trdlbg. exposuerat; legebantur enim haec: Quod si est, *μεσότης* erit medium, quo ad ultimum pervenitur, ut vel sensus sit ipse vel id, per quod sensus res suscipit, velut aër. Quod medium in singulis quibusque unum est, sed diversis modis affectum, sive sensus est, sive aër: *τὸ δ' εἶναι αὐτῇ πλείω.* Ita similitudo per se perspicua. Quo igitur referatur, quaeritur. Si ad cogitandum pertineret, quod sine imaginatione fieri posset, id quod proximum est: vix invenires ultimum, quod unum esset, quo cetera tenderent (neque enim alia posita sunt), nec imaginatio *μεσότης* dici potest, per quam quid ad intellectum accedat. Restat igitur altera comparatio; eaque aptior est. Diversae sunt viae, quibus aliquid in appetitum vel contra cadat; res aut sensu aut mente movent; in quo, quidquid est, unum est ultimum, quo coëunt, in quo animus vel ad concupiscendum vel ad fugiendum excitatur; unum est medium vel sensus vel mens, ita tamen, ut sua cuique diversa sit natura (*τὸ δ' εἶναι πλείω*). Sic haec quodammodo congruunt.

cum ea ab expetendo et fugiendo, quo omnia eunt, prorsus aliena sit: verendum est, ne speciosior sit, quam verior.

§ 4. 431a 20. Locum, quem Themistius omisit, Simplicius accusat; ait enim, *διὰ συντομίαν ἀσαφεστέραν τὴν λέξιν ποιῶν.* Quodsi unde locus, qui ab instituto plane digreditur, irrepserit, conicere posses: haberes profecto, quod Themistii auctoritatem secutus tanquam alienum damnares. Quidquid enim uterque interpres Simplicius et Philoponus in explicando laborat, multae restant quaestiones difficultate impeditae. — Qualis est universi loci cum reliquis coniunctio? A re proposita aberrari largiaris. Quod in proximis communis sensus similitudo allata erat, in hoc haeret oratio. Quae supra suo loco tractata erant III, 2. § 10 sqq., ad ea Aristoteles ita revertitur, ut eadem exempla reddat. Unde oratio huc locorum delapsa sit, probe quidem intellegas; sed idne ipsum Aristoteles, quod novo promisso tractandum recipit, teneat ac persequatur, vix aeque affirmes. Quomodo diversi sensus, qui in unum concurrunt, inter se differre iudicentur, denuo proponitur. Sed ratio, quae sequitur, coniunctionem magis, qua conveniunt, quam discrimen, quo dirimuntur, attingit. In singulis Simplicii et Philoponi sententiae acute sane excogitatae commemorandae sunt. Quamvis non undique cunctis loci rationibus satisfaciant: tamen quod omnes veri numeros habeat invenire desperamus.

431a 20. *τί διαφέρει γλυκὺ καὶ θερμόν*] E superioris loci similitudine (III, 2. 426b 8 sqq.), qui aperte respicitur, et ex ipso huius disputationis progressu et exitu scribendum putes *γλυκὺ καὶ λευκόν* nec vero *θερμόν* [1]), cuius neque hic neque illic ulla fit mentio. Partium convenientia *λευκὸν* postulare videtur, quamquam ad reliqua non magni est momenti.

431a 22. [2]) *οὕτω δὲ καὶ ὡς ὅρος*] Simplicius et Philoponus centrum, in quod radii concurrant, cogitant, quod, quo-

---

1) [Hoc ita explicat To. l. l.: „Aristoteles ponit quaestionem, quam supra (Γ 2. 426b 12—427a 16) agitatam esse dicit, *τίνι ἐπικρίνει γλυκὺ καὶ θερμόν*, (ubi omissos articulos miror): variabit postea exemplum, posito pro *θερμῷ* eo quod est *λευκόν*: non male: exempli enim sic significatur natura."]

2) [Cum locus sit difficillimus, liceat totam Torstrikii expositionem ex commentariis p. 200 exscribere. 431a 21. „*ἔστι γάρ ἕν τι*: haec est *μεσότης* illa *αἰσθητική*: *οὕτω δὲ* (sicut in anima) *καὶ ἡ στιγμὴ καὶ ὅλως ὁ ὅρος* (unum est numero, ratione diversum: Γ, 3. fin.; phys. IV, 13. 222a 10—13). *καὶ ταῦτα* (quae initio proposita sunt, dulce et calidum) *ἓν τῷ ἀνάλογον* (nam suae quidque *ἐναντιώσεως* est extremum habituale, cui extremum privativum, dico autem amarum et frigidum, contrarium est): *καὶ τῷ ἀριθμῷ, ὃν ἔχει πρὸς ἑκάτερον ἐναντίον.* (Si

niam orbis nusquam commemoratur, haud probabile est. Nihil simplicius videtur, quam ὅρον [1]) prima significatione accipere, ut finis sit, in quem reliqua desinant. Simplic. fol. 75 b. *τίνι δ' οὖν φησιν ἐπικρίνει τοῦτο τὸ κοινῇ αἰσθητικὸν τὸ διάφορον τῶν γινωσκομένων, ὅτι οὐχ ἑνὶ καὶ τῷ αὐτῷ λόγῳ, καίτοι ἓν αὐτὸ ὄν, ἀλλὰ διαφόροις χρώμενον λόγοις, καθ' οὓς τὰς διαφόρους οἰκείως γινώσκει ἰδιότητας; ἔστι γάρ φησι καὶ αὐτὸς ἕν τι αὐτὸ τὸ κρῖνον ὥσπερ καὶ ὁ ὅρος, ὅρον νῦν προσαγορεύων, ὅπερ καὶ πρότερον ἔλεγε, τὸ τῶν εἰς ἓν συμπιπτουσῶν διαφόρων γραμμῶν κοινὸν σημεῖον. καὶ γὰρ ἐκεῖνο ἓν καὶ ἀμέριστον ὂν τὸ αὐτὸ διαφόρους ἔχει πρὸς τὰς διαφόρους γραμμὰς σχέσεις.* — — *Ταῦτα λέγει*

---

enim calidum a frigido certo intervallo distat, quod intervallum numero definiri potest, eodem intervallo distabit dulce ab amaro, album a nigro cet., et numerus idem erit: cf. Mt. I, 2. de sensu et sensili 7. 448ᵃ 8 sqq.) *τί γὰρ διαφέρει τὸ ἀπορεῖν πῶς τὰ μὴ ὁμογενῆ κρίνει ἢ τἀναντία οἷον λευκὸν καὶ μέλαν;* (Quaestio proposita erat de iis quae, cum non contineantur eodem genere, analogia idem sunt, ut calidum et dulce. Iam revocat eam quaestionem ad contraria et quae genere idem sunt, ut calidum et frigidum vel album et nigrum: et demonstrat, si album et nigrum uni eidemque simul manifesta sint, esse manifesta etiam album et dulce) *ἔστω δὴ ὡς τὸ Α τὸ λευκὸν πρὸς Β τὸ μέλαν τὸ Γ* (dulce calidum cet.) *πρὸς τὸ Δ* (amarum frigidum cet.) *ὡς ἐκεῖνα πρὸς ἄλληλα* (ut album ad nigrum). *ὥστε καὶ ἐναλλάξ.* ($Α : Γ = Β : Δ$, album ad dulce calidum cet. ut nigrum ad amarum frigidum cet.) *εἰ δὴ τὰ ΓΔ ἑνὶ εἴη ὑπάρχοντα* (ponamus esse aliquid in anima, quod duo contraria simul sit vel de quo duo contraria simul praedicentur), *οὕτως ἕξει* (medietas illa sensitiva, *τὸ ἕν*, eodem modo se habebit) *ὥσπερ κἂν εἰ τὸ ΑΒ*, (mente addendum *τούτῳ τῷ ἑνὶ ὑπῆρχεν*, quo se haberet si aliud quodpiam par contrariorum de eo praedicaretur), *τὸ αὐτὸ μὲν καὶ ἕν*, (ut numero idem et unum sit), *τῷ δ' εἶναι οὐ τὸ αὐτό* (ratione vero diversum sit). *κἀκεῖνα ὁμοίως.* (Postquam demonstratum est uno pari contrariorum percepto etiam aliud quodpiam par contrariorum perceptum iri, intellegitur etiam bina paria analogorum simul esse percepta, si ex proportione $Α : Γ = Β : Δ$ redimus ad proportionem $Α : Β = Γ : Δ$ — quod erat demonstrandum: *τί γὰρ διαφέρει τὸ ἀπορεῖν πῶς τὰ μὴ ὁμογενῆ κρίνει ἢ τἀναντία;* Cf. quod dicitur in re simili 448ᵃ 18. *ὥστ' εἰ μὴ ταῦτα, οὐδ' ἐκεῖνα*). *ὁ δ' αὐτὸς λόγος καὶ εἰ τὸ μὲν Α τὸ γλυκὺ εἴη, τὸ δὲ Β τὸ λευκόν.* (Hactenus supposuimus animae medietatem sensitivam esse simul contraria, album et nigrum vel dulce et amarum, indeque derivavimus perceptionem eorum, quae analogia idem sunt, albi et dulcis vel nigri et amari. Iam supponamus animae medietatem sensitivam simul esse ea quae analogia idem sunt, dulce et album vel amarum et nigrum: eadem proportionis transpositione efficietur, ut etiam contraria percipiantur. — de negatione ᵃ 24. *τὰ μὴ ὁμογενῆ* cf. de gen. et corr. I, 7. 323ᵇ 29. Met. X. 4. 1055ᵃ 27. *τὰ ἐν ταὐτῷ γένει πλεῖστον διαφέροντα ἐναντία.* Δ, 10. 1018ᵃ 27."]

1) [Cf. tamen, quae de toto loco Trdlbg. ipse infra p. 432 ex G. Christii dissertatione deprompsit.]

γλυκὺ καὶ θερμόν, δι' ὧν ἁπλῶς ἅπαντα τὰ αἰσθητὰ ἐνδείκνυται· ταῦτα οὖν ἓν ἢ ἀναλογίᾳ ἢ ἀριθμῷ, ὃν ἔχει πρὸς ἑκάτερον ἢ ἐκεῖνα πρὸς ἄλληλα, ἐπειδὴ τὸ γνωστικὸν τῷ γνωστῷ ὁρίζεται, ὡς πολλάκις ὑπ' αὐτοῦ διώρισται. ἐὰν οὖν ἓν καὶ ταὐτὸν τῷ ἀριθμῷ ὂν τὸ γνωστικὸν τοῦ τε γλυκέος καὶ τοῦ θερμοῦ ᾖ γνωστικόν, κἀκεῖνα ἓν καὶ ταὐτὸν τῷ ἀριθμῷ ἔσται ἀλλήλοις. ἐὰν δὲ κατὰ ἀναλογίαν τινὰ καὶ οὐχὶ τῷ ἀριθμῷ τὸ ἓν ἀποδιδῶμεν τῷ γνωστικῷ, καὶ ἐν τοῖς γνωστοῖς ὁμοίως κατὰ ἀναλογίαν τὸ ἕν, πρὸς ἄλληλά τε καὶ πρὸς τὸ γνωστικὸν εἰσόμεθα. καὶ ἔστι πως ἄμφω ἀληθῆ, ὅτι καὶ τῷ ἀριθμῷ καὶ τῇ ἀναλογίᾳ τὸ ἕν, ἕν τε τῷ γνωστικῷ καθ' ἑαυτό τε καὶ πρὸς τὰ γνωστά, καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις πρὸς ἄλληλά τε καὶ πρὸς τὸ γνωστικόν. καὶ γὰρ τῷ ἀριθμῷ ἓν τὸ γνωστικόν, ἐπειδὴ τῷ ὑποκειμένῳ ἕν, καὶ τῇ ἀναλογίᾳ ἓν ἀλλ' οὐχὶ τῷ ἀριθμῷ· διὰ τὴν κατὰ πλείους λόγους ὁμοίαν ἐνέργειαν — ἀριθμῷ μέν, διὰ τὸ ἑνὶ καὶ τῷ αὐτῷ κατὰ ἀριθμὸν ὄντι τῷ γνωστικῷ, ἀμφότερα ὁριστικῶς ἐνυπάρχειν. κατὰ ἀναλογίαν δὲ διὰ τὸ κατὰ διαφόρους μὲν λόγους, ὁμοίως δὲ τῷ μηδὲν θάτερον μᾶλλον ἢ ἧττον. ἀλλ' ὡς τὸ θερμὸν οὕτω καὶ τὸ γλυκὺ κατὰ τὸν οἰκεῖον ἑκάτερον αὐτοῦ λόγον. Itaque Simplicio auctore, *ταῦτα* ad species cognitioni obversantes pertinerent, ad ipsos sensus a mente perceptos, *ἐκεῖνα* ad res ipsas, quales rerum sunt natura. Illas qualitatum species menti informatas unum constituere tum proportione, quam rerum differentiae inter se ineant, tum numero, unam enim esse mentem cognoscentem. At quid *ἀριθμός, ὃν ἔχει πρὸς ἑκάτερον*? quod obscurius dictum esset, si unitatem significaret, quam mens ad utramque servat qualitatem. In proportionis exemplo Simplicius litteris *ΓΔ γλυκὺ καὶ πικρὸν* subdit. *Ἐναλλὰξ* medios proportionis permutatos intellegit, ut, si has notiones ex ordine geometricae proportionis scriberes, album nigrum, dulce amarum, mediis terminis permutatis, primae rationis termini album et dulce fierent (*λευκὸν καὶ πικρόν*). Itaque id ageret proportio, ut, mediis inter se permutatis, hae notiones coniungerentur; et mediorum permutatio tanquam probandi nervus allata esset, ut *τὰ ὁμογενῆ*, qualia album essent utpote inter se propiora, eodem modo atque opposita (*τὰ ἐναντία*) velut album et nigrum inter se coniungi demonstraretur. Quo autem iure proportionis leges in solis numeris positae ad notionum intellegentiam transferantur, non facile assequeris. Quantum enim logica a mathematicis distant!

Philoponus ad h. l.: *αὐτὴ γὰρ (ἡ κοινὴ αἴσθησις) τούτων ἐστὶ κοινὸν καταγώγιον μὴ (μία?) οὖσά φησιν ὥσπερ ὅρος.*

ὅρον δὲ καλεῖ νῦν τὸ κέντρον τοῦ κύκλου ἀφ' οὗ πολλαὶ εὐθεῖαι ἐκπίπτουσι.

Τί φησιν; ὅτι ὥσπερ ὁ ὅρος τουτέστι τὸ κέντρον, οὕτως ἔχει ἡ κοινὴ αἴσθησις καὶ τῇ ἀναλογίᾳ καὶ τῷ ἀριθμῷ. τῇ μὲν ἀναλογίᾳ ὅτι ὥσπερ τὸ κέντρον ἔχει πρὸς ἑκατέραν τῶν ἀπὸ τοῦ κέντρου γραμμῶν, οὕτως ἔχει καὶ ἡ κοινὴ αἴσθησις πρὸς ἑκατέραν τῶν αὐτῆς αἰσθήσεων. καὶ ὥσπερ αἱ εὐθεῖαι πρὸς ἀλλήλας, οὕτω καὶ αἱ κατὰ μέρος αἰσθήσεις πρὸς ἀλλήλας φησὶν ἀναλογίαν τινὰ ἔχουσιν. οὕτω μὲν τῇ ἀναλογίᾳ. τῷ δὲ ἀριθμῷ πῶς; ὅτι ὥσπερ ἓν ὑπάρχων τὸ κέντρον πρὸς πολλὰς ἔχει γραμμὰς σχέσιν, οὕτω καὶ ἡ κοινὴ αἴσθησις μία οὖσα πρὸς πολλὰς αἰσθήσεις ἔχει σχέσιν.

Ἐπειδὴ εἶπεν ὅτι ὥσπερ ἡ κοινὴ αἴσθησις ἔχει πρὸς τὰ ἴδια, καὶ μὴ ἀπόρει φησὶν πῶς τὰ ὁμογενῆ οἶδεν ἡ κατὰ μέρος αἴσθησις, εἴπερ οὐκ ἀπορεῖς πῶς τὰ ἀνομογενῆ οἶδεν ἡ κοινὴ αἴσθησις. τὸ αὐτὸ γάρ ἐστιν. ὁμογενῆ δὲ ἐκάλεσε τὸ μέλαν καὶ τὸ λευκόν· ὑπὸ τὸ χρῶμα γὰρ ἄμφω. ἀνομογενῆ δὲ τὸ λευκὸν καὶ γλυκύ. ταῦτα γὰρ ὡς διαφόροις αἰσθήσεσιν ὑποπίπτοντα ἀνομογενῆ τυγχάνουσιν ὄντα. ἔστω δὴ ὡς τὸ τέταρτον, τὸ λευκόν, πρὸς τὸ δεύτερον τὸ μέλαν· τὸ τρίτον πρὸς τὸ τέταρτον ὡς ἐκεῖναι πρὸς ἄλληλα. στοιχεῖα λαμβάνειν. νῦν πρῶτον μὲν δηλοῦν τὸ λευκόν, δεύτερον δὲ τὸ μέλαν, ποτὲ δὲ καὶ τὸ γλυκύ. τὸ δὲ τρίτον καὶ τέταρτον ἀντὶ νοητῶν λαμβάνει. ἵνα ᾖ τὸ μὲν τρίτον ὁ λόγος τοῦ λευκοῦ, τὸ δὲ τέταρτον ὁ λόγος τοῦ μέλανος. καὶ τί φησιν, ὅτι ὥσπερ οἶδεν ἡ κοινὴ αἴσθησις τὸ πρῶτον καὶ τὸ δεύτερον; ἵνα λάβῃς τὸ μὲν πρῶτον ὡσαύτως σημαῖνον τὸ λευκόν. τὸ δὲ δεύτερον γλυκύ. οὕτω καὶ ὁ νοῦς οἶδε τὸ τρίτον καὶ τὸ τέταρτον. τουτέστι τοὺς λόγους τούτων. οἶδε δὲ καὶ ἐναλλάξ φησιν ὁ νοῦς τὸ πρῶτον τρίτον καὶ δεύτερον τέταρτον. τουτέστι καὶ τὰ αἰσθητά. τὸ αὐτὸ δὲ καὶ ἓν τῷ δὲ εἶναι οὐ τὸ αὐτὸ κἀκεῖνο ὁμοίως τῷ μὲν ὑποκειμένῳ φησὶ τὸ αὐτό ἐστι τὸ εἶδος. λέγω λευκοῦ ἢ μέλανος. ἢ μέλαν ἢ λευκόν τῷ δὲ λόγῳ διάφορά εἰσιν. ἄλλως γὰρ ὁρᾷ λευκὸν καὶ μέλαν καὶ ἄλλως νοεῖ.

Philoponus a Simplicio discedit, sed ne haec quidem omnino satisfaciunt. Locus, si verba subtilius secutus fueris, sensuum species cum radiis in centrum concurrentibus comparatas plane non tangit. Quod Philoponus ad litteras ΓΔ non nova aliunde adiungit (quomodo enim praetermissa excusares?), sed priorum species menti obversantes, ita ut inter res (λευκὸν καὶ μέλαν) et earum sensuum species oppositio fiat, id sane a vero propius

est. In textu Philoponi verbis praeposito ἐν [1]) τῷ ἀνάλογον (loco ἕν) legitur, quae discrepantia Philoponi expositione confirmata videtur.

[Guil. Christ in thesibus dissertationis, quae inscribitur: Studia in Ar. bibl. metaph. collata, Berol. 1853. proportionem proposuit quae ad principium (τίνι δ' ἐπικρίνει) melius faciat: 431ᵃ 22 ὅρον intellegit terminum, quo quasi puncto distinguatur; legit autem 24 τὰ μὴ ὁμογενῆ [ita et To.], velut dulce et album, de quibus distinguendis agatur, tollit ὡς ἐκεῖνα πρὸς ἄλληλα altero loco (26), quippe quae repetantur. Ut *A* (album) ad *B* (nigrum) — quae quidem contraria (ἐναντία) uno eodemque sensu, uno eodemque medio distinguuntur —, ita *Γ* (dulce) ad *Δ* (amarum); similiter enim uno eodemque comprehenduntur, idem inter utraque contraria διάστημα. Quae si ita sunt, mediis permutatis sequitur, ut *A* (album) ad *Γ* (dulce), ita *B* (nigrum) ad *Δ* (amarum); in quo διαστήματα rursus paria; unum igitur medium. Ut album et nigrum uni eidemque sensui subiecta sunt, ita dulce et amarum. Intellegitur autem ex mediorum permutatione, eodem modo se habere album et dulce. Ea quidem interpretatio magis ad propositum facit, quam reliquae. [2])]

§ 5. 431ᵇ 2. Simplicius fol. 76 b. εἴδη καλῶν τὰς τῶν αἰσθητῶν μορφάς. Simpl. 76 b. ὁ μὲν γὰρ κινούμενος φρυκτὸς αἰσθητός. ὁ δὲ οὗ τοῦτο σύμβολον ἐκ τοῦ λόγου εἴληπται, τῇ συνήθει αὐτοῦ χρήσει προσέχοντος, καὶ οὕτως ἀναγνωστέον μεταθέντας ὀλίγον τὴν λέξιν, οἷον αἰσθανόμενος τὸν φρυκτὸν ὅτι πῦρ τῇ κοινῇ ὁρῶν κινούμενον, καὶ ἐνταῦθα ὑποστίξαντας ἐπαγαγεῖν, τὸ, γνωρίζει, ὅτι πολέμιος, οὐκ ἐκ τοῦ αἰσθάνεσθαι μόνου γνωρίζων, ἀλλὰ ἐκ τοῦ λόγου.

Quod Simplicius τῇ κοινῇ ad participium ὁρῶν, nec vero ad verbum γνωρίζει trahi iubet, id iis congruit, quae, quomodo motus perciperetur, dicta sunt (cf. III, 1. 425ᵃ 14 sqq.). Proprio visus sensu ignem esse percipimus; moveri autem, communi, [3]) unde facem esse hostilem concluditur. Quae ne inter

---

1) [Ex iis, quae in apparatu critico leguntur: ἕν] ἐν LSVX Philop. etc., deleas ἕν, ita: ‖ ἐν LSVX Philop. etc.]

2) Cum Trdlbg. ipse in ed. pr., quam explicationem proposuit, eam admodum dubiam esse dicat (quid enim sibi velint τὰ ὁμογενῆ perscipi non posse), illam omisi.]

3) [§ 5. Torstrikius de sententiarum nexu haec habet. p. 209: „non solae ipsae res bonae vel malae sunt, sed potest rebus quae per se spe-

se confunderentur, tollenda erant interpungendi signa, quibus communis sensus, cuius est motum percipere, a movendo divellebatur. *οἷον αἰσθανόμενος τὸν φρυκτὸν ὅτι πῦρ, τῇ κοινῇ γνωρίζει ὁρῶν κινούμενον, ὅτι πολέμιος*, eodem quidem sensu, quo Simplicius *γνωρίζει* transponendum esse censuit. Qua mutatione opus non est. Philoponus plane aliena intulit, ex quibus cave ne quid excidisse suspiceris. Ait enim: *ὅταν δὲ βουλευόμενος ποῦ δεῖ πολεμεῖν, τότε φαντασίᾳ ἐχρήσατο.* [Pacius: „Exemplum sumptum est a veterum instituto, qui facibus supra muros accensis, vicinis et foederatis adventum hostilis vel opem ferentis exercitus significabant: ita ut cum significare vellent hostes adventare, faces moverent, cum autem socios, tenerent eas immotas; huius consuetudinis mentio est apud Thucydidem II, 94 [cf. scholion], et apud Polyaenum lib. II. strategem." Haec uberius exposuit Torstrikius p. 209.]

§ 6.[1]) 431b 6. Sensus, si quid vel expetunt vel fugiunt, praesentia tantum spectant; mens, si a sensibus remota rerum imaginibus utitur, a praesentium angustiis libera longius prospicit, et prout consuluit, aut expetit aut fugit. Verum et falsum, si universum genus respexeris, eodem, quo bonum et malum, comprehenduntur, ita autem differunt, ut bonum, quoniam in agendo situm est, ad aliquid, quod extra se positum sit, referatur,

---

ctatae nec bonae nec malae sunt, ea tribui dignitas ut bonum quid vel malum significent. Sic fax ardens procul visa nec bona est nec mala. Sed pactione quadam et conventu hominum institutum est, ut, si moveatur, hostes significet appropinquantes, si quieta maneat, auxilia." — a 5. uncis inclusit *ὅτι πῦρ*, pro *τῇ κοινῇ* coniecit *τῇ κινήσει* (p. 211). — *ὅτι πῦρ* esse interpolationem profectam ab homine, qui non intellegeret, quid rei ageretur: „Putabat ille id quod visui proprium est, *τὸ ἴδιον*, opponi ei quod omnibus sensibus commune est, *τὸ κοινόν* (*B*, 6): quamquam *τὸ κοινὸν* et *ἡ κοινὴ* (*αἴσθησις*, sensus communis, de Mem. 1. 450a 10) mirum quantum differunt. Inde sequitur ut profecta sint verba *ὅτι πῦρ* ex pessima lectione *τῇ κοινῇ*: quae quamquam in omnibus libris scriptis videtur inveniri, non dubitavi eam expellere, recipere vero quam solus margo editionis Basileensis praebet *τῇ κινήσει*. — Neve mireris *ὁρῶν κινούμενον* esse additum post *τῇ κινήσει γνωρίζει*: opponuntur verba *ὁρῶν κινούμενον* in iis quae sequuntur, *τοῖς ἐν τῇ ψυχῇ* (non in rebus extra animam positis) *φαντάσμασιν ἢ νοήμασιν ὥσπερ ὁρῶν*."]

1) [De verbis 431b 8 *καὶ ὅταν* — 10. *ἐν πράξει* Torstrikius p. 211. habere se negat, quod pro certo affirmet, coniecisse se: *καὶ ὅταν εἴπῃ, ὡς ἐκεῖ* (cf. a 9) *τὸ ἡδὺ ἢ λυπηρόν, ἐνταῦθα* (cf. a 15) *τὸ ἀγαθὸν ἢ κακόν, φεύγει καὶ διώκει, καὶ ὅλως ἐν πράξει.* — 431b 10, 11. To. ita interpungit: *καὶ τὸ ἄνευ δὲ πράξεως, τὸ ἀληθὲς καὶ τὸ ψεῦδος ἐν τῷ αὐτῷ γένει ἐστὶ τῷ ἀγαθῷ καὶ κακῷ*, omissa virgula ante *τῷ ἀγαθῷ*; alioqui enim id quod simpliciter sit, contineri tanquam in genere in eo quod non sit nisi cum relatione.]

verum autem per se, nullo fine extrinsecus proposito, consideretur. Hoc tamen nolis ita intellegere, quasi nihil per se sit bonum i. e. dignitatem ex sua ipsius natura habeat. Sed hoc ipsum ad aliud spectat, quatenus quidem agendi finis et causa est.

431ᵇ 10. *καὶ ὅλως ἐν πράξει.*] Simpl. fol. 76 b. *καὶ καθόλου πράττει τί. τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ ὅλως ἐν πράξει. πράττει δὲ ἢ τοῦ ἀγαθοῦ ἐπιδιώκων μετάληψιν ἢ τὸ κακὸν ἀποδιαπομπούμενος.* Manifesto adverbium *ὅλως* molestum est, ut Simplicium ad universam animi actionem, sive appetitum sive fugam, rei cognitionem sequentem traxerit. Sed haec iam dicta sunt neque expressis verbis dicere quicquam attinet. Accedit, quod *τὰ ἐν πράξει* et *τὰ ἄνευ πράξεως*, ut alterum iuxta alterum posita sunt, ita opposita esse videntur. Fortasse *καὶ οὕτως ἐν πράξει* scriptum erat (loco *ὅλως*).

431ᵇ 12. *ἀλλὰ τῷ γε ἁπλῶς διαφέρει καὶ τινί.*] Themistius et Philoponus in his consentiunt explicandis: Themistius p. 580 (interpr. Hermol. Barb.). Interest quod veritas et mendacium impromiscuae et absolutae res sunt, bonum et voluptas ad aliquid referuntur. Est enim bonum alicui bonum et voluptas alicui voluptas. Philoponus: *ὅτι τὸ μὲν ἀληθὲς ἁπλῶς λέγεται καὶ ἀεὶ ὡσαύτως ἔχει. τὸ δὲ ἀγαθὸν πρός τι φαῦλόν ἐστι καὶ αἰσθεῖον* (?). *ὃ γὰρ πρός τι ἀγαθόν ἐστιν οἷον πρὸς ψυχὴν τοῦτο πρὸς σῶμα οὐκ ἔστιν ἀγαθόν.* Quo si *τινὶ πρός τι* exponitur, in eo certe peccatur, quod nihil absolute bonum relinquitur, honesta ex utilitate iudicantur. Simplicius quidem artificiosius. *Τὸ ἀληθὲς* non universum verum, sed, quoniam de agendo agitur, sapientiae in agendo positae veritatem intellegit. Hanc a singulis actionibus eodem modo differre, quo *τὸ ἁπλῶς* a *τινί* h. e. universum genus a singulis rebus (*τὸ τί*). — Itaque *τινὶ* dativus qui instrumenti dicitur, factus est; Simplicius fol. 77 a *ἄνευ οὖν πράξεως ἀληθὲς καὶ ψεῦδος εἴρηται, ὅτε μὴ πράττων καθολικώτερον ὡς εἶπον περὶ τῶν πρακτῶν διαλογίζεται, κατὰ τὴν πρακτικὴν δηλαδὴ ἐπιστήμην· διαφέρει δὲ μόνον ἡ καθόλου περὶ τῶν πρακτῶν νόησις τῆς ἐν αὐτῷ τῷ πράττειν, ὅτε καὶ τὰ μερικὰ συλλαμβάνειν ἀνάγκη τῷ ἁπλῶς καὶ τινί. ἡ μὲν γάρ ἐστιν ἁπλῶς, ὡς ἐκ δύο* (l. *τοῦ*) *οὖσα καθόλου· ἡ δὲ τὶς ὡς ἐκ μερικῆς καὶ καθόλου μερικὸν συνάγουσα τὸ συμπέρασμα.*

Ad oppositionem inter *τὸ ἁπλῶς* et *τινὶ* illustrandam afferre licet topica III, 1. 116ᵇ 8. *καὶ τὸ ἁπλῶς ἀγαθὸν τοῦ τινὶ αἱρετώτερον, οἷον τὸ ὑγιάζεσθαι τοῦ τέμνεσθαι· τὸ μὲν γὰρ*

ἁπλῶς ἀγαθόν, τὸ δὲ τινὶ τῶν δεομένων τομῆς. In quibus τινὶ tanquam dativus personae eum, cui quid conducat, significat. magn. mor. I, 1. 1182b 2. ὑπὲρ ἀγαθοῦ ἄρα, ὡς ἔοικεν, ἡμῖν λεκτέον. καὶ ὑπὲρ ἀγαθοῦ οὐ τοῦ ἁπλῶς ἀλλὰ τοῦ ἡμῖν. οὐ γὰρ τοῦ θεῶν ἀγαθοῦ. met. Λ, 7. 1072b 2. ἔστι γάρ τινι τὸ οὗ ἕνεκα, ὧν τὸ μὲν ἔστι, τὸ δ' οὐκ ἔστι. Mittamus igitur τὸ πρός τι. Adeo enim apud Aristotelem eiusmodi verba sibi constant, ut τινὶ in locum τοῦ πρός τι vix possit substitui. Haec igitur sententia erit: verum et bonum, quamquam eodem genere comprehenduntur, ita tamen differunt, ut illud per se sit, hoc ad homines referatur.

§ 7. 431b 12. [1]) Cf. ad III, 4. § 8.: Lineae et figurae a rebus segregatae non sunt iisque quasi adhaerent; sed, ut per se considerentur, ceteris relictis, cogitatione segregatae menti proponuntur (οὐ κεχωρισμένα ὡς κεχωρισμένα). Qua conditione in mathematicam cadunt disciplinam. Simplicius fol. 77 b. συμβεβηκότα δὲ πάντα τά τε σχήματα καὶ αἱ κινήσεις καὶ οἱ μοναδικοὶ ἀριθμοὶ καὶ οἱ σχετικοὶ λόγοι ἐξ ἀφαιρέσεως λεγόμενα, ὅτι οὐχ ὡς ἔστι μετὰ τῶν οὐσιῶν, ἀλλ' ὡς ἀποχωριζόμενα τῶν οὐσιῶν καθ' ἑαυτὰ γινώσκεται· ἐπεὶ καὶ ὅταν ἐν φαντασίᾳ παρατείνηται, τοῖς ζωτικοῖς τοῖς καὶ προάγουσιν αὐτὰ λόγοις συνυφίσταται, ὡς αὐτῶν ἐξῃρημένα καὶ περὶ αὐτοὺς ἔχοντα τὸ εἶναι ὡς πέρατα. καθάπερ καὶ τὰ τοῖς φύσει συνεστῶσι συμβεβηκότα, τῶν οὐσιῶν εἰσιν ἀποπερατώσεις, καὶ οὐχ ὡς τῶν περιπατητικῶν ἔνιοι φαίνονται τὰ φανταστὰ ὡς ἀνούσια πάντῃ ἐξ ἀφαιρέσεως καλοῦντες διὰ τὸ κεχωρίσθαι τῶν ἐν τοῖς αἰσθητοῖς οὐσιῶν.

Verborum constructio impedita erit, nisi incideris post verba εἰ τὸ σιμόν mente addens νοεῖ, ut plane nova constructio a verbis ᾗ μὲν σιμὸν incipiat.

[De loco 413b 12. τὰ δὲ — 19. ὕστερον Torstrikius p. 202. 203 fere haec habet: verba ita esse corrupta, ut certo emendari non possint. Verba a 15. οὕτω κτλ. ita esse coniungenda cum antecedentibus, ut eorum efficiant apodosin. Coniecit igitur, Ar. fortasse scripsisse: τὰ δὲ ἐν ἀφαιρέσει λεγόμενα νοεῖ ὥσπερ ἂν εἰ τὸ σιμόν· ᾗ μὲν σιμόν, οὐ κεχωρισμένως· ᾗ δὲ κοῖλον, εἴ τις ἐνόει ἐνεργείᾳ, ὥσπερ ἄνευ τῆς σαρκὸς ἂν ἐνόει ἐν ᾗ τὸ κοῖλον, οὕτω τὰ μαθηματικὰ οὐ κεχωρισμένα ὡς κεχωρισμένα νοεῖ ὅταν νοῇ ἐκεῖνα. Sententiam esse hanc: „Quemadmodum vero aliquis varum quatenus cavum est, si actu cogitaret (id quod fieri non potest), sine crure cogitaret in quo est cavum, ita res mathematicas, quamquam non inveniuntur separatae, tanquam separatas contemplatur cum contemplatur res naturales, quibus res mathematicae insunt." Quid sit ἐνεργείᾳ νοεῖν (a 14) se intellegere negat.]

431ᵇ 14. εἴ τις ἐνόει ἐνεργείᾳ. Ita Bekkerus. In reliquis νοῦς regit; quid subito τὶς? — Minus etiam convenit τὶ, quod vulgata praebet, cum μαθηματικὰ cogitanda sint nec vero τὶ nescio quid? Fortasse, ut aliquid in locum vocabuli sive τὶς sive τὶ substituatur, εἴπερ scribendum est.

Eam igitur τὸ νοεῖν ἐνεργείᾳ vim habet, et e σιμῷ τὸ κοῖλον (cf. ad III, 4. § 8) e re concreta τὸ τί ἦν εἶναι investigetur. Qua in re ambiguum est, utrum ἐνεργείᾳ intentam cogitandi vim significet, quae fortuita et extrinsecus accidentia a necessariis segregat, an ad rem, quae cogitatur, ita pertineat, ut ex veritate et intima eius natura cogitanda indicetur. Hoc illo fortasse probabilius.

Simpl. fol. 78 a. διπλῆ δὲ ἡ γραφὴ φέρεται, ἢ οὕτως οὐ κεχωρισμένα ὡς κεχωρισμένα ἢ οὐ κεχωρισμένως ὡς κεχωρισμένως. Illa scriptura perspicua; haec, nisi vim adhibueris.

431ᵇ 16. ὅταν νοῇ ἐκεῖνα i. e. quae sub sensus cadunt.

§ 8. 431ᵇ 16. ὅλως δὲ ὁ νοῦς ἐστιν ὁ κατ' ἐνέργειαν τὰ πράγματα νοῶν. 1)] In universum mens est, quae res e notionis veritate (κατ' ἐνέργειαν) cogitat. Si sensus res suppeditant, quales se offerunt specie obrutae: mens in veram et necessariam earum naturam descendit, ut κατ' ἐνέργειαν τὰ πράγματα νοεῖν dici possit. Ita, si verba, qua ratione coniuncta sunt, sequaris, statuendum esse videtur. Plerisque hic capitis exitus ad initii sententiam, qua mens ipsae res esse pronuntiatur, redire videtur. Sed adeo τὰ πράγματα inter ἐνέργειαν et νοῶν intrusa sunt, ut hoc vix ac ne vix quidem exprimere possis. Scribit igitur Simplicius fol. 78 a. βούλεται μὲν καὶ νῦν ὅπερ πολλάκις προεῖπέ τε καὶ αὖτις ἐρεῖ ὑπομνῆσαι, ὅτι πᾶς νοῦς ὅταν ἐνεργῇ ὁ αὐτός ἐστι τοῖς νοουμένοις καὶ ἔστιν ἅπερ τὰ νοούμενα. χρὴ δὲ διὰ τὸ σαφῆ ποιῆσαι τὴν λέξιν ἐπὶ σμικρὸν μεταθεῖναι καὶ ὧδε ἀναγνῶναι· ὅλως δὲ ὁ νοῦς ἐστι τὰ πράγματα ὁ κατ' ἐνέργειαν νοῶν. — Sed voces ὁ κατ' ἐνέργειαν τὰ πράγματα νοῶν tam arte ligatae sunt, ut, etiamsi voce, quae separanda sunt, distinguere velis, vinculum solvere nequeas. Quare, nisi τὰ πράγματα transponere possis, haec interpretatio mittenda est.

---

1) [431ᵇ 17. νοῶν Bz. in ind. uncis inclusit, delevit Torstrikius. Aliter verba coniungit atque Trendelenburgius, componens ὁ κατ' ἐνέργειαν νοῦς: „Sine dubitatione, ait, ὁ κατ' ἐνέργειαν νοῦς est ὁ νοῶν νοῦς; sed illud satis erat dixisse." Universam sententiam placita Aristotelica longe excedere cf. 430ᵃ 3. ἐπὶ — τῶν ἄνευ ὕλης τὸ αὐτό ἐστι τὸ νοοῦν καὶ τὸ νοούμενον.]

431b 17. ἆρα δ' ἐνδέχεται τῶν κεχωρισμένων τι νοεῖν ὄντα αὐτὸν μὴ κεχωρισμένον μεγέθους, ἢ οὔ, ὕστερον σκεπτέον.] Observes μὴ κεχωρισμένον, quippe quod conditionem inclusam teneat: nisi mens separata fuerit; id enim agit, ut omnia ad νοῦν χωριστὸν confirmandum tendant.

431b 19. ὕστερον.] Ubi [1]) haec quaestio tractata est?

Cap. 8.

§ 1. 431b 20. Quae de sensus et cognitionis rationibus tradita sunt, in pauca conferuntur, ut, quomodo anima res esse dici possit, clarius intellegatur.

431b 21. εἴπωμεν πάλιν.] Hoc πάλιν [2]) ad priores philosophos redire videtur, quibus, ut Empedocli, Platoni (cf. I, 2. 404b 7 sqq.) simile quid obversabatur. Horum nunc rursus Aristoteles sententiam excipit, quamquam non eadem mente.

§ 2. 431b 24. Suae cuique res cognoscendi generi respondent tum sentiendo tum cogitando. Δύναμις et ἐντελέχεια si cum ad cognitionem tum ad res conferuntur, hae etiam inter se respondere dicuntur. Qui locus non omni difficultate caret. τέμνεται οὖν ἡ ἐπιστήμη καὶ ἡ αἴσθησις εἰς τὰ πράγματα, ἡ μὲν δυνάμει εἰς τὰ δυνάμει, ἡ δ' ἐντελεχείᾳ εἰς τὰ ἐντελεχείᾳ. Quomodo res et sentiendo et cognoscendo ita afficiuntur, ut sensui, qui est δυνάμει, res δυνάμει, cognitioni ἐντελεχείᾳ res ἐντελεχείᾳ respondeat? Rerum natura, si per se solam spectaveris, ab humana cognitione non pendet, ut, quo gradu cognitio, eodem etiam res sit. Haec igitur rerum conditio, qualis ex se ipsa sit, mittenda est. Sed πράγματα neque alia neque aliter intellegenda sunt, ac quatenus cognoscuntur. Quod cognoscitur, id cognitioni tantum veritatis habet, quantum cognitio, ut, si vel sensus vel mens nihil nisi δύναμις est, nec res, quae respondent, vere percipiuntur, sed, quatenus cognosci possunt, in ipsa δυνάμει remanent. — Simplicius fol. 73 b. haec habet: ἡ μὲν κατὰ δύναμιν γνῶσις δυνάμει ἐστὶ τὰ γνωστὰ τρόπον τινά· τοῦτο γὰρ αὐτῷ δηλοῖ τὸ πῶς. ἐπειδὴ ὡς ἐρεῖ οὐ τὰ αἰσθητά ἐστιν ἡ αἴσθησις ἀλλὰ τὰ τῶν αἰσθητῶν εἴδη. ἐν μὲν οὖν τῇ αἰσθήσει ἐνεργούσῃ τὰ

---

1) [Bz. ind. Ar. 98a 14: „non videtur exstare ea, quae promittitur disputatio."]

2) [Cf. tamen eum usum, quem Bz. ind. Ar. 559b 13 tertio loco explicat: „πάλιν omnino progressum in narrando, enumerando, quaerendo significat."]

τῶν αἰσθητῶν εἴδη ἐγγίνεται οὐκ ἔξωθεν, ἀλλ' ἔνδοθεν ἐκ τῆς οὐσίας ἐν τῇ ἐνεργείᾳ ὅτε καὶ ἐνεργεῖ. καὶ γὰρ αὐτὴ ἡ γνωστικὴ ἐνέργεια ὅλη ἔνδοθεν, ὥστε καὶ τὰ καθ' ἃ ὁρίζεται εἴδη· ἀλλὰ τὴν ἀπάτην ποιεῖ τὸ κατὰ τὴν σχέσιν τὴν πρὸς τὰ ἔξω καὶ αὐτὴν τὴν ἐνέργειαν καὶ τὰ γιγνωσκόμενα προβάλλεσθαι. ὡς δὲ ἡ ἐνέργεια οὐκ ἔξωθεν, οὕτως οὐδὲ τὰ καθ' ἃ γινώσκει εἴδη. Sed haec ex parte quidem illata sunt. Simplicius quid sibi illo ἔξωθεν et ἔνδοθεν velit, ita explanat: ἡ ἐπιστήμη διττὴ οὖσα, ἡ μὲν τοῦ ἔξω προελθόντος καὶ τελειωθέντος νοῦ, ἡ δὲ ἡ τοῦ οὐσιώδους καὶ τελειοῦντος· αὐτὴ μὲν ἡνωμένως τοῖς εἴδεσι συνάπτεται, ἐκείνη δὲ μετά τινος ἑτερότητος.

431ᵇ 26. *τὸ αἰσθητικὸν καὶ τὸ ἐπιστημονικὸν δυνάμει ταῦτά ἐστι, τὸ μὲν ἐπιστητὸν τὸ δὲ αἰσθητόν.*] Ita vulgata. Turbat Bekkeri *ταὐτόν*. Id enim non agitur, ut sentiendi et cognoscendi facultas una et eadem esse probetur, sed ut altera sit res, quae sentitur, altera, quae cognoscitur, id quod e *ταὐτόν*, nisi vim inferre velis, repetere non possis.

432ᵃ 1. *ὥστε ἡ ψυχὴ ὥσπερ ἡ χείρ ἐστιν· καὶ γὰρ ἡ χεὶρ ὄργανόν ἐστιν ὀργάνων, καὶ ὁ νοῦς εἶδος εἰδῶν καὶ ἡ αἴσθησις εἶδος αἰσθητῶν.*] Animus rerum species et formas suscipit, ut mens formarum forma dicatur. Quo tandem sensu? Comparatio adicitur, velut manus instrumentorum sit instrumentum. Manus, qua tanquam instrumento reliqua instrumenta adhibentur, instrumentum instrumentorum dici potest. Eodem fortasse sensu *νοῦς εἶδος εἰδῶν* i. e. ea species et forma, quae reliquas suscipit, iisque, velut manus instrumentis, utitur. In quo id obscurum est, quid sit, quod mens *εἶδος* forma et species vocatur. Num ea sola sufficit ratio, quod vis est a materia avocata? Manus tanquam unum instrumentum varium usum in se coniungit, ut multorum vicem sustineat. de part. anim. IV, 10. 687ᵃ 20. *ἡ δὲ χεὶρ ἔοικεν εἶναι οὐχ ἓν ὄργανον, ἀλλὰ πολλά· ἔστι γὰρ ὡσπερεὶ ὄργανον πρὸ ὀργάνων. τῷ οὖν πλείστας δυναμένῳ δέξασθαι τέχνας, τὸ ἐπὶ πλεῖστα τῶν ὀργάνων χρήσιμον τὴν χεῖρα ἀποδέδωκεν ἡ φύσις.* [Quemadmodum manus instrumentum ante instrumenta (*πρὸ*), i. e. instrumentum est, quod reliquis prius reliqua in usum convertit, ita et mens forma formarum, i. e. ea forma, quae reliquis prior reliquas ad finem perducit, ut *εἶδος εἰδῶν*, quae est intellectus natura, *πρότερον τῇ φύσει* iudicetur.]

§ 3. 432ᵃ 8. οὐδὲ ξυνείη. Ita Bekkerus. Cum duo [1]) eius codices ξυνίῃ, ceteri vulgatam ξυνίοι tueantur, solitam formam ex utraque conflasse videtur, ut suspectam loci formam (ξυνίοι) detergeret. v. Buttm. ampl. Gramm. I. 543. Nos ne codicum auctoritatem desereremus, ξυνίοι vulgatam, a qua maior pars stat, reposuimus.

Si mens omnia ex sensuum cognitione depromit, id quod „nihil esse in intellectu, quin fuerit in sensu," saepius dictum est: intellectu agenti praetermisso omnia ad eam patiendi rationem, quae explosa erat, rediisse videntur. Sed quae capite exeunte τὰ πρῶτα νοήματα dicuntur, ea aperte illam intellectus agentis et veritatem et libertatem vindicant. Sed breviora esse, quam ut difficillimae et experientiae et rationis coniunctioni indicandae satisfaciant, negari non potest. Τὰ πρῶτα [2]) νοήματα, ut πρῶτοι ἀριθμοί, ea esse videntur, a quibus reliquae veritatem repetunt. Haec ab imaginationibus discernuntur, sed ne id quidem diiudicatur, an sine imaginationibus esse possint. Significatur tamen; eo enim consilio additum esse credas, reliquas cogitationes sine imaginibus esse non posse. Quare πρῶτα νοήματα eodem prorsus, quo reliqua, ordine habere non licet. Simplic. fol. 82 a. ἐρωτᾷ γὰρ διατί μὴ καὶ τὰ πρῶτα νοήματα· πρῶτα καλῶς τὰ τῶν οὐσιῶν αὐτῶν γνωστικὰ καὶ μάλιστα τὰ τῶν ἀΰλων εἰδῶν φαντάσματά ἐστι. καὶ ἀποκρίνεται ὡς οὐδὲ τὰ προειρημένα ἅπερ ἄλλα ἔφη τὰ ἐν τοῖς αἰσθητοῖς εἴδεσι καὶ φανταστοῖς ἀποτεινόμενα φαντάσματα τυγχάνει ὄντα, ἀλλὰ κἀκεῖνα ὡς ὑπεστρωμένοις τοῖς φαντάσμασι χρῆται.

432ᵃ 11. [συμπλοκή — „Iam apud Platonem συμπλοκὴ verborum in enunciatione inter se contextorum significat nexum.

---

1) [Cod. X, si Bekkero fides, utrumque habet, et ξυνίοι et ξυνίῃ.]

2) [Aliter Bz.; duo enim maxime genera in enumerandis significationibus vocis πρῶτος distinguit: alterum, ubi absolute usurpatum cum notione et usu vocis ἀρχὴ conferri potest; alterum, ubi ad aliud refertur; secundo ordini nostrum locum attribuit. Cf. Freudenthal l. l. 13. „Die höchsten Begriffe würde Aristoteles nicht einmal frageweise mit φαντάσματα identificiren. Dem Zusammenhang entspricht es mit Iul. Pacius die πρῶτα νοήματα als Gegensatz zu vorhergehenden συμπλοκὴ zu fassen: Die φαντασία ist verschieden vom bejahenden und verneinenden Urtheil, denn sie liefert bloss Einzelbilder und erst durch Verknüpfung entsteht Wahres und Falsches: „Aber die ersten, d. h. unverknüpften Begriffe (τὰ ἁπλᾶ Metaph. E, 4. 1027ᵇ 27), wodurch unterscheiden sie sich von den φαντάσματα?" Torstrik bezieht πρῶτος auf die ersten Abstractionen; seine Verbesserung τἆλλα in ταῦτα wird nöthig bleiben."]

Ita in Theaeteto p. 202 B. ὀνομάτων γὰρ συμπλοκὴν εἶναι λόγου οὐσίαν, in Sophist. p. 262. καὶ λόγος ἐγένετο εὐθὺς ἡ πρώτη συμπλοκή. — ὅταν εἴπῃ τις, ἄνθρωπος μανθάνει, λόγον εἶναι φῇς τοῦτον ἐλάχιστόν τε καὶ πρῶτον." Trdlbg. el. log. Ar. § 3. p. 58.]

Quod Sylburgius et alii ἢ — φαντασμάτων; interrogationem fecerunt, id inde accidisse videtur, quod particulae ἢ responsioni inservientis significatio parum perspecta erat.

Cap. 9. usque ad Cap. 11.

Tria haec capita, quid animal moveat, exquirunt. Nono id potissimum agitur, ut quomodo omnino animi partes, quarum movendi facultas una esse dicitur, intellegi possint (§ 2 — 4) disputetur, deinde quid movendi facultas non sit (§ 5 — 8) exponatur.

§ 1. 432ª 16. τὸ κριτικόν, commune, quo mens et sensus comprehenduntur, vocabulum. cf. de motu anim. 6. 700ᵇ 17. ὁρῶμεν δὲ τὰ κινοῦντα τὸ ζῷον διάνοιαν καὶ φαντασίαν καὶ προαίρεσιν καὶ βούλησιν καὶ ἐπιθυμίαν. ταῦτα δὲ πάντα ἀνάγεται εἰς νοῦν καὶ ὄρεξιν. καὶ γὰρ ἡ φαντασία καὶ ἡ αἴσθησις τὴν αὐτὴν τῷ νῷ χώραν ἔχουσιν· κριτικὰ γὰρ πάντα.

[432ª 20. χωριστός — Si χωριστός [1]), quippe quod de ideis constanter usurpatur, in eum usum abiit, ut quod a materia segregatum suam tuetur vitam, significet, haec dicendi ratio iam apud Platonem primas radices egit, ut in Phaedone χωρισμὸς ψυχῆς p. 67 et saepius.]

432ª 20. ἢ μεγέθει ἢ λόγῳ] aut sola notione et cogitatione aut ipsa re. cf. II, 2. 413ᵇ 15. Aliud esse diversum μεγέθει, aliud λόγῳ, praeclaro in ethicis Nicom. I, 13. 1102ª 29. exemplo illustratur. ταῦτα δὲ πότερον διώρισται καθάπερ τὰ τοῦ σώματος μόρια καὶ πᾶν τὸ μεριστόν, ἢ τῷ λόγῳ δύο ἐστὶν ἀχώριστα πεφυκότα καθάπερ ἐν τῇ περιφερείᾳ τὸ κυρτὸν καὶ τὸ κοῖλον, οὐθὲν διαφέρει πρὸς τὸ παρόν.

§ 2. 3. 432ª 22 sqq. In universa hac expositione quod Aristoteles non animi partes admittit, sed animum tanquam unum

1) [Bz. ind. Ar. 860ª 11. „ratione et notione distinguere, 21. haec vis vocis χωρίζεσθαι, χωριστὸς plenius significatur addito λόγῳ, κατὰ λόγον, εἴδει, τῷ εἶναι, quibus opponuntur τόπῳ, χρόνῳ, ἀριθμῷ, μεγέθει, ἁπλῶς. — 27. χωριστὸν ἁπλῶς id dicitur, quod suapte natura et per se in re ac veritate est."]

comprehendit, praeclarum est iudicium. Superior facultas inferiori tanquam fundamento utitur, sed non ita ut pars aliqua diversa sit. Si animum partiri velis, partes sunt quasi infinitae; adeo varius est et uberrimus actionum fons, ut, quoniam singula quaeque quasi partes tenere licet, infinitae sint partes. Universus hic locus in Platonem maxime eiusque discipulos coniectus videtur. Plato enim in republica (IV. p. 436—441. Steph.) has ipsas animi partes (*λογιστικόν*, *θυμικόν*, *ἐπιθυμητικόν*) ita persequitur, ut eas iis partibus, ex quibus civitas constat, respondere ostendat. Eodem loco (cf. Tim. p. 36 Steph.) eam partem, quae rationis particeps est, ab ea, quae caret, divisam esse significatur. Eadem partitio in magnorum, quae dicuntur, moralium libro (I, 1. 1182ᵃ 24) ad Platonem auctorem refertur. *μετὰ ταῦτα δὲ Πλάτων διείλετο τὴν ψυχὴν εἴς τε τὸ λόγον ἔχον καὶ εἰς τὸ ἄλογον ὀρθῶς καὶ ἀπέδωκεν ἑκάστου ἀρετὰς προσηκούσας.* Quamvis, si locum nostrum de anima sequaris, alii illam (*λογιστικὸν καὶ θυμικὸν καὶ ἐπιθυμητικόν*), alii hanc divisionem (*τὸ λόγον ἔχον καὶ τὸ ἄλογον*) tueri videantur, tamen utraque ad unum Platonem revocanda est. Aristoteles ipse in ethicis Nicomacheis (I, 13. 1102ᵃ 27 sqq.) eam partitionem, qua animus rationis vel particeps vel expers dicitur, ita in usum convertit suum, ut virtutum naturam ad eam redigeret. Sed ibi prudenter cavet, ne, eiusmodi partitione accepta, animum in diversas partes distraxisse videatur. Hac enim partes utrum re ipsa tanquam corporis membra dirimi an sola cogitatione distingui debeant, ad morum quaestionem parum attinere sit. Plato ab ideis profectus materiam non curavit, ut eas tantum animi partes constitueret, quae animum quasi a rebus avocatum per se solum spectant, eas vero omitteret, quibus cum universa rerum natura coniunctus est. Has contra Aristoteles, a rerum natura ad animi divinitatem ascendens, in Platone facile desideravit, ut aequo iure addendas esse contenderet. Cuiusmodi sunt *τὸ θρεπτικόν*, *τὸ αἰσθητικόν*, *τὸ κινητικόν*. *Τὸ φανταστικὸν* nec *τῷ λογιστικῷ* (illud enim aliquid sibi a sensibus inditum retinet) nec *τῷ θυμικῷ* vel *ἐπιθυμητικῷ* (in his enim sensuum partes neglectae sunt) tribui potest. *Τὸ ὀρεκτικόν*, qua animans vi ad rem sibi propositam tendit, sive ratio est sive cupido, tribus Platonis generibus inesse cunctis, ut non omnino diversa eorum sit natura, eoque quasi communi vinculo teneantur, Aristoteles acute significavit. *Τὸ ὀρεκτικὸν* igitur, quamquam diversa eius a tribus partibus est notio, si animus in partes dirimeretur, a semet ipso descisceret.

§ 3. 432ᵃ 31. ἔτι δὲ τὸ φανταστικόν, ὃ τῷ μὲν εἶναι πάντων ἕτερον, τινὶ δὲ τούτων ταὐτὸν ἢ ἕτερον, ἔχει πολλὴν ἀπορίαν. Ita praeter To. editiones omnes. In quo illud τινὶ i. e. alicui partium nos offendit. Τὸ φανταστικὸν a tribus, de quibus agitur, partibus ratione et notione diversum, tamen ad earum aliquam referendum esset; in qua repugnantia difficultas posita est. Sed quid adiectum ἢ ἕτερον? Neque enim ab una aliqua parte sed a duabus reliquis segregatum. In quo, si disiunctivam particulam ἢ probe attenderis, vestigium deprehendas, scriptam esse interrogationem τίνι δὲ τούτων ταὐτὸν ἢ ἕτερον. Ita quidem difficultas declarata.

§ 5—8. 432ᵇ 13 sqq. Quae sequuntur, cum libro de animalium motu conferenda sunt, et inprimis cum capite eius sexto, septimo, octavo, quibus in ὀρέξει ultima movendi causa ponitur. Quae ὄρεξις quomodo reliquis animi facultatibus partim insit partim utatur, bene ibi exponitur. Quorum hanc quasi summam e septimo capite medio transferre placet: οὕτως μὲν οὖν ἐπὶ τὸ κινεῖσθαι καὶ πράττειν τὰ ζῷα ὁρμῶσι τῆς μὲν ἐσχάτης αἰτίας τοῦ κινεῖσθαι ὀρέξεως οὔσης, ταύτης δὲ γινομένης ἢ δι' αἰσθήσεως ἢ διὰ φαντασίας καὶ νοήσεως. τῶν δ' ὀρεγομένων πράττειν τὰ μὲν δι' ἐπιθυμίαν ἢ θυμὸν τὰ δὲ δι' ὄρεξιν ἢ βούλησιν τὰ μὲν ποιοῦσι τὰ δὲ πράττουσι.

Si τὸ θρεπτικὸν movendi esset causa, plantae quoque, quibus inest, moverentur (§ 5); si τὸ αἰσθητικόν, non animantia reperirentur sensu praedita, motu vero destituta (§ 6); si τὸ λογιστικόν, motus vel a mente, quae in contemplando versatur, vel a consilio ad agendum pertinenti penderet. Utrumque autem non omnino locum habet. Illa enim (ὁ νοῦς ὁ θεωρητικός), etsi vel fugienda vel expetenda considerat, nec fugere nec expetere iubet; atque cor vel iniussum movetur; haec autem (ὁ νοῦς ὁ πρακτικός), etsi ad actiones dirigendas comparata, non semper auditur; intemperantia enim voluntatem in peius abripit. Sicut in artibus scientia a facultate disiuncta esse solet, ut alius eius rationes noverit, alius praecepta exerceat: ita etiam in animo fieri potest, ut actio a consilio desciscat. Nec cupido nec voluntas certum imperium tenet; illa a temperante continetur, haec ab immoderato infringitur (§ 7. 8). In his, quae ultimo loco posita sunt, ὄρεξις non generali illa significatione (§ 3), qua, ubicunque est, vim denotat ad finem aliquem agentem, sed angustiore eaque inferiore, qua idem atque cupido pollet. (cf. III, 10. 433ᵃ 25 ἡ δ' ὄρεξις κινεῖ παρὰ τὸν λογισμόν· ἡ γὰρ ἐπιθυμία ὄρεξίς τις ἐστίν).

§ 6. 432ᵇ 25. *ὥστ' εἶχεν ἂν καὶ τὰ ὀργανικὰ μέρη τῆς πορείας.* — [Apodosis est ad protasin 21. *εἰ κτλ.* pertinens. De apodosi, a particula *ὥστε* incipiente cf. Bz. stud. Ar. II, III. 106—124, ind. Ar. 873ᵃ 31: „a particula *ὥστε* Ar. interdum exorditur apodosin enunciationis conditionalis vel causalis; id quoniam per anacoluthian quandam fit, praecipue tum locum habet, ubi protasis per plura membra continuata vel parenthesibus intercepta est."]

432ᵇ 21. *ἡ φύσις οὐδὲν μάτην*] cf. de incessu 2. 704ᵇ 15 infra III, 12. 434ᵃ 31. de part. an. II, 13. 658ᵃ 9. [Bz. ind. Ar. 447ᵇ 5.]

§ 8. 433ᵃ 4. *καὶ ὅλως δὲ ὁρῶμεν κτλ.* Conici poterat non sine veri specie *οὕτως*. Sed ex exemplo sententia universa (*ὅλως*) depromenda est, alium praecipere, alium praecepta facere, ut facilis sit eorum discrepantia.

Cap. 10.

§ 1. 2.[1]) 433ᵃ 9 sqq. Duo movent animalia vel appetitus vel intellectus, si intellectu imaginationem comprehendas, i. e. ille intellectus, qui consilium propositum habet et ad agendum spectat.

433ᵃ 16. *τὸ δ' ἔσχατον ἀρχὴ τῆς πράξεως.*] Quid ultimum? Si ad Aristotelias motus rationes transtuleris, ea res, quae expetitur, quae appetitum movet, ultimum est, *τὸ κινοῦν ἀκίνητον*, dum *ὄρεξις τὸ κινοῦν κινούμενον.* Putem igitur *τὸ ἔσχατον* hanc esse rem, a qua motus proficiscitur, ad quam tendit, ultra quam progredi non possis (§ 6). [Cf. eth. Nic. *Ζ*, 12. 1143ᵇ 2. *ὁ δ' ἐν ταῖς πρακτικαῖς (νοῦς) τοῦ ἐσχάτου* [2]) *καὶ ἐνδεχομένου καὶ τῆς ἑτέρας προτάσεως.* Singularum igitur rerum earumque mutabilium dominus. cf. 9. 1142ᵃ 26.]

---

1) [In apparatu critico (ad § 3) omissus est numerus 20; legas igitur: 19. *ἐστὶν αὐτῆς* X. ‖ 20. *ὀρεκτὸν* EL etc.]

2) [Cf. Trdlbg. hist. Beitr. II, 376 ad eth. Nic. I, 12. 1143ᵃ 34: „Die praktische Vernunft bezieht sich im Gegensatze gegen die theoretische, welche für die Beweise Quelle der unbewegten (*ἀκινήτων* d. h. nothwendigen) und schlechthin ersten Principe ist, auf das letzte (*τοῦ ἐσχάτου* d. h. nach der Seite der Erscheinung hin — auf das im Handeln unmittelbar Einzelne. cf. de an. III. 10. 433ᵃ 16) und auf das Veränderliche und auf die zweite Prämisse. Der Untersatz verhält sich zum Obersatz, wie das Besondere oder Einzelne zum Allgemeinen. — Ar. vergleicht mehrfach die Ueberlegung beim Handeln einem Syllogismus. cf. de an. III, 11. 434ᵃ 17.]

phys. VIII, 2. 253a 8. μάλιστα δ' ἂν δόξειε τὸ τρίτον ἔχειν ἀπορίαν, ὡς ἐγγινομένης οὐκ ἐνούσης πρότερον κινήσεως, τὸ συμβαῖνον ἐπὶ τῶν ἐμψύχων· ἠρεμοῦν γὰρ πρότερον μετὰ ταῦτα βαδίζει, κινήσαντος τῶν ἔξωθεν οὐδενός, ὡς δοκεῖ. τοῦτο δ' ἐστὶ ψεῦδος. ὁρῶμεν γὰρ ἀεί τι κινούμενον ἐν τῷ ζῴῳ τῶν συμφύτων· τούτου δὲ τῆς κινήσεως οὐκ αὐτὸ τὸ ζῷον αἴτιον, ἀλλὰ τὸ περιέχον ἴσως. αὐτὸ δέ φαμεν ἑαυτὸ κινεῖν οὐ πᾶσαν κίνησιν, ἀλλὰ τὴν κατὰ τόπον. οὐδὲν οὖν κωλύει, μᾶλλον δ' ἴσως ἀναγκαῖον, τῷ σώματι πολλὰς ἐγγίγνεσθαι κινήσεις ὑπὸ τοῦ περιέχοντος, τούτων δ' ἐνίας τὴν διάνοιαν ἢ τὴν ὄρεξιν κινεῖν, ἐκείνην δὲ τὸ ὅλον ἤδη ζῷον κινεῖν, ὁποῖον συμβαίνει περὶ τοὺς ὕπνους· αἰσθητικῆς μὲν γὰρ οὐδεμιᾶς ἐνούσης κινήσεως, ἐνούσης μέντοι τινός, ἐγείρεται τὰ ζῷα πάλιν. ἀλλὰ γὰρ φανερὸν ἔσται καὶ περὶ τούτων ἐκ τῶν ἑπομένων.

[§ 2. Torstrikius locum 433a 13. ἄμφω — 21. δύο e duabus recensionibus contaminatum esse, unumque versum a 16. 17. transpositum esse censet. Totum locum ita scribit: 13. ἄμφω — 21. δύο,] ἄμφω ἄρα ταῦτα κινητικὰ κατὰ τόπον, νοῦς καὶ ὄρεξις, νοῦς δὲ ὁ ἕνεκά του λογιζόμενος καὶ ὁ πρακτικός· διαφέρει δὲ τοῦ θεωρητικοῦ τῷ τέλει. καὶ ἡ ὄρεξις ἕνεκά του πᾶσα. ὥστε εὐλόγως ταῦτα δύο φαίνεται τὰ κινοῦντα, ὄρεξις καὶ διάνοια πρακτική.

prior editio	posterior editio
prior editio: τὸ ὀρεκτὸν γὰρ κινεῖ, καὶ διὰ τοῦτο ἡ διάνοια κινεῖ ὅτι ἀρχὴ αὐτῆς ἐστὶ τὸ ὀρεκτόν·	posterior editio: οὗ γὰρ ἡ ὄρεξις, αὕτη ἀρχὴ τοῦ πρακτικοῦ νοῦ.

τὸ δ' ἔσχατον ἀρχὴ τῆς πράξεως. καὶ ἡ φαντασία δὲ ὅταν κινῇ, οὐ κινεῖ ἄνευ ὀρέξεως. ἓν δή τι τὸ κινοῦν, τὸ ὀρεκτικόν. εἰ γὰρ δύο, κτλ. — bis idem dici iis particulis, quas duarum recensionum reliquias nominavit. Sententiarum nexum ita exponit: „a. § 2. 433a 14. Intellectus practicus (intellectus theoreticus enim ab hac re ablegandus), semper alicuius finis causa agit: item appetitus. Itaque quod in § 1 ἔνδοξον supposuimus (φαίνεται scil. duo esse principia moventia, appetitum et intellectum), id non sine idonea causa factum est (εὐλόγως): a 14. νοῦς — 15. πᾶσα. 17. ὥστε — 18. πρακτική.

b. Iam Ar. demonstrabit cur moveat intellectus practicus: qua re demonstrata duo principia ad unum revocata erunt. Movet autem intellectus practicus propter intellectionem rei appetibilis: ea enim principium est a quo ratiocinationem orditur: qua in ratiocinatione quod ultimum est, id primum est in agendo atque actionis initium. Item phantasia cum movet, semper cum

appetita coniuncta est: 15. οὗ — 16. νοῦ = 18. τὸ ὀρεκτὸν — 20. ὀρεκτόν. 16. τὸ δ' ἔσχατον — 17. πράξεως. 20. καὶ ἡ φαντασία — ὀρέξεως.

c. Demonstratum est unum esse, quod moveat, appetitum. Nam si intellectus et appetitus eandem haberent in movendo dignitatem, deberent intellectus et appetitus esse duas species eiusdem generis motivi. Sed aliter se res habet: nam intellectus nunquam sine appetitu movet, appetitus interdum sine intellectu. Igitur appetitus in movendo summum habet locum: 21. ἓν — 26. ἐστίν.

d. Demonstratur quid semper recte moveat, quid non semper recte: 26. νοῦς — 30. ἔχειν.

e. Concludit non duo esse motus principia, sed unum, appetitum: 30. ὅτι — 31. φανερόν. — Legebatur 21. ἓν δή τι τὸ κινοῦν, τὸ ὀρεκτόν. Scripsi τὸ ὀρεκτικόν, propter ea quae his opponuntur: εἰ γὰρ δύο, νοῦς καὶ ὄρεξις (h. e. τὸ ὀρεκτικόν), ἐκίνουν. — Deinde 25. recepi καὶ ex Themistii paraphrasi: ἡ δὲ ὄρεξις κινεῖ καὶ παρὰ τὸν λογισμόν: non omnis, sed quaedam."

Aliter locum intellegit Pansch, qui de eo disseruit in philologo, XXI. p. 543. Legendum esse 15. 16: οὐ γὰρ ἡ ὄρεξις αὐτή, ne bis idem dicatur. Totum locum ita vertit (inde a 433ᵃ 13): „Diese beiden bewirkten also die sämmtliche Bewegung, der Verstand und das Begehren, der Verstand, welcher um eines Zweckes willen Betrachtungen anstellt und der aufs Handeln geht; er unterscheidet sich aber von dem nur betrachtenden durch sein Ziel. Auch alles Begehren ist um eines Zweckes willen; denn nicht ist das Begehren selbst Princip der Handlung: Das Letzte ist Princip der Handlung. Und so erscheinen denn mit gutem Grunde diese beiden als die bewegenden, das Begehren und die aufs Handeln gerichtete Ueberlegung; denn das Begehrte bewegt, und durch dieses bewegt die aufs Handeln gerichtete Ueberlegung, weil ihr Princip das Begehrte ist. Auch die Phantasie, wenn sie bewegt, bewegt nicht ohne Begehren. Eins ist nun das Bewegende, das Begehrte (τὸ ὀρεκτὸν richtig cod. E.)" Ad haec explicanda Panschius addit: „Ar. sagt, dass der νοῦς und die ὄρεξις als Beweger erscheinen. Dies liegt darin, dass beide auf einen Zweck gehen; deswegen ist auch nur der praktische Verstand räumlich bewegend, weil er einen ausserhalb seiner selbst liegenden Zweck hat. Alle ὄρεξις hat nun einen ausserhalb liegenden Zweck und ist nur um dieses Zweckes willen. Weshalb sagt Aristoteles πᾶσα? Er meint sowohl das Begehren des vernünftigen als des unver-

nünftigen Theiles der Seele (cf. rhet. 1369ᵃ 1. *καὶ τὰ μὲν διὰ λογιστικὴν ὄρεξιν τὰ δὲ δι' ἀλόγιστον*) Dass letzteres nur auf einen Zweck geht, versteht sich von selbst; über ersteres hält Ar. jedoch für nöthig hinzuzufügen die Worte *οὐ γὰρ ἡ ὄρεξις κτλ.*, dass man ja nicht die *ὄρεξις* als Princip des praktischen Verstandes auffassen soll, sondern bei jeder Handlung liegt das Princip in dem Gegenstand der Handlung, der Zweckursache (dem *ἔσχατον* oder *ὀρεκτόν*). Die *ὄρεξις* ist nur ein *κινοῦν καὶ κινούμενον*: cf. 433ᵇ 15. *ἔστι δὲ τὸ μὲν ἀκίνητον τὸ πρακτὸν ἀγαθόν, τὸ δὲ κινοῦν καὶ κινούμενον τὸ ὀρεκτικόν.* — 443ᵃ 21 hat cod. E. *ἓν δή τι τὸ κινοῦν, τὸ ὀρεκτόν*, Torstrik schreibt *ὀρεκτικόν*, wegen des Gegensatzes (*εἰ γὰρ δύο, νοῦς καὶ ὄρεξις*). Der Sinn verlangt jedoch *ὀρεκτόν*. Denn in der ganzen Beweisführung wird grade hervorgehoben, dass nicht die *ὄρεξις* das eigentliche Princip ist, sondern das *ὀρεκτόν*, ein einiges, statt der zwei *νοῦς* und *ὀρεξις*. Der mit *εἰ γὰρ δύο* beginnende Einwurf geht bis 433ᵃ 27. *διὸ ἀεὶ κινεῖ μὲν τὸ ὀρεκτόν*, mit welchen Worten Aristoteles wieder zurückkommt auf den früheren Satz 433ᵃ 21. *ἓν δή τι τὸ κινοῦν τὸ ὀρεκτόν.*" Ea explicatio Trendelenburgio recta esse videbatur.]

§ 3. 433ᵃ 20. Si haec duo sunt, quae moveant, commune aliquid (*εἶδος*), quo movent, habere videntur, idque *ορεξις*, qua vi ad rem propositam tenditur.

§ 4. 433ᵃ 26. cf. de motu animal. 6, 700ᵇ 22. *βούλησις δὲ καὶ θυμὸς καὶ ἐπιθυμία πάντα ὄρεξις, ἡ δὲ προαίρεσις κοινὸν διανοίας καὶ ὀρέξεως· ὥστε κινεῖ πρῶτον τὸ ὀρεκτὸν καὶ τὸ διανοητόν. οὐ πᾶν δὲ τὸ διανοητόν, ἀλλὰ τὸ τῶν πρακτῶν τέλος. διὸ τὸ τοιοῦτόν ἐστι τῶν ἀγαθῶν τὸ κινοῦν, ἀλλ' οὐ πᾶν τὸ καλόν· ᾗ γὰρ ἕνεκα τούτου ἄλλο, καὶ ᾗ τέλος ἐστὶ τῶν ἄλλου τινὸς ἕνεκα ὄντων, ταύτῃ κινεῖ. δεῖ δὲ τιθέναι καὶ τὸ φαινόμενον ἀγαθὸν ἀγαθοῦ χώραν ἔχειν καὶ τὸ ἡδύ· φαινόμενον γάρ ἐστιν ἀγαθόν.* Ex quibus a Bekkero *ὀρεκτὸν* pro *ὀρεκτικὸν* (ᵃ 21) praeclare restitutum esse patet.

433ᵃ 29. *πρακτὸν δ' ἐστὶ τὸ ἐνδεχόμενον καὶ ἄλλως ἔχειν.* Quod necessitate evenit, id cognoscendo committitur, sed agendo nihil relinquitur. Ubi agitur, optio data est; ut spatium, in quo voluntas excurrat, patere videatur. Itaque id, quod sub actionem cadat, posse quidem aliter esse tanquam flexibilem agendi materiam, consentaneum est. cf. eth. Nicom. VI, 2. 1139ᵃ 13. *οὐδεὶς δὲ βουλεύεται περὶ τῶν μὴ ἐνδεχομένων ἄλλως ἔχειν.*

§ 5. 433ᵃ 30. cf. III, 9. § 2. *Νοητικὸν* et *βουλευτικόν*, ne aut inter se propiora credas aut *βουλητικὸν* conicias, illud ad universam cogitationem, hoc ad agendi consilium trahendum est.

§ 6. 433ᵇ 5. Si et in cupidine et in intellectu expetendi est vis, altera vero alteri haud raro adversatur, hoc unde fiat quaeritur. In iis solum accidere potest, qui temporis rationes percipiunt. Dum cupido in praesentibus detinetur, intellectus futura prospicit, dum illa a sensu, quo occupatur, propellitur, hic universam undique veritatem (*ἁπλῶς*) consulit. Uterque cum, quod sibi bonum videtur expetat, hoc ipsum, a quo motus proficiscitur, genere idem est, sed specie (*ἀριθμῷ*) diversum; bonum enim ab utroque aliter definitur. Hanc igitur Aristoteles rationis et cupidinis discrepantiam primum a temporis sensu ducit, ut cupido praesentis, ratio futuri simul temporis commodis consulat. Ita si *τὸ ἁπλῶς ἀγαθὸν* id esse putes, quod temporibus satisfaciat, maior tamen ea est vis, qua a ratione, sensu posthabito, quod absolute bonum est, iubeatur.

433ᵇ 7. *ἐν τοῖς χρόνου αἴσθησιν ἔχουσιν.*] Temporis sensus quomodo in animo exsistat, ab Aristotele exponitur phys. IV, 11. 218ᵇ 21 sqq.

433ᵇ 7. 8. *ὁ μὲν νοῦς διὰ τὸ μέλλον ἀνθέλκειν κελεύει, ἡ δ' ἐπιθυμία διὰ τὸ ἤδη.*] Subtiliter scriptor *τὸ ἤδη*, nec vero *τὸ νῦν* posuit. Cupido enim non temporis punctum, quod adest (in hoc enim haud acquiescit), sed quod instat, intuetur. cf. phys. IV, 13. 222ᵇ 7. *τὸ δ' ἤδη τὸ ἐγγύς ἐστι τοῦ παρόντος νῦν ἀτόμου, μέρος τοῦ μέλλοντος χρόνου.*

§ 7. 433ᵇ 13. Easdem motus rationes divisas invenies phys. VIII, 5. 256ᵇ 14. *τρία γὰρ ἀνάγκη εἶναι, τό τε κινούμενον καὶ τὸ κινοῦν καὶ τὸ ᾧ κινεῖ. τὸ μὲν οὖν κινούμενον ἀνάγκη μὲν κινεῖσθαι, κινεῖν δὲ οὐκ ἀνάγκη, τὸ δ' ᾧ κινεῖ, καὶ κινεῖν καὶ κινεῖσθαι· συμμεταβάλλει γὰρ τοῦτο ἅμα καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ τῷ κινουμένῳ ὄν. δῆλον δὲ ἐπὶ τῶν κατὰ τόπον κινούντων· ἅπτεσθαι γὰρ ἀλλήλων ἀνάγκη οὕτω μέχρι τινός· τὸ δὲ κινοῦν οὕτως ὥστ' εἶναι μὴ ᾧ κινεῖ, ἀκίνητον. ἐπεὶ δ' ὁρῶμεν τὸ ἔσχατον, ὃ κινεῖσθαι μὲν δύναται, κινήσεως δὲ ἀρχὴν οὐκ ἔχει, καὶ ὃ κινεῖται μέν, οὐχ ὑπ' ἄλλου δέ, ἀλλ' ὑφ' αὐτοῦ, εὔλογον, ἵνα μὴ ἀναγκαῖον εἴπωμεν, καὶ τὸ τρίτον εἶναι ὃ κινεῖ ἀκίνητον ὄν.*

Haec in physicis ea videantur, ad quae res in libello de motu animalium 6. 700ᵇ 7. reicitur *περὶ μὲν τοῦ πρώτου κινουμένου καὶ ἀεὶ κινουμένου, τίνα τρόπον κινεῖται, καὶ πῶς κινεῖ τὸ πρῶτον κινοῦν, διώρισται πρότερον ἐν τοῖς περὶ*

τῆς πρώτης φιλοσοφίας. Sed ipsa physica alio loco *τὰ περὶ τῆς πρώτης φιλοσοφίας* laudant phys. II, 2. 194^b 14.

433^b 15. *ἔστι δὲ τὸ μὲν ἀκίνητον τὸ πρακτὸν ἀγαθόν.*] Si *τὸ πρακτὸν* ita supra definiebatur, ut id esset, quod etiam aliter se habere posset: quod nunc immotum dicitur, non repugnat. Quatenus enim cupidinem movet, ipsum immotum est extra animi vicissitudines positum; quatenus appetitus ad id ipsum tendit, mutationes admittit. cf. metaph. *Λ*, 7. 1072^a 26. *τὸ ὀρεκτὸν καὶ τὰ νοητὸν κινεῖ οὐ κινούμενα· τούτων τὰ πρῶτα τὰ αὐτά. ἐπιθυμητὸν γὰρ τὸ φαινόμενον καλόν, βουλητὸν δὲ πρῶτον τὸ ὂν καλόν. ὀρεγόμεθα δὲ διότι δοκεῖ ἀγαθὸν μᾶλλον ἢ δοκεῖ διότι ὀρεγόμεθα. ἀρχὴ δὲ ἡ νόησις.* de motu anim. 6. 700^b 35. *τὸ μὲν οὖν πρῶτον οὐ κινούμενον κινεῖ, ἡ δ' ὄρεξις καὶ τὸ ὀρεκτικὸν κινούμενον κινεῖ. τὸ δὲ τελευταῖον τῶν κινουμένων οὐκ ἀνάγκη κινεῖν οὐδέν.*

433^b 16. *τὸ δὲ κινοῦν καὶ κινούμενον τὸ ὀρεκτικόν (κινεῖται γὰρ τὸ ὀρεγόμενον ᾗ ὀρέγεται καὶ ἡ ὄρεξις κίνησίς τις ἐστὶν ἢ ἐνέργεια)*]. Ita vulgata codicum auctoritate non destituta, loci consilio congruit. Significandum enim appetitum et moveri et movere; movetur, quatenus excitatur; movet, quatenus vi utitur sua. Bekkeri lectio *κινεῖται γὰρ τὸ κινούμενον ᾗ ὀρέγεται καὶ κίνησις ὄρεξίς τίς ἐστιν ἢ ἐνέργεια* rem plane invertit; ingeniose quidem, si motus,[1]) nec vero appetitus natura illustranda fuisset; ut autem res est, institutum plane deludens. Quid enim ad rem attinet, motum appetitus similem dici? — quod ne aptum quidem omni ex parte, si quidem motus a generali eius natura ad peculiarem speciem accommodatur. Hoc nihil aliud esset, quam ab appetendi natura, quae explicanda erat, ad movendi rationem, tanquam per se spectaretur, transilire. Veteres interpretes a vulgata

---

1) [Cf. tamen Panseh. l. l. 545. „433^b 17. *κινούμενον* ist beizubehalten; es ist hier gar nicht allgemein von der *κίνησις* die Rede, sondern von der *κίνησις*, die bei einem lebenden Wesen stattfindet; diese Worte schliessen sich eng an die vorhergehenden an *τὸ δὲ κινοῦν καὶ κινούμενον τὸ ὀρεκτικόν* und es wird durch das Folgende nur erläutert, wie die *ὄρεξις* zugleich thätig und leidend ist. Die Wechselwirkung zwischen dem *ὀρεκτὸν* und *ὀρεκτικὸν* besteht in dem gleichzeitigen *κινεῖν* und *κινεῖσθαι*." Haec contra Torstrikium quoque disputata sunt, qui *ὀρεγόμενον* scribit: Cum *τὸ ὀρεκτικὸν* et moveat et moveatur, hoc loco noluisse Aristotelem explicare, quî moveat: cf. 19—21.: explicuisse vero quomodo moveretur. „Manifestum autem (ait To.) est non omne *τὸ κινούμενον* etiam *ὀρέγεσθαι*: si lapis iacitur vel cadit, *κινεῖται μέν, ὀρέγεται δ' οὔ*." ergo non potuisse universaliter dici *κινεῖται τὸ κινούμενον ᾗ ὀρέγεται*, et necessario scribendum fuisse *τὸ ὀρεγόμενον ᾗ ὀρέγεται*.]

stant, quam tuemur. Etsi Themistius scripturam, qua usus est, non satis declarat; scribit enim (fol. 94 a) *ἡ γὰρ κίνησις ἡ κατὰ τόπον οὐδὲν ἄλλο ἐστίν, ἢ τῆς ὀρέξεως εἰς τοὐμφανὲς πρόοδος καὶ ἐνέργεια*: tamen non adversatur. Clarius autem Simplicius (fol. 85 a) *τὴν ὄρεξιν ἀξιοῖ κίνησίν τινα εἶναι ὡς ἐνέργειαν εἰς κίνησιν ἀποτελευτῶσαν ἐν τῷ ζῴῳ, ἵνα τὸ ἡ ἐν τῷ ᾗ ἐνέργεια μὴ σύνδεσμον διαζευκτικόν, ἀλλ' ἐπίρρημα ἀντὶ τοῦ καθ' ὃ ἀκούσωμεν.* Philop. (S. fol. 3 a): *εἶτα ἐπειδὴ ἔφη τὴν ὄρεξιν κίνησιν εἶναι, βούλεται δὲ τὴν ψυχὴν ὀρέγεσθαι μέν, μὴ κινεῖσθαι δέ, διὰ τοῦτο διορθοῦται τὸ λεχθὲν καὶ φησίν· ὅτι ἡ γὰρ ὄρεξις ἢ κίνησίς ἐστιν ἢ ἐνέργεια.* Ex quibus etiam hoc apparet, Simplicium ᾗ scribendum censere, Philoponum ἢ legisse. 1)

433b 20. *διὸ ἐν τοῖς κοινοῖς σώματος καὶ ψυχῆς ἔργοις θεωρητέον περὶ αὐτοῦ*] Quanta ordinis perspicuitate Aristoteles quaestionum difficultates explanandas sumpserit, haec sunt verba indicio. Tractavit fortasse, quae hoc loco tractanda indicit, in libello de motu animalium; qui etsi non eo, qui hic promittitur, ambitu actiones animae et corpori communes persecutus est omnes, tamen non dissimilis est argumenti. Sicut hic res ad illam disputationem scribendam remitti videtur, ita in illa ad quaestionem de anima institutam redire iubetur. 6. 700b 4. *περὶ μὲν οὖν ψυχῆς, εἴτε κινεῖται ἢ μή, καὶ εἰ κινεῖται, πῶς κινεῖται, πρότερον εἴρηται ἐν τοῖς διωρισμένοις περὶ αὐτῆς.* Saepius si, quod citatur, utrum ab auctore allatum, an a docto aliquo lectore additum sit, in dubium venit: in his alterum alteri fidem facit, ut aliquid certe de Aristoteliorum librorum serie peti possit. (v. prooem.)

§ 8. 433b 21. Quibus animalium motus continetur, ea in pauca conferuntur. Ut aliquid moveatur, esse aliquid oportet, unde motus proficiscatur, idque quiescit. Si incedere velis, alter pes quasi fundamentum est, quo alterius nititur motus; eaque et moti et quiescentis vicissitudine locus mutatur. Sicut in orbe centrum est, quod quiescat, quo circuli motus nititur, ita in motu artus artu tenetur. Qui etsi consilio, cui inserviunt, diversi, nisi motum tollere velis, artissimo vinculo ligati sunt, ut quasi in unum punctum et principium et finis coeant, et ita comparati, ut aut trahendo aut pellendo alter ab altero regatur. Cuius exemplum artus est iunctura (*γιγγλυμός*), in qua quasi in cardine convexum os in concavo vertitur. Quae de motus ratione allata sunt, in libris de motu et de incessu animalium pluribus tractantur.

---

1) [To. scribit *ἡ ἐνεργείᾳ* coll. 431a 12.]

433ᵇ 22. *γιγγλυμός*] Hesych.: *ὁ στεφόμενος γόμφος ἐπὶ τῶν θυρῶν*, vel generalius Suidas: *ἀντεμβολαί τινων ἐξοχῶν πρὸς κοιλότητας.* Ad ossium commissuram translatum. (Ar. hist. an. IV, 4. 529ᵃ 32) Hippocr. *περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθρωπον* ed. Kühn. p. 111. *πρὸς δὲ τὸ γόνυ τὸ ὀστέον τοῦ μηροῦ τοιόνδ' ἐστὶ δίκραιον. τῷ δὲ δικραίῳ τούτῳ τὸ ὀστέον ἡ κνήμη καλεομένη οἷον ἐν γιγγλυμῷ ἐνήρμοσται.*

De scribendi ratione Sylburgius ad h. l. p. 73. hoc adnotat: scriptum esse a se cum Basileensi *γιγγλισμός*, quod apud Suidam quoque et Hesyschium legeretur, reperiri etiam *γίγγλυμος* et *γίγλυμος* (proparoxytona?) tum apud illos ipsos lexicographos, tum apud Hippocratem pro commissura cardinum in portis et artuum in corpore humano, ut brachii et cubiti.

433ᵇ 22. *ὅπου ἀρχὴ καὶ τελευτὴ τὸ αὐτό, οἷον ὁ γιγγλυμός κτλ.*] cf. de motu animalium 1, 698ᵃ 14. *φανερὸν γὰρ καὶ ἐπὶ τούτων ὅτι ἀδύνατον κινεῖσθαι μηδενὸς ἠρεμοῦντος, πρῶτον μὲν ἐν αὐτοῖς τοῖς ζῴοις. δεῖ γὰρ ἂν κινῆταί τι τῶν μορίων, ἠρεμεῖν τι· καὶ διὰ τοῦτο αἱ καμπαὶ τοῖς ζῴοις εἰσίν. ὥσπερ γὰρ κέντρῳ χρῶνται ταῖς καμπαῖς, καὶ γίνεται τὸ ὅλον μέρος, ἐν ᾧ ἡ καμπή, καὶ ἓν καὶ δύο, καὶ εὐθὺ καὶ κεκαμμένον, μεταβάλλον δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ διὰ τὴν καμπήν.* — ᵇ1. *ἀλλ' οὖν ἀεὶ ἡ ἀρχή, ᾗ ἀρχή, ἠρεμεῖ κινουμένου τοῦ μορίου τοῦ κάτωθεν, οἷον τοῦ μὲν βραχίονος κινουμένου τὸ ὠλέκρανον, ὅλου δὲ τοῦ κώλου ὁ ὦμος, καὶ τῆς μὲν κνήμης τὸ γόνυ, ὅλου δὲ τοῦ σκέλους τὸ ἰσχίον.* Quibuscum compares 8, 702ᵇ 7. de incessu anim. 13, 712ᵃ 1 sqq. metaphys. *Z*, 16. 1040ᵇ 10. *μάλιστα δ' ἄν τις τὰ τῶν ἐμψύχων ὑπολάβοι μόρια καὶ τὰ τῆς ψυχῆς πάρεγγυς ἄμφω γίγνεσθαι ὄντα καὶ ἐντελεχείᾳ καὶ δυνάμει, τῷ ἀρχὰς ἔχειν κινήσεως ἀπό τινος ἐν ταῖς καμπαῖς.*

433ᵇ 25. *πάντα γὰρ ὤσει καὶ ἕλξει κινεῖται*] cf. de incessu 2, 704ᵇ 23. de motu anim. 10, 703ᵃ 20. *τὰ δ' ἔργα τῆς κινήσεως ὦσις καὶ ἕλξις, ὥστε δεῖ τὸ ὄργανον αὐξάνεσθαί τε δύνασθαι καὶ συστέλλεσθαι.* In physicis (VII, 2. 243ᵃ 17) quatuor *φορᾶς* genera enumerantur *ἕλξις, ὦσις, ὄχησις, δίνησις.* Sed ipsas et *ὄχησιν* et *δίνησιν* Aristoteles ad *ἕλξιν* et *ὦσιν* redegit, ut, his omnem motum contineri, demonstrasse videatur.

433ᵇ 26. *διὸ δεῖ ὥσπερ ἐν κύκλῳ μένειν τι*] cf. mechanica 1, 847ᵇ 19. *ὁ δὲ κύκλος συνέστηκεν ἐκ τοιούτων. εὐθὺς γὰρ ἐκ κινουμένου τε γεγένηται καὶ μένοντος ὧν ἡ φύσις ἐστὶν ὑπεναντία ἀλλήλοις.*

Cap. 11.

Postquam, quid imperfecta animalia moveat, interpositum est (§ 1), imaginationis ad movendum vis significatur (§ 2), et universae in anima movendi causae, quae sit earum inter se ratio, paucis expenduntur (§ 3. 4).

§ 1. 433b 31. Imaginatio, sicut inter intellectum et sensus media interiecta est, ita communis appetitus fons, sive appetitus a ratione ducitur, sive e cupidine nascitur. Imaginatio ea vis, a qua ὄρεξις, quae motum moderatur, proficiscitur. Quare factum est, ut φαντασία λογιστική et αἰσθητική dirimeretur. Illa rationes, quae tanquam computationes ducuntur, sive grata sive odiosa specie induit, 1) ut facilius aut ad expetendum aut ad fugiendum impellant; haec, quae a sensibus tradita accepit, quasi propria facit, ut rursus ad agendum incitare possint. Quare si ab uno imperfectorum animalium sensu cupido excitari potest, quaeritur, an in his ipsis imperfectis imaginatio statui possit. Sicut indefinito et incerto modo moventur, ita et eorum imaginatio utpote motus causa indefinita iudicanda est.

434a 4. ἤ cf. I, 1. 403b 8.

§ 2. 434a 5. Quae supra (III, 10. 433b 29) λογιστική, ea nunc βουλευτικὴ φαντασία dicitur, propterea, ut videtur, quod in consilii rationibus subducendis varias, quae in numerum veniunt, verum vel expetendarum vel fugiendarum species suggerit, ut, quae maior et melior ratio visa fuerit, sequenda accipiatur. Consilii est et rationis (λογισμοῦ), varias inter se rerum species examinare et communi mensura existimare, ut, quae potior sit, appareat et ex pluribus, quae proposita sunt species, una quasi efficiatur.

[434b 8. 9. 2) καὶ ἀνάγκη ἑνὶ μετρεῖν] obscurum, quid tanquam subiectum regat. Cogites τὴν ὄρεξιν.]

---

1) [Freudenthal l. l. 31. „Aus dem Namen λογιστική oder βουλευτική darf man aber nicht schliessen wollen, nach Aristoteles könne die Phantasie als solche eine Thätigkeit des Schliessens, Vergleichens und Ueberlegens sein. Diese Auffassung wäre in vollem Gegensatze zu Allem, was Aristoteles sonst über φαντασία sagt. Nur indem die Vorstellung sich an die Thätigkeit des Ueberlegens oder Schliessens, welche vom Denken ausgeht, anlehnt, wird sie λογιστική oder βουλευτική genannt, wie sie φαντασία αἰσθητική bleibt, wenn eine solche Thätigkeit nicht zugleich ausgeübt wird und, wie bei den Thieren, ein bloss sinnliches Bild vorhanden ist, dem die Bewegung ohne vorgängige Ueberlegung folgt."]

2) [Freudenthal l. l. 30 haec habet: „Die Vorstellung, insofern sie auf die Bewegung der Thiere einen Einfluss hat, ist dem Ar. unserer Stelle zufolge (433b 29—434a 10) zweifacher Art: αἰσθητική oder λογι-

434b 10. *καὶ αἴτιον τοῦτο τοῦ δόξαν μὴ δοκεῖν ἔχειν, ὅτι τὴν ἐκ συλλογισμοῦ οὐκ ἔχει, αὕτη δὲ ἐκείνην.*] Aristotelia oratio eo imprimis difficilis est, quod, quid sit subiectum, quod regat, haud raro in medio relinquit, ut ex ipsa sententiarum serie magis conici debeat, quam perspici possit. Cuius rei hic locus exemplum est. Nam in antecedentibus primum *λογισμός*, deinde animans ratione praeditum id fuit, quod reliquam enunciationem quasi duceret. Utrum horum huic sententiae subicias? Quis opinionem non habere videtur? — Inter *φαντασίαν*, quam ex antecedentibus trahas, et animans rationis expers, quod tanquam omissum sententiae affingas, optio datur. Hoc illo facilius; cum enim *βουλευτικὴ φαντασία* antecesserit, nunc *αἰσθητικὴν* substituere molestum est. Hanc igitur sententiam putamus: Animalia, etsi imaginatione gaudent, propterea opinione carere videntur, quod imaginationem non habent e ratiocinatione ductam, haec contra opinionem. Imaginatio per se, quippe quae solas rerum species aut oculis subiciens aut fingens, nihil sibi persuadere potest; veri enim expers verum menti acceptum fert.

§ 3. 434a 12. Tria motus genera, prout vel voluntas, vel cupido impellit, numerantur. In quo duae sunt difficultates, primum quomodo tria numerentur, deinde quid sibi allata velit *σφαίρας* similitudo.

Interpretes ita fere calculum subducunt, primum eum esse motum, quo appetitus consilium, alterum, quo consilium appetitum moveat, tertium eum, quo potentior horum vincat. Aut, si Simplicium sequaris, non multum diversa ratione, primum voluntatem in appetitum agere, ut regat, deinde appetitum in voluntatem, ut superet, tum denique voluntatis vim mutuam hanc et voluntatis et appetitus contentionem compescere. Sed in his numeris duplex est difficultas. Quo pacto tertium illud, quod ponunt, novus et peculiaris motus dici potest? Priori

---

στικὴ, wofür 434a 7 auch *βουλευτικὴ* gesagt wird. *φαντασία αἰσθητικὴ* komme auch den Thieren zu, *λογιστικὴ* oder *βουλευτικὴ* nur den Menschen, die allein einer Ueberlegung fähig sind; denn ob man dieses oder jenes thun soll, ist das Werk einer Ueberlegung. Und an Einem muss man beides messen; denn das Vorzüglichere wird erstrebt, so dass man aus mehreren Vorstellungen Eine bilden kann. Hieraus geht hervor, dass das *φάντασμα* nicht immer sinnliches Einzelbild bleibt, sondern auch nach seiner Verallgemeinerung durch eine Denkthätigkeit noch *φάντασμα* genannt wird. Durch diese Ausdehnung des Begriffes entsteht denn auch die Schwierigkeit, wie Begriff von Vorstellung zu unterscheiden sei. de an. III, 8. 433a 12: *τὰ δὲ πρῶτα νοήματα τίνι διοίσει μὴ φαντάσματα εἶναι;*"]

enim, quo consilium et voluntas moderantur, adnumerandus est. Si voluntas movet (κινεῖ), superior discedit. Consilium et cupidinem inter se fluctuare, ut nova momenti vis accedere debeat, ne verbo quidem significatur. Unde tandem novum aliquid accederet? Haec tantum diversi motus species est, non veritas. Aut consilium aut appetitus, quidquid contentionis fuit, uter eorum vincit, movet. Adde, quod in hac computandi ratione illud motus genus numeratum non est, quod aperte significatur verbis illis ὄρεξις τὴν ὄρεξιν, cupidinem a cupidine pelli. Aliam igitur numerandi rationem ineundam esse iudicamus. Primus is sit motus, quo voluntas appetitum temperat (ἡ ἀρχικωτέρα), alter, quo appetitus consilium domat (ἡ ὄρεξις τὴν βούλησιν), tertius, quo velut in intemperante, cupido cupidinem rapit, ut plane nihil pensi habeatur. Hic tertius novus sane motus, quoniam a libidine ortus ad libidinem pergit nec consilii et voluntatis rationem habet. Sed quomodo haec ratio e verbis, quae leguntur, repetitur? Sicut ab interpretibus verba illa ἡ ὄρεξις τὴν ὄρεξιν nescio quo reiciuntur, quasi omnino sint nulla, ita nos ea quasi novum ordinem constituimus; ad quod nihil nisi insertam literam δ' postulamus (ἡ δ' ὄρεξις τὴν ὄρεξιν). Ita nisi orationis quasi articulum interposueris, ad quamcunque numerandi rationem te verteris, haerebis. Verba enim (ἡ ὄρεξις τὴν ὄρεξιν) quo nunc leguntur modo, quasi definiendis iis, quae antecesserunt (ἐκείνη ταύτην), adiecta videntur. Hoc autem discrepat. Si verba ἐκείνη ταύτην ad ea, quae antecedunt, accommodes et quasi ad normam eorum exigas: ἐκείνη est βούλησις, quae ταύτην i. e. ὄρεξιν movet. Si ad tertium motus ordinem indicandum, novum requiras ὁτὲ δέ: id in ipsis verbis, quae succedunt, ὅταν ἀκρασία γένηται, facile agnoscas. Adicitur ὥσπερ σφαῖρα, ambigua quidem exempli similitudine. Voluntas igitur appetitum movet, ὥσπερ σφαῖρα. Σφαῖρα, prout globum vel pilam vel caeli sphaeram intellegas, aliam comparationis coniecturam admittet. Globus, si movetur, id habet proprium, ut punctum a puncto rapiatur, ut unumquodque punctum pellendi habeat momentum. Ita libido libidinem trudere videtur. Sed abstinendum est ab his, quae parum significata sunt, idque eo magis, quod similitudinem non ad intemperantiam, quae sequitur, sed ad voluntatis imperium, quod indicatur, trahere iubemur. Haec ipsa causa est, cur Simplicio non accedamus σφαῖραν pilam interpretanti. Sicut pila a ludentibus ultro citroque mittitur, ita appetitum et consilium mutuo inter se pelli et repelli. Etiamsi largiri velles, ad libidinis et consilii pugnam, quam in loco significatam inveniunt, pilae similitudinem pertinere, ne sic quidem imago apta est. Pila vicissim

mittitur, nunc ab hoc ludentium nunc ab illo. Quid autem, quod ita in hac consilii et cupidinis pugna, hinc illinc iactatur? Nihil medium interest, quod pilae vicem sustineat; ipsum consilium libidinem ipsam pellit et contra, hoc est, si ad pilam redire velis, quasi ludens ludentem. Restat tertia significatio, caeli sphaera.

Veteres [1]) ad diversos corporum caelestium motus intellegendos novem finxerunt sphaeras, cui stellae infixae essent. Has sphaeras suo quamque ordine circumvolvi. Ultimam, quae stellarum est quae dicuntur fixarum, in contrariam atque planetas partem verti. Hanc, uno die et una nocte cursum confici videbant, Saturni, quae sequitur, contra longo demum annorum spatio. Cuius rei hanc causam excogitarunt. Summam sphaeram, penes quam secundum Deum summa esset potestas, tanta impetus vi rapi, ut secunda a se sphaera aegre contra moveri posset; tantum esse ultimae cohibendi momentum, ut, quo longius distarent reliquae, eo facilius et celerius suum motum sequi possent. Ita hunc fere habebant ordinem, primum stellas fixas omnium celerrime sphaera sua correptas, deinde in contrariam partem motos Saturnum, Iovem, Martem, Solem, Venerem, Mercurium, Lunam (cf. Cleomedis *κυκλικῆς θεωρίας μετεώρων βιβλία δύο*: I, 3). Veteres astronomos, ut Eudoxum et Callippum, in his sphaeris constituendis inter se dissensisse, ipse testis est Aristoteles metaph. *Λ*, 8. 1073^b 32 sqq. Cf. de universo hoc sphaerarum placito Plato rep. X. p. 617. Aratus phaenom. Cic. Somn. Scipionis p. 358. Tauch. „novem tibi orbibus vel potius globis connexa sunt omnia: quorum unus est caelestis, extimus, qui reliquos omnes complectitur, summus ipse Deus, arcens et continens ceteros; in quo infixi sunt illi, qui volvuntur, stellarum cursus sempiterni: cui subiecti sunt septem, qui versantur retro, contrario motu, atque caelum, ex quibus unum globum possidet illa, quam in terris Saturniam nominant; deinde est hominum generi prosperus et salutaris ille fulgor, qui dicitur Iovis etc." Ex Aristotele laudamus imprimis de caelo II, 8. 289^b 1 sqq. metaph. *Λ*, 8. 1073^a 32 sqq. Difficile est, in has veteris astronomiae salebras altius descendere; est enim mera motus species, quae ad Copernicum usque ocu-

1) Schmid ad Cleomedem I, 3. laudat de planetis eorumque motu Plat. legg. VII. Cic. div. I. 11. Plin. h. n. II, 4. Sen. nat. qu. VII, 3. Macrob. ad somn. Scip. I. 14. de ordine planetarum Cic. de rep. VI, 17. Macrob. somn. Scip. I. 19. Plin. H. N. II. 18. cf. M. A. Unna de Alcmaeone Crotoniata in libro, qui inscribitur: „Philologisch-historische Studien auf dem akademischen Gymnasium in Hamburg. Herausgegeben von Chr. Petersen. Hamburg 1832. p. 66."

los ludit, quam speciem ad artem et causarum veritatem traducere et acumine et studio laborarunt admirabili. Neque hoc huius est loci. Nobis nunc in eo adquiescendum est, ut altissimam *σφαῖραν* vehemens in reliquis regendis momentum habuisse sciamus. In eo enim loci similitudo posita est. Quem in finem ex Aristotele haec laudamus metaph. *Λ*, 8. 1073ᵇ 25. *τήν τε γὰρ τῶν ἀπλανῶν τὴν ἁπάσας φέρουσαν εἶναι.* de caelo II, 9. 291ª 35. *ἐπεὶ γὰρ ὑπόκειται τὴν μὲν ἐσχάτην τοῦ οὐρανοῦ περιφορὰν ἁπλῆν τ' εἶναι καὶ ταχίστην, τὰς δὲ τῶν ἄλλων βραδυτέρας τε καὶ πλείους (ἕκαστον γὰρ ἀντιφέρεται τῷ οὐρανῷ κατὰ τὸν αὑτοῦ κύκλον), εὔλογον ἤδη τὸ μὲν ἐγγυτάτω τῆς ἁπλῆς καὶ πρώτης περιφορᾶς ἐν πλείστῳ χρόνῳ διιέναι τὸν αὑτοῦ κύκλον, τὸ δὲ πορρωτάτω ἐν ἐλαχίστῳ, τῶν δ' ἄλλων ἀεὶ τὸ ἐγγύτερον ἐν πλείονι, τὸ δὲ πορρώτερον ἐν ἐλάττονι. τὸ μὲν γὰρ ἐγγυτάτω μάλιστα κρατεῖται, τὸ δὲ πορρωτάτω πάντων ἥκιστα διὰ τὴν ἀπόστασιν. τὰ δὲ μεταξὺ κατὰ λόγον ἤδη τῆς ἀποστάσεως, ὥσπερ καὶ δεικνύουσιν οἱ μαθηματικοί.*

Quibus collatis non temerarium erit, *σφαίρας* similitudinem ita interpretari: consilium tanquam superius (*ἡ ἄνω*) ita appetitum in suum motum convertere, sicut superior sphaera eas, quae inferiores volvuntur. Haec interpretatio maiorem fidem nanciscitur ex eo, quod additur *φύσει δὲ ἀεὶ ἡ ἄνω ἀρχικωτέρα καὶ κινεῖ.* Hoc *ἄνω* adeo locum designat, ut, sublata hac sphaerae imagine, non haberes, unde appetitui hunc locum superiorem adscisceres. Posita vero sphaerae comparatione, locus superior a sphaera ad appetitum facile transfertur. Recte igitur natura ita comparatum esse dicitur, ut, quo quid superiorem locum tenet, eo magis regere videatur. *θειότερος γὰρ ὁ ἄνω τόπος τοῦ κάτω*, ut in libro de caelo II, 288ª 4. legitur. Quod, admissa illa sphaerae interpretatione, ad consilii et voluntatis principatum non aegre accommodatur. Accedit, quod comparatio eo proclivior erat, cum veteres philosophi in ipso sphaerarum motu de *ὀρέξει* quadam cogitarent. cf. Theophrast. metaph. p. 310. Brandis. *τὸ δὲ μετὰ ταῦτ' ἤδη λόγου δεῖται πλείονος περὶ τῆς ἐφέσεως, ποία καὶ τίνων. ἐπειδὴ πλείω τὰ κυκλικά, καὶ αἱ φοραὶ τρόπον τινὰ ὑπεναντίαι καὶ τὸ ἀνήνυτον καὶ οὗ χάριν ἀφανές. εἴτε γὰρ ἓν τὸ κινοῦν, ἄτοπον τὸ μὴ πάντα τὴν αὐτήν· εἴτε καθ' ἕκαστον ἕτερον, αἵ τ' ἀρχαὶ πλείους, ὥστε τὸ σύμφωνον αὐτῶν εἰς ὄρεξιν ἰόντων τὴν ἀρίστην οὐθαμῶς φανερόν. τὸ δὲ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν σφαιρῶν τῆς αἰτίας μείζονα ζητεῖ λόγον.* Iis, quae disputavimus, e commentatoribus haec afferenda ducimus. Simpl. fol. 87 a. *ὅτε μὲν οὖν ἀπὸ τῆς ἀλόγου ἐν ἡμῖν ὀρέξεως ἡ ἀρχὴ γίνεται, κινεῖ*

μὲν αὖθις αὐτή, κινεῖται δὲ τότε ἡ λογικὴ βούλησις. καὶ ἐνίοτε ἡ βούλησις ὅλη ἐκείνῃ ἕπεται ὡς ἐπὶ τῶν ἀκολάστων, ἐνίοτε δὲ ἀνθίσταται μέν, οὐ κρατεῖ δέ, ὡς ἐπὶ τῶν ἀκρατῶν. (Quod discrimen loco obtruditur). *Εἰκόνα φέρων τοῦ εἰρημένου τὴν ἐπὶ τῶν ἀντιρριπτούντων ἀλλήλοις μίαν σφαῖραν, κινοῦντος μὲν τοῦ ῥιπτοῦντος, κινουμένου δὲ τοῦ δεχομένου. καὶ πάλιν τῷ ῥιπτεῖν κινοῦντος. οὕτω γὰρ καὶ ἐπὶ τῶν ἀκρατῶν καὶ ἡ χείρων τὴν κρείττονα κινεῖ ὄρεξιν, καὶ ἡ κρείττων τὴν χείρονα ὡς ἀνθισταμένην. καὶ νικᾷ ὡς ἐπὶ τῶν σφαιριζόντων ὁ σφοδρώτερον πλήξας. ἐπὶ δὲ τῶν ἀκρατῶν ἡ χείρων ὄρεξις, ὥς γε ἐπὶ τῶν ἐγκρατῶν ἡ κρείττων. καὶ ἔοικεν ἀκρασίαν νῦν καλεῖν πᾶσαν τὴν διαμάχην. κἂν μὴ τὸ φαυλότερον ἀλλὰ τὸ κρεῖττον ἐπικρατῇ, καθ' ὅσον ὅλως μὴ ἑνὸς τὸ κράτος, ἀλλά ποτε μὲν θατέρου, ποτὲ δὲ τοῦ λοιποῦ. οἵγε μὴν ἐξηγηταὶ* (Themist.) *τὴν τῆς σφαίρας εἰκόνα ἐπὶ τῶν οὐρανίων ἀκούουσι, ὡς τῆς ἀπλανοῦς καὶ τὴν ἰδίαν κίνησιν ἐνδιδούσης ταῖς πλανωμέναις. ἵνα καὶ ἑκάστη τῶν πλανωμένων ἰδίαν κινῆται κίνησιν, καὶ αὐτὴ ἡ ἀπλανὴς τὴν ἑαυτῆς, καὶ τρίτη ἡ ἀπὸ τῆς ἀπλανοῦς ἐνδιδομένη κρατῇ τῆς δευτέρας. ἐπειδὴ φύσει, τουτέστιν κατὰ φύσιν ἡ βούλησις* (i. e. *ἡ ἄνω*) *κρείττων καὶ ἀρχικωτέρα, ἅτε καὶ ἀφ' ἑαυτῆς ὅλη δυναμένη ἐγείρεσθαι, καὶ ὡς τὸ ἀγαθὸν σκοπὸν τιθεμένη, κατὰ φύσιν ἂν αὕτη κινοίη τὴν δευτέραν. ἢ ὅτε στασιάζει πρὸς τὴν κρείττονα, κινεῖ πως καὶ αὕτη ἐκείνην. ὡς ἐπὶ τῶν τὴν σφαῖραν ἀντιρριπτούντων εἴρηται. ἐὰν οὖν μὴ θέλγηται μηδὲ βιάζηται, ἀλλὰ τοὐναντίον ἐπικρατεῖν μέλλῃ ἡ βούλησις, τρίτη ἔσται κίνησις ἡ ὑπὸ τῆς βουλήσεως κατασταλτικὴ τῆς ἀλόγου, πρώτης μὲν τῆς οἷον κελευστικῆς.*

Themistius ex interpr. Herm. Barb. p. 593. Movet vero semper appetitus vehementior et validior debiliorem languidioremque: ita ut debilior suum motum deserat, sed ita ut a validiore attollatur rapiaturque: id quod de globis caelestibus docent astronomi. Nam sphaera quae ambitum caeli ultimum coercet, et quae *ἀπλανὴς*, id est inerrabilis rataque appellatur, quamquam orbes planetarum pernicitate, conversionis et velocitate praecellat, non tamen proprium eorum et naturalem cursum intercipit, quem laevum et contrarium mundo agunt, sed servato iis motu indigena secum aufert transversos in dextram — —: motus tres spectantur in homine, duo, quae ad duas appetitiones pertineant, tertius, qui ab utraque appetitione raptu illo conficitur.

Philoponus nihil novi affert, nisi quod ficta et facta haec videtur distinctio: *ἄλλο ἐστὶν ἀκρασία καὶ ἄλλο ἀκράτεια· ἀκρασία μὲν γάρ ἐστιν ἡ μάχη τῶν παθῶν καὶ τοῦ λόγου,*

ὅταν μηδέπω μηδὲ κρατήσῃ, ἀλλ' ἀμφόριστος ἡ μάχη καθέστηκεν. ἀκράτεια δέ ἐστιν ὅταν τὰ πάθη κατακρατήσωσι τοῦ λόγου.

§ 4. 434ᵃ 16. Cf. de motu animalium 7. 701ᵃ 8, ubi omnem actionem conclusionem aliquam sequi ex universa sententia, cui singula subiciuntur, ductam exemplis illustratur. ἔοικε παραπλησίως συμβαίνειν καὶ περὶ τῶν ἀκινήτων διανοουμένοις καὶ συλλογιζομένοις. ἀλλ' ἐκεῖ μὲν θεώρημα τὸ τέλος (ὅταν γὰρ τὰς δύο προτάσεις νοήσῃ, τὸ συμπέρασμα ἐνόησε καὶ συνέθηκεν), ἐνταῦθα δ' ἐκ τῶν δύο προτάσεων τὸ συμπέρασμα γίνεται ἡ πρᾶξις, οἷον ὅταν νοήσῃ ὅτι παντὶ βαδιστέον ἀνθρώπῳ, αὐτὸς δ' ἄνθρωπος, βαδίζει εὐθέως κτλ. Dum, quae universe cognoscuntur, per se immota iacent, ea quae singula spectant aut per se aut adiecta ad universa ad agendum impellunt. Etenim ubi agas, certum aliquid propositum est; universa vero cognitio adeo omne genus complectitur et in eo detinetur, ut ab agendo distet et per se sola nihil habeat, quo ad unum et certum aliquid efficiendum tendat. Quodsi universa cognitione ductus agere videaris, accessisse aliquid necesse est, quod tanquam medium aliquid interiectum universa ad singulas actiones traducat. Ita si, ut Aristotelis exemplo utar, omnibus hominibus eundum esse cognoveris, hoc ad agendum nihil valet, nisi te esse hominem i. e. eum, in quem cadat sententiae necessitas, animo addideris. Quare recte dicitur ἤδη αὕτη κινεῖ ἡ δόξα eaque sola in iis semper animalibus, quae universas notiones non capiunt, 20. οὐχ ἡ καθόλου. ἢ ἄμφω i. e. in agendi ratione vere humana, ubi singula ab universis et comprehendenda et regenda sunt; in quo ea est amborum ratio, ut alterum magis quiescat, alterum vehemens agendi addat momentum.

434ᵃ 17. ἡ μὲν [1]) γὰρ λέγει ὅτι δεῖ τὸν τοιοῦτον τὸ τοιόνδε πράττειν i. e. generatim dicit, qualis quale agere debeat, certa et singula subicere non curans. De pronominibus quae categoriis inserviunt cf. ad I, 1. § 10. II, 1.

434ᵃ 18. ἡ δὲ ὅτι τόδε τὸ νῦν τοιόνδε] Quod a Bekkero interpositum est τὸ νῦν duorum quidem codicum auctoritate, a commentatoribus praetermittitur. Sed cum oratio id agat, ut ad certam et definitam speciem traducat: τὸ νῦν, quod unum

---

1) [Cf. Trdlbg. hist. Beitr. II, 377: „Aristoteles vergleicht mehrfach die Ueberlegung beim Handeln einem Syllogismus. Hier sagt der allgemeine Satz, dass ein solcher solches thun müsse, und der zweite Satz in Bezug auf das Einzelne, dass ich ein solcher bin und dass dieses hier ein solches ist."]

idque proximum temporis momentum occupat, consilio praeclare inservit.

Cap. 12.

Disputatio, sicut in superioribus ab infimis ad summa, a sensibus ad mentem, a nutriente facultate ad appetitum ascendit, ita nunc quasi desultoria opera ad ea, quae relicta sunt, vergere videtur. Sed si sensus, si nutritio redeunt, non eo consilio repetuntur, ut haec illa, quae fors ferat, addantur. Sed quamvis quae aliorsum spectant adiciantur, id tamen potissimum agitur, ut singulae quaeque facultates, et sensus, non quid aut sibi aut cognitioni, sed quid universo animanti et absolvendo et conservando conferant, clarius perspiciantur. Ita tantum abest, ut a fine aberretur, ut disputatio, singulis ad universum, quo habentur, animans relatis, concludatur et terminetur. Haec in omnibus, quae sequuntur, ratio probe tenenda est.

§ 1. 434a 22. Necessaria nutrientis facultatis cum universo et animali et planta (utrumque enim *φυόμενον*) coniunctio.

§ 2. 434a 27. Sensus non omnibus, quae vivunt, necessarii. Vivunt enim et plantae, ut *ζῶντα*, quae etiam sensuum expertia dicuntur, latius pateant quam *ζῷα*, quae, si reliquis, tactu tamen egere non possint. Duplex eorum causa, quae sensibus carent: aut corpore sunt simplici, quod sensuum non capax est, aut non eo animo instructa, qui rerum species sine materia percipere possit. Ita vel extrinsecus vel intrinsecus, ut his utar, quo minus sensu gaudeant, impediuntur. Duplex haec ratio adeo rei naturae sufficit, nihil ut addi possit; adeo altera alteri respondet (*οὔτε ὅσων, οὔτε ὅσα*), ut, quod interpositum est, aptam earum inter se concinnitatem subvertat. Quid vero est 29. *οὔτε ἄνευ ταύτης οἷόν τε οὐθὲν εἶναι ζῷον.* Verum quidem per se; sed in iis dicitur, quae subsequuntur. — 30. *τὸ δὲ ζῷον ἀναγκαῖον αἴσθησιν ἔχειν*, ut vel illa temere praecepta vel haec mere repetita esse videantur. Quare, si non falsa, tamen importuna iudicamus. Itaque aut verba *οὔτε ἄνευ ταύτης οἷόν τε οὐθὲν εἶναι ζῷον* uncis [1]) includas aut scribas *οὐδὲ* i. e. nec tamen sine tactu (*ταύτης*) ullum animans esse potest. Hoc si acceperis, quae aperta est oppositio inter *οὔτε ὅσων* et *οὔτε ὅσα*, non turbabitur.

§ 3. 434a 30. Animal, si ita factum est, ut incedat, sensu instructum esse oportet. Si planta e solo, in quo fixa est,

---

1) [Id quidem Torstrikius fecit.]

nutriendi haurit materiam, animal, a solo quasi solutum, periret, nisi sensu, quo sua quaerere posset, diversa naturae ratio esset compensata. Temere (μάτην) igitur natura animalibus incessum dedisset, et suo ipsius consilio repugnavisset, nisi sensus accederet. Omnia quae natura fiunt, consilii alicuius causa sunt aut iis accident, quae consilio constituta sunt, ita quidem, ut quodammodo semper cum consilio coniungantur. *συμπτώματα* magis ad casum facta, quam ad consilium. cf. de divinatione per somnum 1. 462ᵇ 29. *λέγω δ' αἴτιον μὲν οἷον τὴν σελήνην τοῦ ἐκλείπειν τὸν ἥλιον καὶ τὸν κόπον τοῦ πυρετοῦ, σημεῖον δὲ τῆς ἐκλείψεως τὸ τὸν ἀστέρα εἰςελθεῖν, τὴν δὲ τραχύτητα τῆς γλώττης τοῦ πυρέττειν, σύμπτωμα δὲ τὸ βαδίζοντος ἐκλείπειν τὸν ἥλιον. οὔτε γὰρ σημεῖον τοῦ ἐκλείπειν τοῦτ' ἐστὶν οὔτ' αἴτιον, οὔθ' ἡ ἔκλειψις τοῦ βαδίζειν. διὸ τῶν συμπτωμάτων οὐδὲν οὔτ' ἀεὶ γίνεται οὔθ' ὡς ἐπὶ τὸ πολύ.* metaphys. *N*, 6. 1093ᵇ 15. *καὶ τἆλλα δὴ ὅσα συνάγουσιν ἐκ τῶν μαθηματικῶν θεωρημάτων πάντα ταύτην ἔχει τὴν δύναμιν. διὸ καὶ ἔοικε συμπτώμασιν.* Theophrast. metaph. p. 320. Br. *ἀλλὰ τὰ μὲν συμπτωματικῶς τὰ δ' ἀνάγκῃ τινί.* Ar. de resp. 5. 472ᵇ 24. *σύμπτωμα* et *τὸ τίνος ἕνεκα* inter se opposita: *ἔτι δὲ τὸ τίνος ἕνεκα ταῦθ' ὑπάρχει τοῖς ζῴοις (λέγω δὲ τό τε ἀναπνεῖν καὶ τὸ ἐκπνεῖν) οὐδὲν εἰρήκασιν οἱ τοῦτον τὸν τρόπον λέγοντες, ἀλλ' ὡς περὶ συμπτώματός τινος ἀποφαίνονται μόνον. καίτοιγε κύρια ταῦθ' ὁρῶμεν τοῦ ζῆν καὶ τελευτᾶν.* phys. II, 7. 198ᵇ 27. *ἐπεὶ οὐ τούτου ἕνεκα γενέσθαι, ἀλλὰ συμπεσεῖν.*

434ᵃ 32. *εἰ οὖν πᾶν σῶμα πορευτικὸν μὴ ἔχον αἴσθησιν, φθείροιτο ἄν*] Scribe *ἔχοι*. Nullum alioqui verbum finitum, quo *εἰ* referatur. Requiritur optativus, quo res, quae non est, ponitur, quasi sit.

434ᵇ 2. *τοῖς μὲν γὰρ μονίμοις ὑπάρχει τοῦτο ὅθεν πεφύκασιν.*] Victus si animalibus quaerendus est, plantis, ubi natae sunt, suppetit. *τοῦτο* i. e., si ad illud, quod antecessit *πῶς θρέψεται*, retuleris, *τροφή*. Bekkerus *τὸ ὅθεν πεφύκασιν* trium codicum auctoritate. Hoc, si accurate explicueris, significabit, plantis subesse et manere, unde natae sunt. Quod nec subtiliter per se nec accommodate ad cetera dictum est. Neque enim plantis manet, unde natae sunt. E germine ortae nihil habent, quod maneat, nisi solum, quod germen excitavit, et aër et lumen, quae evocarunt; germen ipsum (*τὸ ὅθεν πεφύκασιν*) non manet. Neque haec, si cogere velles, ad rem pertinent. Si scripturam *τὸ ὅθεν πεφύκασιν* tenere velles, interpretandum esset non germen, sed terra, ex qua, etsi minus subtiliter, plantas natas esse dicere posses. Sed

praestat τοῦτο ὅθεν πεφύκασιν, cum ambiguitatem excludat. Simplicius vulgatae τοῦτο favet ad nutrimentum trahendae: καὶ ἐπεργαζόμενος καλῶς τὰ εἰρημένα ἐπάγει, ὡς τοῖς μὲν μονίμοις τῶν ζῴων καὶ αὐτοῖς δὲ τοῖς ζῴοις ὅσα μόνιμα τὸ τρέφεσθαι ἡ φύσις δέδωκεν καὶ ἐν τῷ αὐτῷ μένουσιν. Simili ratione Themistius et Philoponus.

§ 4. 434b 3. Omne corpus, si movetur, si mentem habet, sensibus non caret.

